2652 e. 296

5 vols

Digitized by Google

Digitized by Google

5 0 0 3
7/2

Shot

Digitized by Google

PHILOSOPHIA MORALIS SIVE ETHICA, METHODO SCIENTIFICA PERTRACTATA. PARS PRIMA, QUA AGITUR DE INTELLECTU ET FACULTATIBUS ECONOMICIS ET MORALIBUS IN GENERE ET SPECIE. ET VIRTUTIBUS INTELLECTUALIBUS.

CHRISTIANO L. B. DE WOLFF,

HALAE MAGDEBURGICAE,
Sumtibus Orphanotrophei.
CIↃ IↃCCXXXIII.

BODLEIAN LIBRARY
14
APR
1925
OXFORD

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO CAROLO,

DUCI BRUNSUICENSI ET LUNEBURGENSI

&c. &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS,

Veritas theſaurus præſtantiſſimus eſt, quem Deus ſapientiſſimus benignitatem inexhauſtam in genus humanum collaturus homini obtulit. Quodſi actiones ſingulorum veritati eſſent conſentaneæ, ut in iis nullus notaretur rectitudi-

Digitized by Google

dinis defectus, ſi negotia tam publica, quam privata juxta immutabilem veritatis legem agerentur, ut ne Argus quidem in iis deprehendat, quod jure reprehendat; aurea conderentur ſecula, qualia ſub Saturno fuiſſe fabulata eſt antiquitas. Fruerentur Gentes & ſinguli de Gente felicitate ſumma, quæ in mortales cadere poteſt. Quamprimum vero a veritate diſceditur, omnia confunduntur, & felicitatem inhiantes ſe infelices & miſeros faciunt, fortunam accuſantes, cujus ipſimet ſunt fabri. Veritas theſaurus repoſitus eſt, nec quod in eo latet absque multo ſtudio atque labore a quærentibus excuditur. At dedit Deus homini intellectum & ejus directioni ſubjecit ceteras animæ facultates, ne is in quærendo fruſtra defatiget induſtriam ſuam & inanem operam ſumat. Poſt inventam typographiam veritates latentes in apricum productæ ad communem uſum divulgantur & perpetuantur, ut facilior pateat ad eas aditus, & u-

Digitized by Google

nus recto intellectus ſui uſu prodeſſe poſſit plurimis ac ipſis ſeris nepotibus. Numen benigniſſimum, quod ſapientia & bonitate ſua providet ſaluti generis humani, dotes animi diverſimode diſtribuit, ut alii ad veritatem latentem eruendam, alii ad eam propagandam, alii denique ad eandem perdiſcendam & in communem uſum vertendam ſint apti, ſicque conjunctis viribus obtineatur, quod ſinguli per ſe conſequi nequeunt. Ejus in his terris vicarii ſummæ Poteſtates non melius de humano genere mereri poſſunt, quam ſi ſcientias & artes promoveant, ut opibus, quibus abundat theſaurus ille inexhauſtus, frui poſſint ſinguli. Habet præterea veritas hoc ſingulare, ut quo intimius perſpicitur eo majore voluptate permulceatur animus, cum qua conferri nequit ullus jucundus motus, quo ſenſus hilaratur. Incredibilis illa voluptas, quam nemo novit niſi expertus, perennis eſt, nec ad momentaneum, quod delectat, referenda veritas, quem-

Digitized by Google

quemadmodum cetera, quæ ſenſus demulcent, neque etiam verendum, ut unquam in faſtidium adducatur, ſed quo plus percipitur, eo plus ſititur. Omnia hæc SERENITATI TVÆ funditus perſpecta ſunt. Neque enim ſolum, PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME ſcientias atque artes in pretio habes; verum etiam id inprimis TIBI datum eſſe exiſtimas, ut, dum ſubditorum tuorum ſaluti ſtudes, ſcientias & artes cum in ipſorum, tum aliorum commodum promoveas. Verbis opus non eſt, ubi rerum teſtimonia adſunt, nemini ignota niſi ſua culpa. Cum ordo me deduxerit ad proferendum in publicum opus, in quo rectum uſum intellectus & ceterarum, quæ eidem ſerviunt, facultatum animæ in veritate inveſtiganda, dijudicanda, perdiſcenda & in omnem uſum generi humano utilem vertenda intimius ſcrutatus ſum; SERENITATI TUÆ non diſcipliturum confido, quod eidem decus ex ſplendore SERENISSIMI NOMINIS TUI conciliare auſus

ſus fui. Suſcipe igitur, DOMINE & PRINCEPS CLEMENTISSIME gratioſo vultu, quod devotiſſima & humillima mente offero. Deus autem veritatis omnis autor TE ſervet in Neſtoreos annos, ut exemplum TUUM plurimis inſtillet amorem veritatis, qua tanquam fundamento inconcuſſo nititur populorum ſalus! Ita vovet

SERENITATIS TUÆ

humillimus ac devotiſſimus cultor

CHRISTIANUS L. B. DE WOLFF.

PRÆFATIO.

Quæ apud veteres Iliad atque Odyssea Homeri, ea apud nostros Psalterium Davidicum habetur. Ejus Psalmi quidem CL. in unum corpus collecti, & ab Ecclesia Hebræa, Græca, Latina, & omnium fere gentium, quæ Christum profitentur, Ecclesiis usurpantur. Nemo enim unquam de Psalmorum numero, ordine, & genuina forma dubitavit, quod non de Homeri poematibus, quæ ab Alexandrinis Grammaticis, & ab omnibus fere recentioribus, quæ in vulgus

re uberius explicata demonſtrantur; ad Philoſophiam moralem progredimur, quæ Ethica dici ſuevit. Jam olim adoleſcens mihi propoſueram philoſophiam practicam, hoc eſt, moralem atque civilem, excolere, & huc omnia mea ſtudia direxi. Quamobrem cum mature mihi innoteſceret, Mathematicos ſingulari uti methodo, qua ad certam veritatis cognitionem pervenitur, ac ideo quæ ab ipſis demonſtrantur, ea in diſputationem deduci non poſſe; amor veritatis mihi inſtillavit cupiditatem methodum iſtam intime cognoſcendi & eandem extra Matheſin applicandi. Aſt cum illo tempore in ſcholis noſtris ſtudium mathematicum deſertum atque neglectum jaceret, nec in Academiis pro dignitate coleretur; voti mei nonniſi multo temporis & operarum diſpendio compos fieri potui. Vim autem methodi illius ubi intimius perſpexi, facile prævidi, Philoſophiam civilem præſupponere moralem & utriusque theoriam ex Jure Naturæ ac Gentium petendam eſſe, non minus Jus Naturæ & Gentium, quam Philoſophiam moralem & civilem præſupponere Pſychologiam & Theologiam naturalem, hanc ex Coſmologia principia demonſtrandi petere & notiones ſuas in pſychologicas reſolvere, omnem vero tandem certitudinem

in

in notiones Ontologiæ, ſeu Philoſophiæ primæ reſolvi. Atque ita intellexi, telam, quam mihi texendam propoſueram, non adeo facili & brevi labore confici poſſe. Quamobrem grave propoſitum, quod adoleſcens habui, nunc demum ſeptuagenario major exequi cœpi. Prodit igitur jam in lucem Tomus primus Ethicæ, in qua Virtutes intellectuales tractantur. Quoniam vero virtutes intellectuales habitus intellectus ſunt, de eo perficiendo erat ante agendum, quam ad illas contemplandum progredi daretur. Cumque intellectus utatur miniſterio facultatum inferiorum cognoſcendi, ſenſuum ſcilicet, imaginationis atque memoriæ, tum etiam intermediarum, quas vocare ſoleo, & quarum ope ab iſtis ad ſuperiorem, tanquam alterum extremum, intellectum nimirum, fit tranſitus; quomodo tam inferiores, quam intermediæ in miniſterium intellectus ſint perficiendæ oſtendendum quoque erat. Habitus vero intellectus duplici modo conſiderari poſſunt, vel quatenus ſunt certa quædam intellectus perfectio, qua is aptus efficitur ad rerum quarumcunque cognitionem, ſepoſito omni reſpectu ad objectum, circa quod verſatur, vel ſine certarum rerum cognitione concipi non poſſunt. Quamobrem eas diſtingui neceſſe fuit in formales & ma-

teriales, quarum hæ illas præſupponunt. Ad virtutes intellectuales formales refero Acumen, Ingenium, Soliditatem, Profunditatem & Artem inveniendi tam a priori, quam a poſteriori; ad materiales vero Intelligentiam, Scientiam, Sapientiam, Prudentiam & Artem. De formalibus altum hactenus in Philoſophia morali ſilentium fuit; materiales autem in eadem jam olim contemplatus fuit *Ariſtoteles*, cujus veſtigia legerunt recentiores. Quamvis vero nomina materialium retinuimus, fieri tamen non potuit, quin earum notiones tantisper immutaremus, ut, quæ ad quodlibet earum genus pertinent, accurate diſcernerentur, nec earundem limites confunderentur. Atque ita hoc me conſecutum eſſe confido, ut omnis ratio virtutum intellectualium, quæ vulgo in Ethica conſiderantur, & a quibus virtutum moralium integritas dependet, intime perſpiciatur, & ad eas conſequendas planiſſima jam ſit via, quam tuto ingredi licet. Facile prævideo fore haud paucos, quibus via nimis ardua atque longa videbitur: ſed his cum *Euclide* reſpondeo, non dari viam regiam, hoc eſt, adeo facilem & brevem, qualem ipſi deſiderant, ad virtutes intellectuales omnibus ſuis numeris abſolutas. Falluntur vero etiam, qui viam, quam monſtramus, adeo longam exiſtimant,

mum, ut ad finem inchoatio adjungatur et perficiatur. Quod si quis ad hæc dicat, Quid ergo? Nonne ipsi Romani, quum Græcos vicissent, Græcas literas Romam transtulerunt? Nonne ipsi Græcos auctores, quum Romæ haberent, leg

Non immerito hic mentionem quoque facimus limitum, quibus ſcientiæ & literæ, quæ vocantur, elegantiores a ſe invicem ſeparantur, & quos vulgo miſere inter ſe confundi indies experimur, itemque connubii ſcientiarum atque literarum elegantiorum, quo vigente non minus his, quam illis ſuus manet honor, & utraque mutuas ſibi invicem operas præſtant. Taceo alia, quæ opus ipſum evolventi ſtatim tua ſponte in oculos incurrent. Neque enim mihi propoſitum eſt allicere lectores veritatis cognoſcendæ per ſe minime cupidos: qui vero rectum intellectus uſum pretio ſuo æſtimare norunt & eum curæ cordique habent, nullo incitamento indigent. Sed unicum adhuc ſupereſt, quod moneam, ne qui non ſatis attenta mente omnia ponderat ſibi atque aliis perſuadeat, quaſi non ſufficienter tradiderimus ea, quæ ad praxin moralem ipſimet requirimus. Etenim dudum evicimus, in Philoſophia practica univerſali trandendam eſſe theoriam generalem motivorum, mediorum, ſignorum, impedimentorum & remediorum (a), quemadmodum etiam fecimus in parte ejus altera, & in prolegomenis inde intulimus, in Ethi-

(a) §. 7. & ſeqq. *part. 1. Phil. pract. univ.*

thica motiva, media, ſigna, impedimenta eorumque remedia ſpecialia demonſtranda eſſe. Aſt qui obiter opus præſens perluſtrat, non videbitur ſibi ubivis videre motiva, ſigna, impedimenta eorumque remedia. Tenendum itaque eſt, quamvis non ubique nomina iſta appoſuerimus, rem ipſam tamen nullibi fuiſſe neglectam, quantum e re videbatur & ad praxin, quam intendimus, ſufficit. Qui vero rem intelligit, eidem non difficile erit, ipſi quoque ſuum tribuere nomen, ſiquidem volupe fuerit. Abſonum vero fuiſſet, ex notione motivi, medii, ſigni, impedimenti ubivis demonſtrari, hoc vel iſtud eſſe motivum, medium, ſignum, vel impedimentum, perinde ac ſi ex definitionibus logicis demonſtrare vellem hoc eſſe definitionem, illud theorema, vel problema & ita porro. Notandum vero præterea eſt, cum nos unumquodque eo tradamus loco, quo ex aliis demonſtrari poteſt, paſſim quoque in Tomis ſequentibus occurrere, quæ ad Virtutum intellectualium motiva, ſigna, media, impedimenta & eorum remedia referenda. Nec deſunt in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis, quæ huc referri poſſunt. Continentur denique multa in notis, quæ ſigillatim demonſtrari poterant, ut numerus

perfectibilitatem explicat, cum... Sanctum vero nomen Dei Sancti vocat, ut... Quapropter, ut... Quod... Quod... Quod

Philosophia Moralis, oder Sittenlehre

Wir haben schon in dem 1. Theile gesehen, daß Gott uns das Gesetz der Natur, oder die Regeln, nach welchen wir unsere Handlungen einrichten müssen, um glückselig zu werden, in unsere Vernunft, und in unser Herz, gleich bey unserer Erschaffung, geschrieben habe. Wir haben auch gesehen, daß wir diese Regeln, oder dieses Gesetz der Natur, durch unsere Vernunft, und durch unser Gewissen, erkennen können. Wir haben endlich gesehen, daß wir diese Regeln, oder dieses Gesetz der Natur, durch unsere Vernunft, und durch unser Gewissen, erkennen müssen, wenn wir glückselig werden wollen.

§. 2.

Quid in ea doceri debeat.

Quoniam homo libere agens actiones ſuas uſu facultatum ſuarum determinat, prouti ex Pſychologia ſatis conſtat, Ethica autem docere debet modum, quo eas libere legi naturæ conveniēnter determinare poteſt (§. 1.); *in Ethica oſtendendum, quinam facultatum uſus requiratur ad actiones legi naturæ convenienter determinandas.*

Non ſufficit, ut conſtet, hoc eſſe faciendum: neque enim ideo facimus, quod faciendum, quia novimus faciendum eſſe. Non etiam ſufficit ſola faciendi voluntas, ut actu faciamus, nec a propoſito faciendi nos abſtrahi patiamur. Quamobrem neceſſe eſt, ut doceatur, quomodo facultatibus noſtris uti debeamus, ut agamus ea, quæ legi naturæ conveniunt, atque agere nolimus, quæ eidem repugnant. Et ita demum patet a priori poſſibilitas illarum actionum, quæ lege naturæ præcipiuntur, & omiſſionis earum, quæ eadem lege prohibentur. Inde autem porro liquet, quomodo alios adſueſcere debeamus, ut actiones ſuas legi naturæ conforment.

§. 3.

Quid ex Jure naturæ in Ethica ſupponatur.

Quoniam Ethica docere debet modum, quo homo actiones ſuas ad legem naturæ componere poteſt (§. 1.); *in ea præſupponitur, ex Jure naturæ conſtare, quænam actiones præcipiantur, quænam prohibeantur, quænam permittantur,* ſeu *quænam bonæ ac malæ, quænam licitæ ſint.*

In Jure naturæ continetur theoria Ethicæ. Quamobrem quo magis, quo intimius Jus naturæ fuerit perſpectum; eo magis cognoſcitur, quinam uſus facultatum in quolibet actionum genere requiratur, ut in earum rectitudine nihil deſideretur, nec ſit, quod in iis reprehendi poſſit. Quodſi arduum videatur, omnem Juris naturæ theoriam animo comprehenſam habe-

habere; is inde intelligat, quam arduum ac difficile ſit recte agere, & quantum a vero aberrent, qui omne punctum ſe tuliſſe ſibi perſuadent, ſi habeant voluntatem conſtantem bene ac recte agendi, quando autem in caſibus datis quæritur, quid bonum ac rectum ſit, magis quam talpa cœci ſunt, & id ſequuntur, quo eos trahunt affectus, quibus indulgere conſueverunt.

§. 4.

Quæ in philoſophia morali docentur, demonſtranda ſunt. Etenim Philoſophia moralis ſcientia eſt (§. 1.), ut ſcilicet certam eorum, quæ in eadem traduntur, cognitionem conſequamur (§. 595. *Log.*). Quamobrem cum ſcientia ſit habitus demonſtrandi, quod affirmamus vel negamus (§. 594. *Log.*); in philoſophia morali, quæ traduntur, demonſtranda ſunt. *Qua methodo philoſophia moralis tradenda.*

Ex philoſophia morali certam nobis comparare debemus praxin agendorum (§. 1.), ſicut ex Jure naturæ theoriam certam (§. 3.). Quamobrem ſicuti in Jure naturæ omnia demonſtranda ſunt, ut theoriam certam habeamus (§. 2. *part. 1. Jur. nat.*); ita in philoſophia morali quoque demonſtranda ſunt omnia, ut certam habeamus praxin. Maxime autem intereſt, ut praxis iſta methodo demonſtrativa tradatur, cum per ea, quæ ſequuntur, ab ea pendeat hominum felicitas.

§. 5.

Praxis moralis demonſtranda eſt ex uſu facultatum humanarum. Etenim in philoſophia morali oſtendendum, quinam facultatum uſus requiratur ad actiones legi naturæ convenienter determinandas (§. 2.). Quamobrem cum in actuali determinatione actionum legi naturæ convenienti- *Unde praxis moralis demonſtranda.*

tium praxis moralis conſiſtat (§. 1.); hæc ipſa ex uſu facultatum humanarum demonſtranda.

In demonſtranda praxi morali nihil ſumi debet, niſi quod de uſu facultatum humanarum certum ac exploratum eſt. Neque enim major certitudo eſt in propoſitionibus, quæ demonſtrantur, quam quæ in aſſumtis. Immo niſi principia iſta fuerint certa & extra omnem dubitationis aleam poſita; nec praxis moralis certa eſſe poterit. Hinc in numerum eorundem non admittimus hypotheſes, quæ probabiles ſaltem habent rationes, ob quas facile perſuadentur iis, qui ut convincantur parum ſunt apti & aſſenſum ab appetitu pendulum habent.

§. 6.

Modus acquirendi virtutes in ethica demonſtrandus.

In Philoſophia morali demonſtrandum eſt, quomodo unaquæque virtus acquiratur. Etenim in philoſophia morali demonſtrandum eſt, quinam uſus facultatum requiratur ad actiones legi naturæ convenienter determinandum (§. 2. 4.). Quamobrem cum habitus actiones ſuas legi naturali conformiter dirigendi virtus ſit (§. 321. *part. 1. Phil. pract. univ.*); in philoſophia morali demonſtrandum eſt, quomodo unaquæque virtus acquiratur.

Agit igitur Ethica de virtutibus ſingulis tam intellectualibus, quam moralibus. Quamobrem qui virtuti ſtudere, aut ejus ſtudium aliis monſtrare voluerit, is philoſophiæ morali methodo demonſtrativa pertractatæ operam navare debet, ita nimirum certus eſſe poterit, ſe vel alium eſſe virtuoſum, non ſaltem videri.

§. 7.

Item modus acquirendi

In philoſophia morali docetur, quomodo ſummum bonum actu acquiratur. Oſtenditur enim in ea, quomodo actiones noſtras

ſtras ad legem naturæ componere poſſimus (§. 1.), conſequenter ea docet cuſtodiam legis naturæ (§. 138. *part. 1. num. Phil. pract. univ.*). Quoniam itaque ſummum bonum legis naturæ cuſtodia acquiritur (§. 376. *part. 1. Phil. pract. univ.*); in philoſophia morali docetur, quomodo ſummum bonum actu acquiratur. *ſummum bonum*

Solet ethica definiri per ſcientiam practicam conſequendi ſummum bonum, & quod ita definiri poſſit diffitendum non eſt, modo ſummum bonum ita definiatur, quemadmodum nos definivimus (§. 374. *part. 1. Phil. pract. univ.*), notioni boni convenienter & quale in poteſtate hominum eſt, (*not. §. cit.*), nemo enim eſt qui non inter requiſita ſummi boni referat, id in poteſtate noſtra eſſe debere. Nemo eſt, qui neſciat, quod & quantæ de ſummo bono fuerint diſceptationes, quæ nullæ futuræ fuiſſent, ſi quidem notio diſtincta boni præmiſſa & ex ea notio ſummi boni, quale uſu facultatum ſuarum homo conſequi poteſt, deducta fuiſſet, quemadmodum a nobis factum.

§. 8.

Finis Ethicæ eſt felicitas hominis. In Ethica enim oſtendendum, quomodo homo libere actiones ſuas ad legem naturæ componere poteſt (§. 1.). Enimvero cuſtodia legis naturalis, adeoque actiones noſtras juxta easdem determinando (§. 138. *part. 1. Phil. pract. univ.*), felicitatem conſequimur (§. 396. *part. 1. Phil. pract. univ.*), conſequenter cuſtodia iſta ad felicitatem ſe habet per modum medii ad finem (§. 932. 937. *Ontol.*). Quamobrem finis, qui in Ethica intenditur, felicitas hominis eſt (§. 617. *part. 1. Phil. pract. univ.*). *Finis Ethicæ.*

Ethica non alio fine addiſcenda, quam ut conſtet, quomodo uſu facultatum noſtrarum eam felicitatem conſequamur,

cujus participes ut fiamus fieri poteſt: neque enim felicitas perfecta in hominem cadit. Quicquid vero in ea deſideratur, culpæ noſtræ ne tribui poſſit curandum, quantum in poteſtate noſtra eſt. Proficiſci autem culpam a non uſu & abuſu facultatum, qui a nobis evitari poterat, exploratum eſt. Quamobrem ut culpam vitemus, neceſſe eſt, ut nobis cognitus & perſpectus ſit uſus, qui ad actiones legi naturæ convenienter determinandas requiritur, atque ideo Ethicæ ſtudendum (§. 2.): ne vero in ea addiſcenda inanem operam ſumas, ipſa quoque nomen ſuum tueri debet. Equidem non ignoro, ſummum bonum finem Ethicæ vulgo dici: attamen id inde venit, quod per notiones confuſas ſummum bonum cum felicitate confundatur. Quodſi enim ex ipſa notione boni deducatur notio boni ſummi, quod uſu facultatum ſuarum homo conſequi poteſt, quemadmodum fieri debet, & appetitus, qualis natura homini ineſt, ad conſenſum cum ratione reductus exigit, clariſſime perficitur, ſummum bonum non per ſe intendi, ſed propter felicitatem, quæ cum iſto inſeparabiliter cohæret (§. 393. *& ſeqq. part. 1. Phil. pract. univ.*). Quod autem ſummum bonum cum felicitate confundatur, deficientibus notionibus diſtinctis, exemplo eſſe poteſt *Epicurus* qui ſummum bonum in voluptate conſiſtere exiſtimavit (*not.* §. 393. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quæ ſi vera fuerit, non apparens, adeoque innocua, non nocua (§. 388. *part. 1. Phil. pract. univ.*), homo felix eſt (§. 390. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Voluptas autem vera locum non habet, niſi perfectionis tuæ tibi fueris conſcius, quam continuo auget, qui ſummum bonum conſecutus (§. 374. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Fuere Scholaſtici ſatis acuti in diſtinguendo, ſed notionibus diſtinctis deſtituti & veræ philoſophandi methodi ignari luce ſua crepuſculari intus latente aliis tenebras offuderunt, nec ultra ea, quæ ſenſui patebant, progredi potuerunt, ſolis abſtractionibus contenti. Quodſi noſtra philoſophandi methodus ipſis perſpecta & familiaris fuiſſet, nullus dubito, quin in metaphyſicis & moralibus multa præclara daturi fuiſſent, ut has ſcientias dudum ad altum faſti-

faſtigium evectas vidiſſemus atque iis non expectata ab ingeniis excelſis ſuperſtructa fuiſſent.

§ 9.

Philoſophia moralis ſupponit Ontologiam, Pſychologiam empiricam, Theologiam naturalem, Philoſophiam practicam univerſalem, & Jus naturæ atque Gentium, in nonnullis etiam Coſmologiam generalem. Etenim in Ethica oſtendendum, quinam uſus facultatum requiratur ad actiones legi naturæ convenienter determinandas (§. 2.). Aſt uſus facultatum animæ in Pſychologia empirica docetur (§. 1. 29. *Pſych. empir.*). Ethica igitur ſupponit Pſychologiam empiricam. *Unde principia demonſtrandi in Ethica deſumenda.*

Oſtenditur etiam hoc modo. Pſychologia empirica philoſophiæ practicæ cujus pars eſt Ethica (§. 62. 64. *Diſc. præl.*), principia tradit (§. 8. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum in Ethica demonſtranda ſint, quæ in eadem docentur (§. 4.), demonſtratio autem ſine principiis fieri nulla poſſit (§. 561. *Log.*); Ethica Pſychologiam empiricam ſupponit. *Quod eſto primum.*

Enimvero absque philoſophia prima, ſive Ontologia, nulla philoſophiæ pars methodo demonſtrativa tractari poteſt (§. 6. *Ontol.*), conſequenter nec Ethica. Quamobrem cum Ethica methodo demonſtrativa tractari debeat (§. 4.), Ontologiam quoque ſupponit. *Quod eſto ſecundum.*

In Theologia naturali demonſtrantur attributa divina (§. 6. *part. 1. Theol. nat.*). Quamobrem cum lege naturæ obligemur actiones liberas per motiva ab attributis divinis deſumta determinare (§. 251. *part. 1. Phil. pract. univ.*), & actio omnis eadem præcepta determinabilis ſit per motiva ab attributis divinis deſumenda (§. 253. *part. 1. Phil. pract.*

pract. univ.), in Ethica autem docendum ſit, quomodo actiones libere ad legem naturæ componere debeamus (§. 1.); Ethica Theologiam naturalem ſupponit. *Quod erat tertium.*

Philoſophia practica univerſalis tradit regulas generales dirigendi actiones liberas (§. 3. *part. 1. Phil. pract. univ.*), tam ad theoriam (§. 6. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quam omnem praxin moralem ſpectantes (§. 7. *& ſeqq. part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum in Philoſophia practica ſpeciali, cujus pars eſt Ethica (§. 62. 64. *Diſc. præl.*), principia generalia applicanda ſint ad ſpecialia; Ethica philoſophiam practicam univerſalem ſupponit. *Quod erat quartum.*

Porro cum in Ethica doceri debeat, quomodo actiones noſtras ad legem naturæ componamus (§. 1.), cumque in ſtatu civili vivamus, actiones quoque noſtras ad gentem noſtram referre debeamus (§. 44 *& ſeqq. Jur. Gent.*); Ethica quoque ſupponit Jus naturæ & Gentium. *Quod erat quintum.*

Denique non modo ex demonſtrationibus Theologiæ naturalis liquet, eam ſupponere Coſmologiam generalem, verum etiam cur ex iis, quæ in Cosmologia generali traduntur, tum exiſtentia Dei, tum ejus attributa demonſtrari poſſint, oſtendimus (§. 6. *Coſmol.*). Præterea dantur actiones hominis, quæ legi naturæ convenienter determinari nequeunt, niſi ſcientia mundi ſeu univerſi in genere ex Coſmologia generali haurienda (§. 1. *Coſmol.*), fueris inſtructus, quales inprimis humilitas & patientia (§. 581. 579. & §. 592. *part. 1. Jur. nat.*), ut alias taceamus, continent, prout ex ipſa tractatione ſequente abunde eluceſcet. Quamobrem Philoſophia moralis Cosmologiam quoque generalem ſupponit. *Quod erat ſextum.*

Diſciplinas in ordine pertractamus, quo una ab altera dependet, ita ut unaquæque earum ſupponat eas, quæ ipſam præ-

præcedunt, nec in eadem notiones ſatis adæquatas acquirere poſſit niſi qui juſto ordine præcedentes ſedulo pertractavit. Ethicam tradimus, poſtquam Ontologiam, Cosmologiam, Pſychologiam, Theologiam naturalem, Philoſophiam practicam univerſalem & Jus naturæ atque Gentium abſolvimus. Quodſi ergo in Ethica notiones nihil obſcuritatis in mente relinquere debeant, nec in aſſenſu per demonſtrationes extorquendo quicquam deſiderari, quod eum firmum atque immotum præſtat, in omnibus iſtis diſciplinis diligenter verſatus quis ſit neceſſe eſt. Sicubi deſit ſufficiens claritas ad intelligendum, evidentia ſufficiens ad aſſenſum immotum præbendum, ut nobiſcum non eadem claritate & evidentia utatur, is culpæ ſuæ hoc tribuat, quod per ſaltum acquirere velit, quod nos nonniſi ſucceſſive conſecuti ſumus. Abſit vero, ut tibi perſuadeas, nos philoſophiam moralem, quæ omnibus promiſcue hominibus utilis eſſe debet, difficilem reddere & tantum non omnes ab ejus ſtudio arcere! Nobis enim non res eſt cum iis, qui non ſatis intellecta, nec ſufficienter probata ſibi facile perſuadere patiuntur, aut aliorum credulitati obnoxiam habent fidem; ſed cum his, qui veritatem intime perſpicere & ex iis, quæ cognoverunt, recta ratiocinatione alia, quæ adhuc latent, deducere voluerint, ut philoſophia tandem eadem capiat incrementa, quibus Matheſis hodie indies augetur. Dudum *Melanchthon* in præfatione, quam *Vogelini* Elementis Geometriæ præmiſit, monuit, quantum opus ſit Reip. perfecta doctrina, ad quam conſequendam conducit pura & nativa philoſophia, ſine methodo demonſtrativa non tradenda. Aſt ipſe quoque jam ſe ſcire profeſſus eſt, adhortationes ſuas apud eos nihil proficere, qui ſordidis ingeniis præditi præſtantium diſciplinarum dignitatem non proſpiciunt, aut ſequuntur quasdam vendibiliores artes quæſtus gratia. Monſtroſas igitur iſtiusmodi mentes habentes, ut ſuam artibus tribuere nequeant dignitatem, ſi ſibi judicium ſumunt de eo, quod non intelligunt, merito contemnuntur. Enimvero non exiſtimandum eſt, adeo novercam eſſe naturam, ut

tam parca manu diſtribuerit eas animæ dotes, ſine quibus doctrinam ſolidam conſequi non datur. Mediocribus enim etiam ingeniis eadem inacceſſa non eſt, modo diligentiam ſuam in ſe deſiderari non patiantur & recto tramite incedant, nec ab ea ad devia abducantur a cæco duce.

§. 10.

Quænam in Ethica de actionibus humanis in ſpecie demonſtranda.

In Ethica tradenda ſunt actionum committendarum & omittendarum motiva ſpecialia, itemque media ſpecialia atque ſigna rectitudinis actionum in qualibet earum ſpecie: exponenda quoque ſunt impedimenta ſpecialia & demonſtrandus eſt modus, quo tolluntur. Etenim in philoſophia practica univerſali tradenda eſt theoria generalis motivorum actionum committendarum & omittendarum (§. 7. *part. 1. Phil. pract. univ.*), mediorum (§. 8. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ſignorum rectitudinis actionum (§. 10. *part. 1. Phil. pract. univ.*), & impedimentorum tollendorum (§. 9. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quemadmodum quoque actu a nobis factum in parte altera philoſophiæ practicæ univerſalis. Quoniam itaque Ethica philoſophiæ practicæ ſpecialis pars eſt (§. 62. 64. *Diſc. prælim.*); quæ in illa de actionum humanarum determinatione in genere demonſtrantur, ea in Ethica de ſingulis earum ſpeciebus demonſtranda ſunt. Quamobrem in Ethica tradenda ſunt actionum committendarum & omittendarum motiva, media & ſigna ſpecialia, exponenda quoque ſunt impedimenta ſpecialia & demonſtrandus eſt modus, quo tolluntur.

In philoſophia practica univerſali traduntur principia heuriſtica, ſeu artificia inveniendi veritates morales, prouti ex parte altera ejus, quæ praxin complectitur, abunde patet. Quamobrem ex iis, quæ ibidem traduntur, non modo addiſcendum, quænam de qualibet virtute eidemque oppoſitis vitiis doceri debeant, verum etiam quomodo ea reperiri poſſint.

Sæpi-

Sæpius enim jam monuimus, notiones univerſales, quales etiam ſunt eæ, quas philoſophia practica univerſalis inſinuat, eſſe *directrices*, quæ monſtrant viam, qua ſit eundem, ſi veritates ſpeciales invenire volueris. Quodſi vero attenta mente perpendas ea, quæ propoſitio præſens in Ethica tradenda *urget*; ultro fatearis neceſſe eſt, Ethicam nondum eſſe excultam, quemadmodum debebat, cum tamen maxime interſit generis humani, ut hæc ſcientia excolatur, cum via eſſe debeat ad felicitatem (§. 8.), quam natura appetunt omnes, pauci conſequuntur. Innumeræ ſunt hominum de miſeria querelæ: aſt non perpendunt, quod ipſimet ſint miſeriæ cauſa, quæ recto facultatum noſtrarum uſu vitari poterat. Sed plerique homines de uſu facultatum earum non cogitant, quaſi eædem vel fruſtra nobis datæ eſſet, vel earum uſus a caſu unice dependeret ac fortunæ poteſtati eſſet ſubjiciendus. Immo non deſunt, qui infirmitati humanæ tribuunt, quod negligentiæ imputare debebant, cum tamen virium ſuarum periculum nondum fecerint, quia facere neſciverunt. Merito autem quæri poterat cum illo apud *Terentium:* Qui ſcis ergo iſtud, niſi periculum feceris? Diſputant alii de limitibus uſus virium naturalium, cum tamen ignorent, quænam ſint hominum vires & in quonam earum uſus conſiſtat. Immo nonnulli omnem uſum tollunt, & nonniſi non uſum atque abuſum concedunt. Quænam inde tanquam ex hydra Lernæa proſerpant mala, noſtrum in præſenti non eſt dicere. Sed non erit horum malorum finis, niſi rectum facultatum ſuarum uſum cognoverint homines eumque facere ſtuduerint. Ethica igitur excolenda eſt, & omni animi contentione id agendum, ut eum, quem inculcat, facultatum uſum faciamus.

§. 11.

Ethica ſcitu maxime neceſſaria eſt iis, qui aliorum mores formare debent. Qui enim aliorum mores formare debent, iis aſſueſcere debent uſum facultatum, qui ad recte agendum requi-

De Ethica ſcitu neceſſaria alienore-

rum morum formatoribus

requiritur. Quoniam hæc munia rite obire nequeunt, qui neſciunt, quinam ſit iſte facultatum uſus & quomodo in qualibet actionum ſpecie ſit faciendus, eundem vero Ethica docet (§. 2.); eadem ſcitu maxime neceſſaria eſt iis, qui aliorum mores formare debent.

Qui omni Ethicæ verioris notitia deſtituuntur, ſolo pœnarum metu aut ſpe præmiorum eos, quorum mores formare debeat, permovere nituntur, ut actiones externas ad voluntatem ſuam componant, quaſi malus non ſit, qui peccare odit formidine pœnæ, ac bonus eſſe poſſit, qui non odit virtutis amore, & voluntas conſtans & perpetua efficiatur, ſi ſpe præmii cujusdam determinetur. Ita vero contingit, ut Ethica vertatur in artem, qua bruta, veluti canes, certis actionibus aſſuefacimus: id quod quidem fieri neceſſe eſt, quamdiu infantes ac pueri rationis uſu nondum pollent, ſed brutorum inſtar nonniſi facultatibus inferioribus utuntur, ferendum autem non eſt, ut in eo ſubſiſtamus, cum inde ſit, ut plerique homines nonniſi affectibus ſuis regantur, etiam quando putant, ex virtute procedere actiones ſuas. Quodſi quidam ſint, quibus hæc nimis dure dicta videantur, iidem aliter ſentient, ubi Ethicam noſtram attenta mente perlegerint, modo ad legendum accedant animo diſcendi, nec judicium ſibi ſumant de eo quod nondum ſatis intellexerunt. Vix opus eſſe videtur, ut moneam, quando aſſerimus, Ethicam ſcitu maxime neceſſariam eſſe iis, qui aliorum mores formare debent, ejus ſtudium ad hos ſolos reſtringi. Per ſe enim patet, quod ſcitu neceſſaria ſit omnibus, cum omnes virtutes colere, vitia fugere debeant: quod quonam uſu facultatum noſtrarum conſequamur, ex Ethica addiſcendum (§. 6.).

Prolegomenorum finis.

PHILO-

PHILOSOPHIÆ MORALIS
SIVE
ETHICÆ
Pars Prima.

DE

INTELLECTV PERFICIENDO ET VIRTVTIBVS INTELLECTVALIBVS.

CAPVT I.
De uſu facultatum cognoſcendi in genere.

§. 12.

Unde ſtudium virtutis inchoandum.

Si quis virtutem acquirere, nec in vitium delabi debet; primum omnium opera danda eſt, ut cognoſcat, quæ ſunt virtutis, quæ vitii, quænam ad illam acquirendam, ad hoc fugiendum faciant, ut habitum eliciendi actus intellectus ad cognitionem iſtam amplexandam requiſitum ſibi comparet. Virtus conſiſtit in habitu actiones ſuas legi naturali conformiter dirigendi (§. 321. *part. 1. Phil. pract. univ.*); vitium vero in habitu actiones ſuas ratione contraria dirigendi, quam lege naturali præſcribitur (§. 322. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem virtus acquiri nequit, niſi editis continuo actionibus legi naturæ conformibus (§. 433. *Pſych. empir.*), cumque homo in vitium delabatur, ſi continuo edat actiones legi naturæ contrarias (§. 326. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ne delabatur, ſibi cavere debet, ne edat actiones legi naturæ contrarias. Danda igitur ipſi opera eſt, quænam actio-

nes ſint legi naturæ conformes, quænam contrariæ, conſequenter quæ virtutis, quæ vitii ſint. *Quod erat primum.*

Enimvero cum ad virtutem requiratur conſtans & perpetua voluntas non committendi actiones, niſi quæ legi naturæ conformes ſunt (§. 328. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ad fugam vero vitiorum conſtans & perpetua voluntas nullam committendi actionem, quæ legi naturæ contraria (§. 329. *part. 1. Phil. pract. univ.*), voluntas autem & noluntas determinari nequeat niſi per motiva (§. 889. *Pſych. empir.*), & ut ſit conſtans & perpetua, conſequenter immutabilis in dato caſu atque eadem in omni caſu eodem (§. 1062. *part. 1. Theol. nat.*), & mediis, quibus id conſequimur, utendum, & impedimenta, quæ ſe offerunt, tollenda ſint, denique cavendum ſit, ne actio externa virtutis ſaltem ſpeciem mentiatur (§. 204. *part. 1. Jur. nat.*); qui virtutem acquirere, nec in vitium delabi debet, ei opera danda eſt, ut cognoſcat, quænam ad illam acquirendam, ad hoc fugiendum faciant. *Quod erat ſecundum.*

Denique facile patet, ſine actibus intellectus neutram cognitionem attingi poſſe, cum ea conſiſtat in definitionibus & propoſitionibus, conſequenter in notionibus diſtinctis (§. 159. 520. *Log.*), quæ actibus intellectus fiunt (§. 275. *Pſych. empir.*). Quoniam itaque hos actus elicere debet, qui cognitionem amplexari voluerit; ideo neceſſe eſt, ut virtutem acquiſiturus, nec in vitium delapſurus ſibi comparet habitum eliciendi actus intellectus, ad cognitionem eorum, ſine quibus virtutem acquirere & a vitio ſe abſtinere non datur, amplexandam. *Quod erat tertium.*

Superfluum videri poterat, operoſe demum demonſtrari, quod ſine probatione ſumi poterat. Quomodo enim ea, quæ virtutis ſunt, ab his, quæ ſunt vitii, diſtinguet, qui ignorat, quæ ſunt virtutis, quæ vitii? Quia vero non discernit actiones ex vir-

virtute procedentes a vitiosis, ad utrasque indifferens erit, ſe eadem facilitate determinaturus ad has vel iſtas, prouti occaſio tulerit, & affectus prævaluerint. Enimvero qui ita ſentiunt, notionum differentiam, quam formalem diximus, non intime perſpiciunt, nec adæquatarum vim in aſſenſum, neque earum fœcunditatem, ut alia inde deducantur, capiunt. Immo ignorant, quomodo per demonſtrationes notiones præſentes in anteriores reſolvantur, ut fiant adæquatæ atque ipſi anteriores lucem & vim in aſſenſum fœnerent. Inexperti lucem crepuſcularem a meridiana non internoſcunt & illi aſſueti in hac caligant. Talia moneri conſultum ducimus, non ut ſciolorum merito contemnendorum inſcitiam retundamus, id enim perinde eſſet ac æthiopem lavare, ſed ut excelſiorum ingeniorum acumen juvemus, ne mens & cogitatio a proſpicienda dignitate veræ philoſophandi methodi avertatur. Quodſi vero vel maxime concedatur, quod tamen ſalva veritate concedi nequit, ſine probatione ſumi poſſe, quod ad virtutem contendere, vitia fugere nequeat, qui ignorat, quid ſit virtutis, quid vitii; cetera tamen, quæ in proportione præſente inculcantur, non æque manifeſta intelliguntur iis, qui de rebus per transennam conſpectis judicium ſibi ſumunt. Ecquis enim eſt qui neſciat in virtute acquirenda & vitiis declinandis nihil operæ ac laboris conſumi, nec ullam conferri cogitationem in uſum facultatum a natura nobis conceſſarum ad opus tam arduum, non ſecus ac ſi virtus eſſet habitus infuſus, nec vitia aliter coërceri poſſent quam metu pœnarum, qui tamen ad ea exuendum non facit? Non alia ſane ratio eſt, quod eruditi moribus indoctis vel ipſam plebem longe anteant, & eum gloria maxime excellere autument, non qui virtute, ſed literis plurimum præſtat. Multo minus autem diſtinguitur habilitas intellectus, quæ eum aptum facit ad ſolidam doctrinam conſequendam, ab ipſa doctrina, quemadmodum & ipſe *Cicero* vocabulum doctrina modo pro actu docendi, modo pro diſciplina accepit. Nunquam enim expectandum

dum eſt, ut ſine notionibus diſtinctis & determinatis vagus loquendi uſus evitetur, doctrinæ ſolidæ inimicus.

§. 13.

Unde inchoandum virtutis infucatæ ſtudium.

Quoniam virtutem acquiſiturus, nec in vitium delapſurus primum omnium operam dare debet, ut cognoſcat, quæ ſint virtutis, quæ vitii, quænam ad illam acquirendam, ad hoc fugiendum faciant, & ut habitum eliciendi actus intellectus ad cognitionem iſtam amplexandam requiſitum ſibi comparet (§. 12.), virtutes autem morales habitus voluntatis & noluntatis ſunt (§. 547. *part. 1. Jur. nat.*) & ad perfectionem voluntatis & noluntatis pertinent (§. 548. *part. 1. Jur. nat.*), intellectus autem perfectio non modo ex multitudine eorum, quæ cognoſcuntur (§. 276. 277. *Pſych. empir.*), verum etiam ex habitudine eliciendi actus, quibus cognitio abſolvitur (§ 218. *part. 1. Jur. nat.*), & idem perficitur acquirendo habitum iſtum (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*); *Qui voluntatem et noluntatem perficere vult, primum omnium operam dare debet, ut intellectum perficiat.*

Multum diſceptatum fuit noſtro ævo, utrum emendatio voluntatis inchoanda ſit ab intellectu, nec ne. Qui vero acriter defenderunt, emendationem voluntatis inchoandam eſſe ab intellectu, andabatarum more pugnabant, omni luce notionum diſtinctarum prorſus deſtituti, ut neſcirent, quid ſibi velit emendatio voluntatis, quid ſit intellectus, quid voluntas, ut taceam notiones, in quas illarum rerum notiones reſolvuntur. Neque enim verſati fuerunt in Pſychologia & Ontologia, ac verioris Logicæ prorſus gnati. Alias ipſis abunde perſpectum fuiſſet, voluntatem & noluntatem ita dependere ab intellectu, ut ſine hujus prævia emendatione nulla voluntatis emendatio concipi poſſit. Supervacaneum vero exiſtimo omnes notare errores, qui in ſententia fallaci intricantur, præſertim

ſertim cum ſeipſos proditurí ſint, ubi non modo in parte præſenti philoſophiæ moralis oſtenderimus, quomodo intellectus perficiatur & intellectuales virtutes acquirantur, verum etiam in parte ſubſequente, quomodo voluntas perficiatur atque emendetur, & quomodo virtutes intellectuales in emendationem voluntatis influant. Neque enim refutandus eſt, qui per ignorantiam non ſatis intelligit, quid dicat, ſed, ſi docilis fuerit, ſaniora docendus, ſi deſit docilitas, contemnendus. Dependentiam determinationis voluntatis & noluntatis ab intellectu alias jam demonſtravimus (§. 88. *part. 1. Phil. pract. univ.*).

§. 14.

De miniſterio facultatum inferiorum & intermediarum ad uſum intellectus requiſito.

Intellectus utitur miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum, ſenſuum ſcilicet, imaginationis atque memoriæ, & facultatum intermediarum, nimirum attentionis & reflexionis. Tres ſunt intellectus operationes, notio cum ſimplici apprehenſione, judicium atque diſcurſus (§. 52. *Log.*), & cognitio noſtra vel intuitiva eſt, vel ſymbolica (§. 286. 289. *Pſych. empir.*), cumque cognitio ſymbolica conſiſtat in enunciatione verborum, quibus indigitantur ea, quæ in ideis continentur, ac ipſæ ideæ (§. 289. *Pſych. empir.*), intuitiva autem ſolo idearum intuitu, ſeu apperceptione abſolvatur (§. 286. 25. *Pſych. empir.*), verba autem, ſive vocabula ſint ſigna noſtrarum perceptionum, vel rerum per eas repræſentatarum (§. 271. *Pſych. empir.*), ne cognitio ſit ſine mente ſonus, cognitio ſymbolica intuitivam præſupponit. Oſtendendum itaque eſt, intellectum in qualibet operatione miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum & intermediarum uti.

Prima intellectus operatio eſt plurium in re una ſigillatim facta repræſentatio (§. 330. *Pſych. empir.*). Quoniam igitur rem iſtam diſtincte percipimus (§. 38. *Pſych. empir.*),

pir.), ſingula autem, quæ in ea diſtinguimus, clare (§. 31. *Pſych. empir.)*; ad ſingula clare percipienda utique requiritur attentio (§. 237. *Pſych. empir.)*, ut vero plura tanquam in uno repræſententur reflexio (§. 257. *Pſych. empir.)*. Idea vero rei intellectui, cujus eſt res diſtincte repræſentandi (§. 275. *Pſych. empir.)*, vel ſenſu (§. 67. *Pſych. empir.)*, vel imaginatione præſens eſſe debet (§. 92. *Pſych. empir.)*, quæ cum reproducat ideam rei antea ſenſu perceptæ (§. 117. *Pſych. empir.)*, conſequenter eandem recognoſcere debeamus (§. 173. *Pſych. empir.)*, memoriæ ſubſidio opus eſt (§. 175. *Pſych. empir.*). Quodſi ſymbolica fuerit cognitio, cum ideæ vocabulorum, quibus rem & plura in eadem ſigillatim repræſentanda ſignificantur (§. 289. *Pſych. empir.*), rerum ſignificatarum vicem ſuſtineant, eadem de ipſis valent, quæ de rebus ſignificatis oſtendimus, & ipſa reproductio ideæ vocabuli cujuscunque, ſi intelligi debeat, imaginationis & memoriæ actus requirit (§. 273. *Pſych. empir.*). Patet itaque intellectum in prima operatione requirere uſum facultatum cognoſcendi inferiorum, ſenſuum ſcilicet, imaginationis atque memoriæ, & facultatum intermediarum, attentionis atque reflexionis. *Quod erat primum.*

Secunda mentis operatio judicium eſt (§. 53. *Log.)*. Quoniam itaque judicium conſiſtit in actu, quo aliquid a re quadam diverſum eidem tribuimus, vel ab ea removemus (§. 39. *Log.*); ea ſupponit, quæ ad diſtinctam perceptionem requiruntur. Quamobrem cum diſtincta rei perceptio abſque miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum & intermediarum abſolvi non poſſit, *per demonſtrata;* ideo idem quoque requiritur in judicio, ſeu ſecunda mentis operatione. *Quod erat ſecundum.*

Tertia

Ἀπὸ ἀλλου τινος ἀπολαυσαντες ἀμεσως ἀπ' αὐτου τοῦ θεοῦ ἀπολαμβανουσι τὴν χαριν. Ἀπολαυσις δε ἐστι τὸ ἀπο τινος ὠφελειας τυχειν. Ἀπολαμβανειν δε τὸ ἀπο τινος ἀπολαβειν. Ἀπολαμβανουσι δε τὴν χαριν οἱ ἀπο τῶν ἀνθρωπων ὠφελειας τυχοντες, ὅταν ἀπ' αὐτου τοῦ θεοῦ τὴν χαριν ἀπολαβωσι

nis atque memoriæ & appetitus atque averſationis ſenſitivæ, (§. 90. *& ſeqq. part. 1. Phil. pract. univ.*); in philoſophia morali in uſum omnem facultatum humanarum omni animi contentione ac ſollicitudine inquirendum (§. 5. 6. 10.). Qui nimiam ſcrupuloſitatem accuſant, illi minime perpendunt, in philoſophia reddendam eſſe rationem, cur ea, quæ poſſibilia ſunt, actum conſequantur (§. 31. *Diſc. prælim.*). Quemadmodum nemo ſanus reprehendit, in philoſophia naturali inquiri in uſum ſingulorum organorum vitalium, ut ratio a priori pateat ſanitatis, & quomodo deficiente uſu oriantur morbi; ita nec ulla veri ſpecie redargui poteſt, qui in uſum ſingularum facultatum animæ inquirit, ut rationem a priori reddere poſſit virtutis, & quomodo earundem non uſu, vel abuſu in vitium prolabamur. Arduum licet ac difficile hoc ſit, non tamen propterea negligendum, multo minus contemnendum. Neque inutilis exiſtimandus immenſus iſte labor, cum eo carere nequeat, qui vitam homine dignam vivere voluerit, quem ratio a ceteris animalibus disjungit, & ab omni ſenſu culpæ vacuum habere animum, ut particeps fiat felicitatis, quæ in ipſum cadere poteſt.

§. 15.

De facultatibus inferioribus & intermediis in uſum intellectus perficiendis.

Quoniam intellectus utitur miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum & intermediarum (§. 14.); *Qui intellectum perficere vult, habitum quoque utendi facultatibus cognoſcendi inferioribus & intermediis ſibi comparare debet*, conſequenter cum facultates animæ perficiantur acquirendo habitus iisdem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), *facultates cognoſcendi inferiores & intermedias perficere.*

Perfectio animæ conſiſtit in conſentiente uſu omnium facultatum animæ tam ſuperiorum, quam inferiorum (§. 201. *part. 1. Jur. nat.*), ad quem conſequendum natura obligamur (§. 204. *part. 1. Jur. nat.*). Quamobrem cum omnes

tendere

tendere debeant ad eundem finem, felicitatem nimirum hominum (§. 8.), non modo ſingulorum, ſed & univerſorum (§. 220. 221. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ideo neceſſe eſt, ut facultatibus ſingulis ita uti diſcamus, quemadmodum finis iſte exigit, conſequenter cum facultates animæ ſingulæ perficiantur acquirendo habitus iisdem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), ſingulos perficiamus. Concurrit autem facultatis uſus unius ad perfectionem alterius, ita ut una uti minime poſſis, quemadmodum requirit conſentiens omnium uſus, ſine quo rectitudo actionum humanarum concipi nequit, (§. 203. *part. 1. Jur. nat.*), abſque concurſu aliarum. Quamobrem cum in Ethica oſtendendum ſit, quinam facultatum uſus requiratur ad actiones legi naturæ convenienter determinandas (§. 2.), atque tota praxis moralis ex uſu facultatum humanarum demonſtranda ſit (§. 5.); in Ethica omnino demonſtrandum, quomodo facultates aliæ ad uſum alterius concurrere debeant, ut cujuslibet deinde facultatis eum facere poſſimus uſum, qui ad actionis rectitudinem requiritur, ne ullus ſuperſit rectitudinis defectus vincibilis, conſequenter nullius culpæ nobis ſimus conſcii (§. 696. *part. 1. Phil. pract. univ.*), in quo haud poſtrema felicitatis noſtræ pars conſiſtit (§. 685. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Velim hæc & quæ modo annotata fuerunt ad propoſitionem præcedentem (*nat.* §. 14), probe expendantur, ne quis ſibi perſuadeat, nos non recta via incedere, ſed per ambages ad virtutem contendere, ac ejus ſtudium absque ulla neceſſitate difficile reddere. Abunde ex ſequentibus patebit, quantum in virtute profeceris, & quænam in ea adhuc deſiderentur, ut omni labe careat, intelligi minime poſſe, niſi omnium facultatum uſum intime perſpectum habueris.

§. 16.

Intellectus dirigit uſum facultatum cognoſcendi inferiorum & intermediarum. Intellectus enim utitur miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum & intermediarum (§. 14.). Quamobrem

De directione uſus facultatum cognoſcendi inferiorum

riorum & intermediarum.

obrem cum ſine eo munere ſuo recte fungi nequeat (§. 203. *part. 1. Jur. nat.*); ipſius eſt determinare uſum facultatum cognoſcendi inferiorum & intermediarum ad rectitudinem actus ſui requiſitum. Non igitur caſui relinquendus concurſus facultatum iſtarum ad actum intellectus (§. 460. *part. 2. Theol. nat.*), atque ideo eorundem uſum intellectus dirigere debet.

Dominatur intellectus facultatibus cognoſcendi inferioribus atque intermediis, quæ eidem ſerviunt. Quemadmodum itaque dominus determinat operas a ſervo ſibi præſtandas (§. 1106. *part. 7. Jur. nat.*), ita quoque intellectus determinare debet uſum facultatum inferiorum atque intermediarum, quo indiget, ut ipſe recte agat. Et ſicuti dominus operam dare tenetur, ut ſervus aptus fiat ad præſtandas operas, quas utilitatis ſuæ cauſa ipſi imperaturus eſt (§. 1106. 1107. *part. 7. Jur. nat.*), cum ad eas, quarum præſtatio ipſi impoſſibilis, eundem obligare nequeat (§. 209. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ita quoque neceſſe eſt, ut intellectus concurrat ad perficiendum facultates inferiores atque intermedias, ut ſingulæ efficiantur aptæ ad præſtandum ipſi eum uſum, quem ab iisdem exigere tenetur recte acturus. Mutuum quoddam datur adjutorium inter facultates animæ diverſas, ſine quo concipi nequit continuus progreſſus ad majorem indies perfectionem ſingularum. Dictis fidem faciemus in ſequentibus.

§. 17.

De modo uſum ſenſuum perficiendi.

Uſus ſenſuum perficitur, & iidem ad miniſterium intellectus apti efficiuntur, ſi ad res, quæ ſenſu percipiuntur, animam attendere, ſuper iis reflectere & non modo ipſas, verum etiam ſingula, quæ in iisdem diſtinguimus, nominibus ſuis efferre adſuescamus. Senſu percipimus res præſentes (§. 67. 59. *Pſych. empir.*), & earum ideas acquirimus (§. 24. 48. *Pſych. empir.*), ſicque res præſentes

ſentes cognoſcimus (§. 51. *Pſych. empir.*). Quodſi animum ad rem ſenſu perceptam attendamus, perceptio ejus efficitur clarior perceptione ceterorum, quæ ſimul percipiuntur (§. 237. *Pſych. empir.*), conſequenter eam agnoſcere, vel a perceptibilibus ceteris diſtinguere valemus (§. 31. *Pſych. empir.*) atque ita apta efficitur, ut vi imaginationis reproduci (§. 92. *Pſych. empir.*) & beneficio memoriæ recognoſci poſſit (§. 175. *Pſych. empir.*). Quodſi ergo animus ad rem eandem ſæpius perceptam attendatur, vel in ſemel percepta diu retineatur attentio, ea memoriæ mandatur (§. 179. *Pſych. empir.*), ut facilius poſthac actu reproducatur (§. 178. *Pſych. empir.*) & recognoſcatur (§. 174. *Pſych. empir.*). Accedit, quod hoc modo ea, quæ ſenſu percipiuntur, memoria retineantur (§. 181. *Pſych. empir.*). Quoniam reflexio conſiſtit in ſucceſſiva directione attentionis ad ea, quæ in re percepta inſunt (§. 257. *Pſych. empir.*); quæ de re percepta demonſtrata ſunt, ea etiam valent de ſingulis, quæ mediante reflexione in eadem diſcernuntur. Cumque hoc pacto res diſtincte percipiatur (§. 38. *Pſych. empir.*), diſtincte autem percepta memoriæ facilius mandentur eaque diutius retineantur (§. 200. *Pſych. empir.*); ſi ad attentionem accedat reflexio, quæ de uſu ſenſuum accedente attentione demonſtrata ſunt, ea reflexione concurrente multo adhuc certius obtinentur. Quodſi denique tam res, quam ea, quæ in iis discernimus, nominibus ſuis efferre adſuescamus; ipſa hæc nomina juvant ideæ reproductionem (§. 273. *Pſych. empir.*), & abſtracta facilius memoriæ mandantur atque diutius eadem retinentur (§. 285. *Pſych. empir.*). Abunde igitur patet uſum ſenſuum perfici, ſi ad ſenſationes accedat attentio atque reflexio & ſenſu percepta ſuis nominibus efferre discamus. *Quod erat unum.*

Intel-

Intellectus utitur miniſterio ſenſuum tum in veritate a poſteriori cognoſcenda, tum in veritatibus cognitis ad res in dato caſu obvias applicandis. In caſu priori aut judicia intuitiva formamus (§. 51. *Log.*), aut notiones univerſales, quibus ſcilicet ea repræſentantur, quæ rebus pluribus communia ſunt (§. 54. *Log.*). Enimvero ſive judicia intuitiva, ſive notiones univerſales formemus, non modo res ipſa diſtinguenda ab iis, quæ ipſi inſunt, verum etiam hæc a ſe invicem discernenda (§. 669. 678. *Log.*): quod cum a nobis fieri poſſit, ſi ad uſum ſenſuum accedat attentio & reflexio, *per demonſtrata n. 1.* evidens omnino eſt, ſenſus aptos effici ad miniſterium, quo intellectus indiget ad veritates a poſteriori cognoſcendas, cujus quippe eſt formare notiones & judicia (§. 52. *Log.*). Enimvero ſi ea, quæ cognovimus, in dato caſu ad res obvias applicare voluerimus, aut definitiones applicandæ ſunt, aut propoſitiones (§. 1212. *Log.*). In caſu priori neceſſe eſt, ut agnoſcas ſingulas notas, quæ in definitione continentur, in re obvia ineſſe (§. 1218. *Log.*); in poſteriori autem obſervandum, num determinationes ſubjecti, vi quorum eidem tribuitur prædicatum, in caſu dato adſint (§. 1223. 1224. *Log.*). Perinde igitur ac ante opus eſt, ut rem ab iis, quæ eidem inſunt, vel adſunt, hæc ac ſe invicem discernas. Quamobrem porro ut ante patet, ſi ad uſum ſenſuum accedat attentio atque reflexio, eos aptos effici ad miniſterium, quo intellectus indiget in veritatis cognitæ applicatione. Atque jam manifeſtum eſt concurſu attentionis & reflexionis ſenſus aptos effici ad miniſterium intellectus. *Quod erat alterum.*

Uſus ſenſuum equidem naturalis eſt, non demum exercitio acquirendus (§. 310. *part. 1. Jur. nat.*); non tamen ſibi relictus late patet, quemadmodum conſpicimus in infantibus atque

que animantibus brutis, præſertim in horum quōque infantia, ſeu prima ab ortu ætate. Deficere in utrisque attentionem, nemo eſt qui neſciat, niſi qui ad ipſorum actiones animum attendere ipſemet neglexit. Sine attentione non conſervari ideas ſenſibilium, ſed ſtatim evaneſcere, conſpicere datur in catulis & canibus, tum etiam in hominibus inter urſos educatis. Canes enim catulos, quos impenſe amant & defendunt, non agnoſcunt amplius ſuos, ſed mordent ad ſe accedentes, ſi per paucos ſaltem dies ab eorum conſpectu fuerint remoti. Ac idem obſervamus in pullis & gallinis. Et exempla hominum inter urſos educatorum loquuntur, eos ſtatus vitæ ſylveſtris non recordari, ſicuti nec nos recordamur eorum, quæ acta ſunt, nobis in curris vagientibus (§. 461. *Pſycb. rat.*). Deficiente autem attentione deficere quoque reflexionem, ex ipſa reflexionis notione patet (§. 257. *Pſycb. empir.*). Equidem non negamus, caſu excitari ſolere attentionem, veluti ſi quoddam ſenſibile fortius in organum ſenſorium agit ceteris (§. 370. *Pſycb. rat.*) aut ex re percepta voluptatem percipimus (§. 371. *Pſycb. rat.*); nondum tamen attentio, quæ ſoli caſui debetur, ſufficit, ut ſenſus apti efficiantur ad miniſterium, quo intellectus indiget munere ſuo recte defuncturus, & qui caſui permittit, quæ exercitio acquirere poterat ac debebat (§. 211. *part. 1. Jur. nat.*), is nec tantum proficit, quantum poterat, ac nimis tarde proficit, niſi fortunam ſibi faventem experiatur. Neceſſe igitur eſt, ne diligentiam noſtram deſiderari patiamur in iis, quæ ſtudio ac labore acquirere valemus: id quod non ſolum notandum in caſu præſente, verum etiam tenendum eſt de quolibet habitu facultatibus noſtris recte utendi. Natura obligamur ad recte agendum (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum in actione recta nihil deſiderari debeat quoad uſum facultatum omnium (§. 79. *part. 1. Phil. pract. univ. & not.* §. 203. *part. 1. Jur. nat.*); eundem quoque poteſtati noſtræ ſubjicere, non vero fortunæ poteſtati relinquere debemus.

§. 18.

De progreſſu ad majorem perfectionem.

Quoniam uſus ſenſuum perficitur attentione, reflexione & ſingulorum perceptibilium denominatione (§. 17.); *quo quis majorem attentionis, reflexionis & perceptibilia ſuis nominibus appellandi habitum acquirit, eo aptiores efficit ſenſus ad miniſterium intellectui debitum.*

Uſus ſenſuum poteſtati noſtræ ſubjicitur attentione atque reflexione, & ſingulorum, quæ in percipiendo discernuntur, denominatione, prouti non modo ex demonſtratione propoſitionis præcedentis patet, verum etiam ex Pſychologia abunde eluceſcit, ſi quidem in ea diligenter fueris verſatus. Magis igitur is in poteſtate noſtra erit, ſi majorem ad ea, quæ percipiuntur attentionem afferre & accuratius ſuper iis reflectere valeamus, & quo copioſior lingua fuerit, ne deſint nomina ad ſignificandum ea, quæ tanquam diverſa a ſe invicem diſtinguimus. Qui vero hebetior eſt, quam ut veritatem intimius perſpicere poſſit, is omnem adhibeat diligentiam in uſu ſenſuum eo, quem indicavimus, modo perficiendo, ut eandem in ſeipſo experiatur (§. 267. *part. 2. Phil. pract. univ.*).

§ 19.

De extenſione apperceptionis.

Si animum ad ea, quæ ſenſu percipiuntur, attendere ac ſuper iis reflectere adſueſcimus; ea appercipimus, quæ alias eundem effugiunt. Etenim attentione perceptiones fiunt clariores (§. 237. *Pſych. empir.*), conſequenter etiam reflexione clare percipiuntur ea, quæ rei perceptæ inſunt (§. 257. *Pſych. empir.*), ac propterea tam rerum perceptarum (§. 20. *Pſych. rat.* & §. 25. *Pſych. empir.*), quam eorum, quæ in iis discernuntur vel ad eas quomodocunque referuntur, nobis conſcii ſumus (§ 11. *Pſych. rat.*). Quamobrem ea appercipimus, quæ alias ſenſum noſtrum effugerent (§. 25. *Pſych. empir.*).

Idem

Idem in nobis ipſis experimur, ſi ad percepta attendere ac ſuper iis reflectere ſedulo adſuescamus. Docet idem uſus oculi, tam *nudi*, quam microſcopio aut teleſcopio armati. Sane contingit ſubinde, ut nudo oculo poſthac obſervemus, quæ ab initio nonniſi armato patebant. Neque vero mirari debemus, cum uſus ſenſuum homini natura inſit, non demum acquirendus (§. 200. *part. 1. Jur. nat.*), cur idem tamen attentione & reflexione, quæ tota in illius uſu conſiſtit (§. 257. *Pſych. empir.*), ad ea extendatur, quæ alias eundem effugiunt. Ad actum enim apperceptionis attentio requiritur (§. 25. *Pſych. rat.*), ita ut natura uſui ſenſus jam adhæreat quidam attentionis actus. Quodſi ergo major attentio afferatur & per reflexionem ad partiales perceptiones extendatur; apperceptio quoque major eſſe & ad plura extendi debet.

§. 20.

De acumine ſenſuum naturali acquiſito.

Senſus acutus dicitur, ſi ad talia percipienda aptus eſt, quæ ab aliis ſive hominibus, ſive animantibus eodem præditis ipſum effugiunt. *Acumen* igitur *ſenſuum* eſt potentia talia percipiendi, quæ aliorum ſentientium ſenſum vel prorſus effugiunt, vel difficulter percipiuntur. Dicuntur autem *difficulter percipi*, quæ nonniſi exquiſita attentione ad ſenſibile percipiuntur, aut, ſi mavis, appercipiuntur. Eſtque *Acumen* hoc vel *naturæ*, quod natura ſentienti competit: vel *acquiſitum*, quod nonnili uſu comparatum.

E. gr. Non omnes homines eodem viſus acumine natura pollent, neque etiam animantia bruta. Ita *Hevelium* tanto viſus acumine polluiſſe conſtat, ut per dioptras Tychonicas aſſecutus fuerit, quod aliis obſervatoribus nonniſi per teleſcopicas aſſequi datum: quamvis enim hic plurimum quoque valuit exercitatio in obſervando, ea tamen ſine viſus acie ſola non ſuffeciſſet. Aſt nolumus in re per obvia experimenta manifeſta in cumulandis exemplis eſſe prolixiores. Nemo eſt qui

neſciat, alia animantia hoc, alia alio ſenſu ceteris antecellere, veluti canes odoratu, lynces viſu, araneas tactu. Potentiæ autem, ſeu diſpoſitiones naturales, quibus brutorum ſpecies differunt, per hominum individua diverſimode diſtributæ ſunt, ut apti ſint ad ſocietatem illam colendam, quam ipſa natura inter eos inſtituit (§. 138. *part. 7. Jur. nat.*), & ſic mutuo adjutorio ſinguli non minus, quam univerſi perfici poſſint (§. 144 *part. 7. Jur. nat.*), ac ideo porro civitates inſtitui (§. 4. *part. 8. Jur. nat.*) & ipſæ civitates in maximam quandam coaleſcere queant (§. 9. *Jur. Gent.*): id quod vix fieri potuiſſe concipitur, ſi quidem hominum omnium diſpoſitiones atque inclinationes naturales eædem eſſent. Atque hoc pacto totum genus humanum perinde ac civitas quædam particularis aſſimilatur corpori humano, cujus ſingula membra ad ſingulas functiones apta ſunt, ut totum corpus conſervetur eidemque bene ſit. Velim hæc probe perpendantur, cum mirifice in praxin moralem influant.

§. 21.

Quomodo id acquiratur. Quoniam animum ad ea, quæ ſenſu percipiuntur, attendentes ac ſuper iis reflectentes ea appercipimus, quæ alias ſenſum effugiunt (§. 19.), ſenſus autem acutus efficitur, ſi ad talia percipienda aptus redditur, quæ alias eundem effugiunt (§. 20.); *attentione & reflexione*, quæ certo modo iteratis actibus attentionis tota abſolvitur (§. 257. *Pſych. empir.*), *ſenſum effici acutiorem*, conſequenter *acumen acquiſitum dari (§. cit.) palam eſt.*

Non alia certe ratio eſt, cur ſenſu uno deficiente alii deprehendantur acutiores: attentionem enim ad ſe omnem trahit ſenſus alius, quæ alias vel unice dicatur ei, qui deficit, vel inter ipſum atque alium partitur. Pertinet huc exemplum coecorum, qui tactu colores discernunt, ac inprimis memoratu dignum eſt exemplum illius Angli, qui cum coecus eſſet per

ଅଧିକାର ଅଭିଳେଖ ଅଧିନିୟମ, ୧୯୯୩ ଅନୁଯାୟୀ ଅଧିକାର ଅଭିଳେଖ ପ୍ରସ୍ତୁତ ହୋଇଥିବା ଜମିର ଅଧିକାର ଅଭିଳେଖ ପ୍ରସ୍ତୁତ ହେବା ପରେ ଏହି ଜମିର

perfici nequit, ut ad plura extendatur, quam natura extenditur; perfici autem poteſt quoad actum apperceptionis, qui pendet ab attentione & reflexione: prouti abunde patet ei, qui anteriores demonſtrationes ſatis rimatus eſt. Ne enim ſimus prolixiores, evolutioni notionum ſuperſedemus. Actus apperceptionis ſupponit in perceptione diſtincte repræſentata, qui appercipi debent. Quodſi ergo ſenſus natura fuerit acutior pro diverſitate organorum ſenſoriorum (§. 65. 66. *Pſych. empir.*); acuminis quoque acquiſiti gradus major obtineri poteſt, quem attingere nequit, qui natura hebetior eſt. Cum vero ratio perceptionum reddenda ſit ex ſtructura organi ſenſorii (§. 66. *Pſych. empir.* & §. 278. *Cosmol.*); diverſitas acuminis naturalis a priori demonſtranda eſt in Phyſica. Eſſentiæ rerum cum ſint immutabiles (§. 300. *Ontol.*), in ſtructura autem organorum ſenſoriorum eſſentia conſiſtat (§. 276. *Cosmol.*); perceptio ſenſibilis poteſtati noſtræ non ſubeſt. Quicquid igitur quoad uſum ſenſuum accedere poteſt, id omne attentioni & reflexioni tribuendum, quam poteſtati noſtræ ſubjectam eſſe experimur. Non eſt quod excipias, arte immutari poſſe ipſum perceptionis actum, veluti dum oculus microſcopio armatus diſtincte percipit, quæ nudum effugiunt propter exilitatem, vel etiam armatus teleſcopio videt remota, quæ ſine eo propter nimiam diſtantiam videri non poterant. Etenim inſtrumenta iſta nil mutant in facultate percipiendi, ſed perceptibile immutant, quatenus per refractionem radios luminis ita diſponunt, ac ſi ab objecto majore vel propiore emanarent: quæ ex demonſtrationibus opticis manifeſta ſunt. Aliud vero eſt efficere, ut objectum, quod imperceptibile erat, fiat perceptibile; aliud perficere facultatem percipiendi, ut in objecto invariato plura diſtincte repræſententur. Illud artis eſt, non vero uſui facultatum animæ debetur; hoc eidem repugnat. Ac ideo in anterioribus diximus, uſum ſenſuum perfici, non ipſos ſenſus (§. 17.): in præſenti autem propoſitione oſtenditur, uſu ſenſuum perfecto eosdem fieri acutiores.

Fit

Fit nimirum ſenſus acutior, quatenus ejus uſus concurſu aliarum facultatum, attentionis ſcilicet atque reflexionis, extenditur ad ea, quæ licet percepta non tamen appercipiebantur. Ceterum quæ artis ſunt, ea ad philoſophiam moralem non pertinent: praxis enim moralis demonſtranda eſt ex uſu facultatum humanarum. Quæ igitur eodem conſequi non poſſumus, ea extra limites philoſophiæ moralis poſita. Similiter huc non pertinent remedia, quæ ad conſervandas & confortandas facultates animæ inferiores a conſtitutione corporis pendentes a Medicis commendantur. Veluti, quod ruta viſum acuat, ita ut, referente *Zornio* in Botanologia medica nonnulli aſſerant, aqua ex ruta deſtillata utentem frequenter in coelo de die æque ac nocte ſtellas viſurum: id quod quamvis hyperbolice dictum videatur, conſtans tamen & in vulgus nota opinio fuit tam apud veteres, quam recentiores, rutam oculos caligine purgare & acutos reddere. Rutam crudam recentem comedere, vel etiam aqua ex ea deſtillata oculos lavare experimentum innoxium eſt. Alias iſtiusmodi remediis caute admodum utendum, ne contrarium organis nobiliſſimis, qualia inprimis ſunt organa auditus & viſus, quoad facultatem ſentiendi, effectum experiaris. Sed de cauto uſu remediorum illorum alibi erit dicendi locus.

§. 23.

Actio violenta in organum ſenſorium dicitur, quæ ordinariam ſive a ſenſibili, ſive vi interna profectam excedit. *Actio violenta in organum ſenſorium quænam dicatur.*

Objecta ſenſibilia motum imprimere organis ſenſoriis, ac inprimis nervis ſenſoriis ad cerebrum usque continuandum conſtat (§. 111. *Pſych. rat.*). Et in eo conſiſtit actio ſenſibilis in organo ſenſorio, ipſum autem motum nervis ſenſoriis impreſſum, qui ad cerebrum propagandus, ut ſentiamus, ſpeciem impreſſam diximus (§. 112. *Pſych. rat.*), inde vero in cerebro ortum ideam materialem ſenſibilis (§. *cit.*). Motus iſte certum requirit celeritatis gradum, ut clara ſit perceptio

(§. 126.

(§. 126. 129. *Pſych. rat.*) & natura eundem determinavit, quem ferre valent organa ſenſoria. Atque hic idem eſt, qui ad actionem ordinariam refertur. Quodſi gradus iſte celeritatis augeatur, actio excedit ordinariam & ideo a nobis violenta dicitur, quia vis infertur organo ſenſorio. Enimvero dantur quoque organa ſenſoria, quæ ex partibus mobilibus conſtant, & quæ facultati motrici ſubjiciuntur, qualia ſunt oculus atque auris. Ita conſtat, in oculo pupillam poſſe contrahi & dilatari, diſtantiam humoris cryſtallini a retina nunc augeri, nunc imminui. Quatenus igitur motus illarum partium a libertate animæ quodammodo dependet, actio in organum ſenſorium a vi interna proficisci dicitur, veluti ſi luce creprea oculos ſcripturæ prope admoveamus, ut legere poſſimus, tum enim pupillam dilatari & diſtantiam humoris cryſtallini a retina augeri conſtat. Quodſi mutatio, quæ hoc modo in organo ſenſorio contingit, nimium abeat ab ordinaria, actio intrinſeca in organum ſenſorium a nobis violenta dicitur.

§. 24.

Quomodo facultas ſentiendi imperfectior redditur.

Actione violenta in organum ſenſorium facultas ſentiendi redditur imperfectior. Organa ſenſoria actione violenta depravari, ut ad uſum, quem habere debent, maneant minus apta, tanquam a poſteriori notum in præſenti ſumimus. Quamobrem cum facultas ſentiendi tota pendeat a conſtitutione organorum ſenſoriorum (§ 67. *Pſych. empir.*); actione violenta in organum ſenſorium facta facultas quoque ſentiendi non amplius apta manet ad omnes iſtos uſus, quos per naturam habere poterat ac debebat. Redditur igitur imperfectior (§. 323. *part. 1. Jur. nat.*).

Quomodo actione violenta organum ſenſorium depravetur, in Phyſica explicandum. Læditur nimirum ſtructura, ita ut vel pars aliqua vitietur, vel ſitus ejus immutetur. Conſtat

ſtat autem tum ideam materialem eique reſpondentem ſenſualem non amplius eſſe poſſe eandem. Ita quæ antea videbantur clare ac diſtincte, nunc ſaltem obſcurius videntur. Et quæ antea clare ac diſtincte audiebantur, nunc vix ac ne vix quidem, ac nonniſi confuſe auditu percipiuntur. E. gr. ſi quis durante crepuſculo ſcripturam minutam legere adſuescit, quæ procul ab oculo diſtant, ea poſthac clare ac diſtincte videre nequit. Similiter ſi quis campanis pulſatis, vel tormentis explosis frequenter prope adſtat, auditus obtunditur, ut vocem ſubmiſſam diſtincte non percipere detur. Non opus eſt, ut experientias ſatis obvias cumulemus, quamvis ad eas animum attendere debeat, qui ſibi cavere vult, ne facultas ſentiendi reddatur imperfectior. Et quoniam quæ ad integritatem organorum ſenſoriorum conſervandam faciunt, ad officia circa corpus proprie ſpectant; ideo hoc loco in genere annotaſſe ſufficit, quod actione violenta in organum ſenſorium facultas ſentiendi lædatur. Dudum obſervavit *Ariſtoteles*, omne violentum naturæ eſſe inimicum, motus nimirum violenti tendunt ad deſtructionem rei. Ita chorda nimium tenſa diſſilit, aut elaſticitatem amittit: quale quid etiam accidit membranæ tympani in aure, ſi fragore ingente, ſæpius præſertim iterato, concutiatur.

§. 25.

Quoniam actione violenta in organum ſenſorium facultas ſentiendi imperfectior redditur (§ 24.), conſequenter *acumen ſenſuum naturale* obtunditur (§. 20. *b.* & §. 198. part. 1. *Jur. nat.*); *qui* idem *conſervare vult, ſibi cavere debet, quantum poteſt, ab omni violenta actione ſenſibilium in organa ſenſoria*, conſequenter *ſibi comparare notitiam eorum, quæ organis ſenſoriis vim inferunt, ſicque ſenſus debilitant.* Facile autem intelligitur, *curam acuminis ſenſuum conſervandi tanto majorem eſſe debere, quanto magis neceſſarius eſt eorum uſus, præſertim in directione actionum noſtrarum.* *De modo conſervandi acumen naturale.*

Senſus omnes non ejusdem eſſe perfectionis, alibi jam demonſtravimus (§. 162. *Pſych. rat.*), & experientia ſatis manifeſtum eſt, modo notes perfectionem ſenſus æſtimari ex diſtincta ſenſibilis repræſentatione (§. 161. *Pſych. rat.*). Eminet utique inter eos viſus, cujus indiſpenſabilis uſus tum in cognitione rerum acquirenda, tum in actionibus dirigendis, ac inprimis in culpa vitanda abunde eluceſcit. Quamobrem ut acumen conſervemus viſus, omnium maxime nobis curæ eſſe debet. Non parum adjumenti hac in re affert Optica, hoc etiam nomine commendanda. Quodſi quis demonſtrationes mathematicas capere nequit; theoremata optica experimentis & obſervationibus confirmari ſufficit. Quæ vero inde peti poſſunt ac debent, ea nemo a nobis hic expectet. Eum igitur vel ad Elementa noſtra Matheſeos univerſæ, vel ad compendium Matheſeos remittimus, qui illorum notitiam ſibi comparare voluerit. Si quis ad experientiam tam domeſticam, quam alienam eam attentionem afferre voluerit, quam ſupra commendavimus (*not.* §. 2.); ei exempla occurrent prorſus ſingularia de uſu ſenſuum etiam imperfectiorum in avertendis periculis, veluti quod odoratu incendium imminens fuerit animadverſum, antequam vires caperet. Dabimus exempla alia, ubi de voluptate transitoria acturi ſumus.

§. 26.

De neglectu ſenſuum uſum perficiendi ex incogitantia & ignorantia.

Senſuum uſum perficere negligit, qui miniſterium ſenſuum non animadvertunt, aut quomodo ſenſus ad miniſterium intellectus apti efficiantur ignorant. Qui enim miniſterium ſenſuum non animadvertit, is de eo minime cogitat, quod intellectus eodem habeat opus. Nulla igitur ratio eſt, cur curæ habere debeat, ut ſenſus ad miniſterium intellectus aptus efficiatur. Quamobrem cum omittat actiones illas, quibus aptus effici poterat; ſenſuum ulum perficere negligit (§. 750. *part. 1. Phil. pract. univ.*). *Quod erat unum.*

Enim-

Enimvero quamvis agnoſcat, intellectum miniſterio ſenſuum opus habere, ſi tamen ignorat, quomodo ſenſus ad miniſterium intellectus aptus efficiatur; acumen ſenſuum acquiſitum ipſi ignotum eſt (§. 17. 21.). Quamobrem cum voluntas non feratur in incognitum (§. 880. *Pſych. empir.*), nec ulla ſit ignoti cupido (§. 810. *Pſych. empir.*); fieri non poteſt, ut de uſu ſenſuum in miniſterium intellectus perficiendo, ſeu acumine ſenſuum acquirendo cogitet. Patet igitur ut ante, quod ſenſum perficere negligat. *Quod erat alterum.*

Nemo eſt, qui neſciat, quam imperfectum hactenus fuerit Pſychologiæ ſtudium: quæ quo minus pro dignitate excoleretur, non parum obſtitit præjudicium, ex notione ſpiritus privativa, quod ſit ſubſtantia immaterialis, enatum. Inde enim perperam illatum, nos magis cognoſcere poſſe, quid anima non ſit, quam quid ſit, ut ideo de notionibus diſtinctis eorum, quæ animæ inſunt, parum cogitaverint philoſophi. Et quamvis *Carteſius* poſitivam dediſſet animæ definitionem, quod ſit ſubſtantia cogitans; cum tamen cogitationem pro eſſentia animæ venditaret, neque ideo in eadem admitteret, niſi ea, quorum nobis conſcii ſumus, error hic in cauſſa fuit, ut actuum animæ a ſe invicem dependentia non agnoſceretur, conſequenter concurſus facultatum ad actiones liberas minime perſpiceretur. Huc acceſſit, quod pro notionibus irreſolubilibus habitæ fuerint, quæ in alias ſimpliciores reſolvuntur, & haud raro infinita continent. Ea enim de cauſſa notiones diſtinctæ inſuper habitæ. Immo modus quoque explicandi commercium inter animam & corpus, quo a voluntate Dei immediate deducit ex animæ eſſentia atque natura derivanda, impedimento fuit, quo minus inquireretur, quomodo animæ modificationes facultatum ejusdem concurſu fiant & ſtatus præſens a præteritis dependeat idemque in futuros influat. Quamobrem non eſt quod miremur, in philoſophia quoque

morali praxin, quæ in ea doceri debebat, ex facultatum legitimo uſu minime deductam fuiſſe. Neque etiam eſt, quod miremur neglectum perficiendi uſum ſenſuum in miniſterium intellectus, ita ut idem penitus caſui relictus fuerit, cui & naturæ hactenus debetur omnis fere praxis moralis. Nolo urgere alia præjudicia de naturali uſu facultatum in virtutibus acquirendis & vitiis fugiendis, quæ ſua ſponte per demonſtrationes noſtras in fumum abitura confido. Quamvis itaque vix animadverſione dignum videatur, quod incogitantia & ignorantia ſit mater neglectus acuminis ſenſuum acquirendi; expreſſa tamen mentio ejusdem fieri debebat, quod ea de cauſa neglectus iſte nimis familiaris ſit, etſi magnum habeat in praxi morali momentum. Miſerrime actum foret cum genere humano, niſi natura & caſus defectum iſtum quodammodo ſuppleret. Abſit tamen ut exiſtimes propterea omnem curam prorſus abjiciendam eſſe. Quæ de Logicæ naturalis inſufficientia & neceſſitate ac utilitate artificialis demonſtravimus (§. 19. 20. 24. *Log.*), ea mutatis mutandis huc etiam applicari poſſunt. Plurimum omnino differt uſum facultatum ac inde pendentem habituum acquiſitionem caſui relinquere & eundem poteſtati ſuæ ſubjicere: neque enim ſolum in caſu poſteriori latius patet, verum etiam præcavetur, ne uſus in abuſum vertatur. Utrumque clariſſime eluceſcet ex ſequente tractatione per univerſam philoſophiam moralem.

§. 27.

Quomodo incogitantiæ & ignorantiæ medeamur.

Quoniam qui miniſterium ſenſuum non animadvertunt, aut quomodo ſenſus ad miniſterium intellectus apti efficiantur, ignorantia ſenſuum uſum perficere negligunt (§. 26.), cum neglectus in caſu priori ex incogitantia (§. 748. *part. 1. Phil. pract. univ.*), in poſteriori ex ignorantia oriatur (§. 27. *part. 1. Phil. pract. univ.*), remedium vero incogitantiæ eſt adſuescere, ut in agendo ſemper ſis præſentis animi

(§. 655.

(§. 655. *part.* 2. *Phil. pract. univ.*), conſequenter ad actiones præſentes attentionem ſufficientem afferas (§. 651. *part.* 2. *Phil. pract. univ.*), ab ignorantia autem liberatur, qui ea, quæ ignorat, docetur, ac veritatis eorundem convincitur (§. 27. *part.* 1. *Phil. pract. univ.* & §. 982. *Log.*), atque omnium optime experientia domeſtica convincimur, quænam uſu facultatum noſtrarum a nobis fieri poſſint & quinam earundem uſus nobis concedatur (§. 267. *part.* 2 *Phil. pract. univ.*); *qui uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere negligit ex incogitantia, vel ignorantia, eum adſueſcere debes, ut animum ad operationes intellectus ſufficienter attendat, & quomodo is ſenſuum miniſterio utatur, ex ſemetipſo, te attentionem ac reflexionem neceſſariam docente* (§. 178), *addiſcat.*

Qui duce vivo deſtituitur, is nos ſibi ducem jungat, qui quæ facienda ſunt in præſenti opere demonſtramus. Dux enim vivus aliud agere nequit, quam ut dicat, quæ a nobis in ſcripturam relata ſunt, & utrum audiantur, an legantur perinde eſt, quamvis non negemus ducem vivum, ſi munere ſuo rite fungatur, negotium hoc plurimum facilitare, præſertim ſi in tollendo hoc impedimento alia emergant impedimenta, quæ quis per ſe non facile removet. Notandum vero in genere eſt, in omni praxi morali dandam eſſe operam, ut ea, quæ de uſu facultatum in determinandis actionibus noſtris demonſtrantur, in nobis ipſis experiamur. Ratio patet per ea, quæ jam alibi oſtendimus (§. 267. 268. 271. 272. *& ſeqq. part.* 2. *Phil. pract. univ.*). Quamvis autem conſultum ſit, ut quæ de uſu facultatum in determinandis actionibus noſtris demonſtrantur, in nobis ipſis experiamur; hoc tamen non obſtante utile, immo neceſſarium eſt, ut uſum facultatum earundemque a ſe invicem dependentiam ex Pſychologia nobis cognitam atque perſpectam reddamus. Ita enim negotium hoc admodum facilitatur. Quemadmodum etiam qui

cito in Philoſophia morali proficere voluerit, antea in Pſychologia aſſiduus fuerit neceſſe eſt.

§. 28.

De impedimento perfectionis uſus ſenſuum ex moleſtia adhibendi attentionem ſufficientem orto.

Si cui nimis moleſtum accidit animum ad objectum ſenſibile tantum attendere & tamdiu attentionem in eadem retinere, quantum & quamdiu ad miniſterium intellectus ſufficit; is uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere negligit. Conſtat homines averſari, quæ moleſtiam, ſive tædium pariunt, quamdiu in notione mali confuſa acquieſcunt (§. 592. *Pſych. empir.*). Qui uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere debet, is nondum agnoſcit, quonam miniſterio ſenſuum intellectus indigeat, & quantum interſit, intellectum rite perfungi officio ſuo, conſequenter de eo, quod in præſenti caſu bonum, vel malum eſt, ex diſtincta boni vel mali notione dijudicare nequit, atque ideo in confuſa acquiescit. Quamobrem ſi nimis moleſtum ipſi accidit animum ad objectum ſenſibile tantum attendere & tamdiu attentionem in eadem retinere, quantum & quamdiu ad miniſterium intellectus ſufficit, is attentionem, quam adhibere debet, averſatur, conſequenter eandem omittit, ac ideo uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere negligit (§. 750. *part. 1. Phil. pract. univ.*).

Non levis attentionis gradus eſt, qui ad perficiendum uſum ſenſuum in miniſterium intellectus requiritur. Abunde hoc experietur, qui animum huc appellere voluerit. Obvium experimentum in eo eſt, ubi quis attentionem, cui nondum adſuetus eſt, adhibere debet, præſertim ſi non agnoſcit utilitatem ejus, cui agnoſcendo eadem adhibenda. Exemplo eſt Geometria elementaris, quam quis addiscere debet, & cujus utilitatem prævidere nequit. Unde videas, quam moleſta videatur attentio, quæ ad eam addiſcendam afferenda, ut lon-

ge

ge plurimi eadem de cauſa ſtudii utiliſſimi, immo apprime neceſſarii in ipſo ſtatim limine fiant deſertores. Idem conſpicimus in iis, qui ad ſolidam philoſophiæ doctrinam addiſcendam animum appellere debent. Et huc etiam pertinet, quod accurata methodus ſpernatur ab iis, qui in prima juventute eadem uti non didicerunt. Immo eadem de cauſa ad ſtudia literaria prorſus inepti deprehenduntur, quibus moleſta accidit attentio, ut animo præſentes eſſe nequeant (§. 648. *part.* 2. *Phil. pract. univ.*). Præſens igitur impedimentum, quod obſtat, quo minus uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur, haud quaquam exiguum eſt. Et niſi plurimæ ſua veluti ſponte ſeſe offerrent cauſæ, quæ inſcios ac ſæpiſſime quoque invitos ſucceſſive adſueſcerent ad eam attentionem, quæ uſus ſenſuum in miniſterium intellectus exigit, ea adhuc magis deficeret, quam deficere ſolet. Caſui tamen vix unquam acceptum referre dabitur, ut eandem in poteſtate tua ita habeas, quantum ad rectum intellectus uſum requiritur: id quod ex ſequentibus clarius eluceſcet, & experientia abunde confirmat, ſiquidem de recto intellectus uſu in dato quolibet caſu judicium minime fallax ferre didiceris.

§. 29.

Quoniam moleſtia ad objectum ſenſibile ex attentione in miniſterium intellectus adhibenda percepta impedit, quo minus uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur (§. 28.), cur autem moleſtia inde percipiatur, varix eſſe poſſunt cauſæ, prouti a poſteriori conſtat, ſi vero impedimentum hoc tollere volueris, neceſſe eſt, ut cauſa tollatur; *Qui negligentiæ perficiendi uſum ſenſuum in miniſterium intellectus ex moleſtia attentionis ortæ mederi vult, in dato caſu in cauſas moleſtiæ inquirere & quomodo eædem tollantur inquirere debet.* *De modo tollendi impedimentum iſtud.*

Non unam eandemque eſſe cauſam, cur attentio ad objectum ſenſibile afferenda, quæ ad uſum ſenſuum in miniſterium

1928 Additional Information Body - Leather, Cloth, Felt

Anvil Hall Bodyclothing was a subsidiary of Anvil Hall Motors. Although Anvil Hall Motors manufactured bodies for their own cars, they also supplied bodies to other manufacturers.

tur, quomodo ea ad illum ſit determinanda (§. 17.); quæ hic deſiderari poterant, ex iis ſupplenda, quæ paulo inferius de perficienda attentione demonſtrabuntur.

§. 30.

Quoniam moleſtia, ſive tædium ex attentione ad uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficiendum afferenda perceptum in cauſa eſt, ut uſum ſenſuum perficere negligamus (§. 28.), tædium vero prorſus non appercipitur, ſi voluptas plurimum ſuperet tædium (§. 528. *Pſych. empir.*), hæc vero ex intuitu perfectionis oritur (§. 511. *Pſych. empir.*); *ſi quis ſibi repræſentat perfectionem tam uſus ſenſuum*, aut, ſi mavis animæ quoad eundem, *quam intellectus ab illa pendentem, moleſtia ex attentione ad uſum ſenſuum afferenda oriri ſolita non amplius obſtabit, quo minus eundem perficere ſtudeat.* *De moleſtia per voluptatem vincenda.*

Vincit nimirum voluptas moleſtiam, ſive tædium, ut illa prævalente vim quaſi inferas tibimetipſi, & difficultatem animum attendendi ad objectum præſens tandem ſuperes. Perfectio intellectus, cui ſervit ſenſuum uſus, ſpectanda eſt tanquam finis (§. 932. *Ontol.*), & attentio ad ſenſibile afferenda tanquam medium (§. 937. *Ontol.*). Quamobrem cum media velit, qui finem ardenter appetit (§. 223. *part. 2. Phil. pract. univ. & §.* 941. *Ontol.*); omni quoque animi contentione attentionem ad ſenſibile afferre conatur, qui perfectionem intellectus & uſus ſenſuum, a quo illa pendet, ſibi repræſentat. Voluptas ſtimulus eſt ad id agendum excitans, a quo moleſtia acturum retrahit. Illa igitur ſi hanc vincit, ea impedimento amplius eſſe nequit, quo minus agamus.

§. 31.

Si quis uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere ſtudens ſibi repræſentat perfectionem tam uſus ſenſuum, quam intellectus *De influxu appetitus in ab determina-*

tionem attentionis ad ſenſibile.

ab illa pendentem; in determinationem attentionis ad ſenſibile afferendæ influit appetitus tam rationalis, quam ſenſitivus. Etenim ſi quis perfectionem tam uſus ſenſuum, quam intellectus ab ea pendentem ſibi repræſentat, is uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficiendum ſibi repræſentat tanquam bonum (§. 554. *Pſych. empir.*), conſequenter uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere vult (§. 891. *Pſych. empir.*). Et quatenus ſibi conſcius eſt hujus perfectionis, voluptatem inde percipit (§. 511. *Pſych. empir.*), tanto majorem, quo certius eſt de perfectione judicium (§. 517. *Pſych. empir.*), conſequenter in uſum ſenſuum perficiendum fertur etiam appetitus ſenſitivus (§. 591. *Pſych. empir.*), immo cupiditas oritur (§. 805. *Pſych. empir.*), conſequenter cum jam actus voluntatis cupiditate ſtipetur, ardor perficiendi uſum ſenſuum in miniſterium intellectus oritur (§. 218. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perfici nequeat niſi ſufficiente attentione ad ſenſibile allata (§. 17.); ſi quis uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficere ſtudens ſibi repræſentat perfectionem tam uſus ſenſuum, quam intellectus ab illa pendentem, in determinationem attentionis ad ſenſibile afferendæ influit appetitus tam rationalis, ſive voluntas (§. 880. *Pſych. empir.*), quam appetitus ſenſitivus.

Attentionis ad ſenſibile afferendæ perficiendi uſus ſenſuum in miniſterium intellectus cauſa bonitas intrinſeca in eo conſiſtit, quod tendat tam ad perfectionem uſus ſenſuum, quam inprimis ad perfectionem intellectus (§. 554. *Pſych. empir.* & §. 57. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem ſi quis per eam diſtincte agnitam determinat attentionem ad ſenſibile afferendam, recte agit (§. 80. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quemadmodum lege naturæ agere obligatur (§. 189. *part. 1. Phil. pract.*

pract. univ.). Atque hinc patet, quomodo appetitus influere debeat in determinationem attentionis ad ſenſibile afferendæ uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiendi gratia, ut ſtudium perficiendi uſum ſenſuum ſit ab omni labe immune. Ceterum haud difficulter perſpicitur; praxin in hoc caſu dependere ab emendatione voluntatis, de qua ſuo loco acturi ſumus. Uſus facultatum humanarum mutuus eſt, ita ut in actum unius influant ceteræ, & in harum actum iterum illa. Atque mutuus hic influxus probe perpendendus, ſi rationem actus cujusdam in anima perſpicere velis. Immo ſi ſufficientem dare volueris, habenda quoque ratio eſt actuum præteritorum in præſentem influentium eundem fere in modum, quo in actum rerum naturalium in hoc univerſo influunt actus præteriti naturæ (§. 89. *Cosmol.*). Hæc ſane cauſa eſt, cur adeo difficile ſit rationem, præſertim ſufficientem, dare actionum humanarum, ita ut qui eam ſcrutari conatur videatur ingredi in labyrinthum, ex quo egredi nequit. Statuum enim præteritorum omnium memoriam non habemus, immo habere non poſſumus, cum de eo non cogitemus, nec in prima ætate cogitare poſſimus, quomodo ſtatus præteriti animæ influant in præſentem.

§. 32.

Influxus iſte in genere demonſtratur.

Immo in genere appetitus ſeu voluntas ſemper influit in determinationem attentionis ad ſenſibile afferendum, ut uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur. Qui enim attentionem ad ſenſibile ideo determinat, ut uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficiat; is non modo vult uſum ſenſuum perficere in miniſterium intellectus, verum etiam vult determinare attentionem eo fine ad ſenſibile afferendam, conſequenter a voluntate libera (§. 942. *Pſych. empir.*) determinatio iſta dependet (§. 851. *Ontol.*). Quamobrem cum attentio non determinaretur, niſi eandem ad ſenſibile afferre vellemus; appeti-

tus utique ſemper influit in determinationem attentionis ad ſenſibile afferendæ, ut uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur.

Non tamen determinatio ſemper eſt in numero actionum rectarum, quia motivum non deſumitur ab intrinſeca bonitate hujus determinationis, quemadmodum exigit rectitudo actionum (§. 80. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum in Ethica actionum rectitudo nobis curæ cordique eſſe debeat; ideo in propoſitione præcedente demonſtravimus, quomodo appetitus recte influat. Quoniam tamen ſemper influit, etiamſi a rectitudine deficiat influxus; in genere quoque idem oſtendendum erat, ut in caſu quovis dato inquiramus, utrum influxus recte ſe habeat, an vero a rectitudine deficiat, & cur deficiat.

§. 33.

Cur is requirat motiva.

Quoniam voluntas ſemper influit in determinationem attentionis ad ſenſibile afferendæ, ut uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur (§. 32.), ſine motivis autem nulla datur volitio (§. 889. *Pſych. empir.*); *qui attentionem ad ſenſibile afferendam, ut uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur, determinare debet, ei ſuggerenda ſunt motiva uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficiendi.* Cum enim attentio ad ſenſibile eo fine afferenda ſit medium perficiendi uſum ſenſuum (§. 17.), ut qui vult finem, media quoque velle teneatur (§. 941. *Ontol.*); *motiva perficiendi uſum ſenſuum in miniſterium intellectus ſunt etiam motiva determinandi attentionem eo fine ad ſenſibile afferendam.*

Facultas una ſervit alteri, ut ideo actus unius ſe habeat ad actum alterius per modum medii ad finem, & in concurſu ad rectitudinem actionum non uno modo uſus facultatum inter ſe connectuntur. Quodſi vi cujusdam motivi voluntas fertur

in

in rectitudinem actionis, idem motivum ſufficit ad determinandum appetitum in uſum ceterarum facultatum influentem, ut non ſemper peculiaribus motivis opus ſit. Non tamen propterea peculiaria motiva inſuper habenda, quæ non ſolum utilia ſunt, quando facultas aliqua in ſe ſpectata perficienda, ſed etiam in ipſo facultatum concurſu ad eandem actionem, præſertim cum quoad uſum hujus vel illius impedimenta objiciantur, ut non uſu vel abuſu ejusdem actio deficiat ab omnimoda rectitudine. Sed talia manifeſta evadent ſuo loco, ubi de emendanda voluntate acturi ſumus & praxin particularem virtutum ſingularum tradituri.

§. 34.

De curioſitate.

Curioſus dicitur is, quem cognitio rerum propter ſe delectat. Unde patet, qualis animi diſpoſitio ſit *Curioſitas.*

Patet hoc ex loco *Ciceronis* l. 5. de Fin. c. 36. ubi: iſta, inquit, ſtudia, ſi ad imitandos ſummos viros ſpectant, ingenioſorum ſunt; ſin tantummodo ad indicia veteris memoriæ cognoſcenda, curioſorum. Ac ideo *Quintilianus* l. 8. c. 3. curioſitatem ſupervacuam operoſitatem dicit ac diligentiæ opponit.

§. 35.

Quod ea ſit motivum perficiendi uſum ſenſuum.

Quoniam curioſum rerum cognitio propter ſe delectat (§. 34.), res vero intimius cognoſcuntur uſu ſenſuum perfecto (§. 17.); *ſi curioſum uno alteroque exemplo doceas, quid uſus ſenſuum perfectus in miniſterium intellectus conferat ad intimiorem rerum ac pleniorem cognitionem, ipſa curioſitas ad uſum iſtum perficiendum eundem impellet.*

Cui rectè agendi ſtudium ignota res eſt, vel qui nullo adhuc animi impetu ad rectè agendum fertur, præguſtu voluntatis ex rectitudine actionis percipiendæ deſtitutus; eum non alia

cauſa ad ſenſum in miniſterium intellectus perficiendum impelleret, quam curioſitas. Agitur nimirum in Moralibus de libera voluntatis determinatione per ſe facta. Qui vero alio duce utitur, quem ſequi tenetur; is tamen promtius ſequetur, ſi curioſus fuerit, quam ſi minime fuerit.

§. 36.

Exempla in perficiendo uſu ſenſuum in miniſterium intellectus imitanda.

Exempla Aſtronomorum & naturæ curioſorum, qui obſervationibus microſcopicis operam minime vulgarem navarunt, aut obſervationibus & experimentis hiſtoriæ naturalis inexſpectata ſpecimina dederunt, modum perficiendi ſenſum in miniſterium intellectus omnium optime docent. Qui Aſtronomiam veterem atque novam cognitam & perſpectam habet, ei exploratum erit, quomodo ſucceſſive in obſervando acutiores facti, ita ut hodie videantur & ſenſu dignoſcantur, quæ antea ſenſum ſolertiſſimorum obſervatorum effugiebant. Quodſi accurate, quemadmodum fieri debet, inquiratur in rationem, cur initio omni ſtudio ac labore præſtare non potuerint, quod præſtiterunt ipſorum ſucceſſores, & perpendatur, quomodo cum ſcientia creverit obſervandi ſtudium in ipſius ſcientiæ incrementum; exemplar omnino habemus optimum, quod in perficiendo uſu ſenſuum in miniſterium intellectus imitemur. Quamobrem cum exempla modum agendi optime doceant in iis, quæ certo modo fieri debent (§. 275. *part. 2. Phil. pract.*); quin exempla Aſtronomorum in obſervando uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perficiendi modum omnium optime doceant, dubitandum non eſt. *Quod erat primum.*

Obſervationes microſcopicæ, ſi nihil in iis deſiderari debet, totæ huc redeunt, ut viſu accurate diſtinguas, quæ in objectis viſui armato patent, conſequenter ut operam

det

det obſervator, ne quicquam ſenſum effugiat, quod obſervari poterat. Quamobrem ſi proſtent præclara obſervationum exempla, ex iis perſpicitur, quænam attentio ſit afferenda, & quomodo reflexio inſtituenda, ut viſu discernantur eodem discernibilia, quaque ſolertia uſi fuerint obſervatores, ut in conſpectum produxerint, quæ alias latent, aut non facile obſervantur. Patet igitur ut ante, exempla naturæ curioſorum, qui obſervationibus microſcopicis operam minime vulgarem navarunt, modum perficiendi ſenſum in miniſterium intellectus omnium optime docere. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum hiſtoria naturalis tota obſervationibus nitatur, obſervationes autem haud raro requirant experimenta, quibus obſervabilia in conſpectum producuntur, ſæpe etiam recurrendum ſit ad obſervationes microſcopicas; qui hiſtoriæ naturalis inexpectata ſpecimina dederunt, nihil eorum omiſerunt, quæ ſenſuum acumine detegi potuerunt. Patet igitur denuo ut ante, exempla naturæ curioſorum, qui hiſtoriæ naturalis inexpectata ſpecimina dederunt, modum perficiendi ſenſum in miniſterium intellectus omnium optime docere. *Quod erat tertium.*

Autores ex quibus progreſſus obſervationum aſtronomicarum addiſci poteſt, recenſuimus in Tomo quinto Elementorum Matheſeos. In obſervationibus autem microſcopicis maxime excellit *Leeuwenhoekius*, quamvis modum obſervandi, in quo tamen admodum ſingularia ſibi propria habuit, non ſatis diſtincte, vel etiam prorſus non expoſuerit, quemadmodum Aſtronomi facere ſolent. Jungi eidem poteſt *Robertus Hooke* in Micrographia. Quemadmodum vero in Aſtronomia attentionem in præſenti negotio merentur artificia, quibus inſtrumenta ad obſervandum aptiora efficiuntur; ita in obſervationibus

vationibus microſcopicis inprimis expendenda ſunt illa artificia, quibus objecta ſenſui clare & diſtincte percipienda ſiſtuntur, in quibus alios obſervatores antecelluit *Leeuvvenhoekius* induſtria atque dexteritate non facile ab aliis imitanda. In hiſtoria naturali omnes longiſſimo intervallo poſt ſe relinquit vir magno ſuo merito celeberrimus *de Reaumur*, cujus præter Tractatus alios & ſpecimina Commentariis Academiæ Regiæ ſcientiarum Pariſinæ paſſim inſerta volumina de Inſectis verioris Hiſtoriæ naturalis exemplum præbent ſine pari, quod præſenti inſtituto noſtro maxime convenit, conſpicillis ontologicis & pſychologicis pervidendum, ut appareat quomodo uſus ſenſuum in miniſterium intellectus perficiatur, & hic illum dirigat. Ceterum non eſt, quod mireris, talia a nobis in philoſophia morali inculcari, in qua virtutis exercitium & vitiorum fuga doceri debet (§. 6.). Omnis enim praxis moralis ex uſu facultatum humanarum demonſtranda (§. 5.). Quamobrem doceri quoque debet, quomodo idem acquiratur. Facultates homini non fruſtra datæ, ſicuti nullum organum corporis ſupervacaneum eſt, ſed certo fine, ut ad rectitudinem actionum contendere is poſſit. Et lex naturæ, quæ ad recte agendum nos obligat (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*), nos etiam obligat ad conſequendum habitum omnem facultatis cujuslibet acquiſitu nobis poſſibilem (§. 211. *part. 1. Jur. nat.*), & conſenſum uſus omnium facultatum (§. 204. *part. 1. Jur. nat.*). Videbimus ſuo loco, cur tanta imperfectione laboret virtus humana, id tribuendum eſſe non uſui atque abuſui facultatum humanarum. Quomodo vero fieri poterit, ut facultatibus noſtris utamur & recte utamur, non abutamur, niſi de uſu illorum perficiendo cogitemus, ſed curam hanc omnem abjicientes fortunæ poteſtati eundem ſubjiciamus.

§. 37.

Facta uſum ſenſuum requirentia,

An & quantum quis uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perfecerit, intelligitur ex factis, quæ uſum ſenſuum requirunt, quatenus

Jahr 1551 ging. Bekannt ist auch, wie Xavier Kirchen und Schulen baute, wie er Missionare, die er für tüchtig befand, nach China und Japan sandte, wie er Briefe schrieb, um Missionare zu erbitten, wie er Bücher in die Landessprache übersetzte, wie er Katechismen und Gebetbücher drucken ließ, wie er Gesänge dichtete und komponierte, wie er Predigten hielt, wie er Kranke pflegte, wie er Gefangene besuchte, wie er Sünder bekehrte, wie er Heilige heranbildete, wie er Wunder wirkte, wie er Tote auferweckte, wie er Dämonen austrieb, wie er Gott verherrlichte und wie er starb.

Wenn wir nun diesen Apostel Indiens, Chinas und Japans in seinem Wirken und Leben betrachten, so müssen wir ihn vor allem bewundern als einen Mann, der sich ganz und gar Gott hingegeben hatte, der ganz und gar Gott gehörte, der ganz und gar Gott diente, der ganz und gar Gott verherrlichte. Er hatte sich Gott hingegeben, als er in Paris Ignatius von Loyola sein Gelübde ablegte, er gehörte Gott, als er in Indien, China und Japan predigte, er diente Gott, als er Kranke pflegte, er verherrlichte Gott, als er Wunder wirkte, Tote auferweckte, Dämonen austrieb, Sünder bekehrte, Heilige heranbildete, Gesänge dichtete und komponierte, Bücher in die Landessprache übersetzte, Katechismen und Gebetbücher drucken ließ, Briefe schrieb, um Missionare zu erbitten, Kirchen und Schulen baute, Predigten hielt, Gefangene besuchte, als er starb.

§. 38.

Signum majoris perfectionis uſus ſenſuum.

Quoniam ex factis, quæ uſum ſenſuum requirunt, intelligitur, an & quantum quis uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perfecerit (§. 37.), per ſe autem patet uſum ſenſuum requiri ad obſervandum ea, quæ in objecto ſenſibili ſenſu diſtingvi poſſunt, & uſum eundem ad majorem gradum eſſe elevatum, ſi quis breviore tempore eadem obſervare potuerit, ad quæ obſervanda alius multo longiore tempore indiget; *qui plura, quam alius, in eodem obiecto ſenſibili, vel etiam eadem breviori temporis ſpatio obſervare poteſt, is eodem magis uſum ſenſuum in miniſterium intellectus perfecit.*

Perfectio uſus ſenſuum utique in habitu conſiſtit, qui non niſi exercitio acquiritur (§. 430. *Pſych. empir.*) & perficitur (§. 431. *Pſych. empir.*): neque enim ea natura homini ineſt, quod nemo niſi rerum omnium ignariſſimus in dubium vocare auſit. Omnis habitus conſiſtit in promptitudine agendi, qua quis actiones ſimplices ad compoſitam requiſitas cito, nec ullis inter eas interjectis morulis producere valet (§ 428. *Pſych. empir.*). Habitus igitur omnis major eſt, ſi quis breviori temporis ſpatio actionem compoſitam abſolvere potuerit. Quamobrem idem quoque valet de uſu ſenſuum in obſervandis iis, quæ in ſenſibili dato ſenſu diſtingvi poſſunt. Uſus ſenſuum in eo conſiſtit, ut appercipiamus ea, quæ ſenſibili percepto inſunt, conſequenter ea a ſe invicem diſtingvamus tanquam partialia ſenſus objecta, ideoque perinde ſit, ac ſi plura diverſa objecta ſenſu uſurparemus. Senſus igitur uſus perfectior eſt, qui in eodem objecto ad plura extenditur, quam qui ad pauciora contrahitur, & ſi alicui patent, quæ aliis latent. In perfectione itaque uſus ſenſuum æſtimanda duo attendenda ſunt, nimirum multitudo eorum, quæ in ſenſibili obſervantur, & temporis ſpatium, quod obſervationi impenditur. Non poſſunt plura obſervari, quam quæ in ſenſus incurrere poſſunt, cum vero ſinguli requirantur actus, ut ſingula iſta quaſi ſigillatim

latim ſenſum feriant, tractu quodam temporis opus eſt ad ea obſervanda, utut ob divisibilitatem temporis in partes imperceptibiles fieri poſſit, ut tractus quoque iſte imperceptibilis evadat. Nihil hic aſſeritur, niſi quod cuilibet pateat, qui mente recolit, quomodo habitum quendam acquiſiverit, & modum ex habitu agendi comparat cum modo agendi, qui diſpoſitionis erat naturalis, dum ad eundem ſibi comparandum accedebat. Neque vero exiſtimandum eſt, parum referre, utrum quis breviori temporis intervallo eadem obſervare poſſit, an longiori habeat opus: occurrunt enim caſus, in quibus ſenſibile ſenſui noſtro ſe ſtatim ſubducit, & eum quaſi prætervolat, ut lento gradu in eo contemplando progredi non liceat.

§. 39.

Perfectio attentionis conſiſtit in aptitudine eundem attentionis gradum afferendi ad objectum quodcunque, eam tamdiu conſervandi, quamdiu viſum fuerit, & ita intendendi, ut objecta alia, quæ organa ſenſoria feriunt, vix ac ne vix quidem appercipiantur. Etenim attentio facultas quædam animæ eſt (§. 237. *Pſych. empir.*), conſequenter perfectio ejus æſtimanda ex promptitudine eliciendi actus ejusdem. Quoniam vero eadem in eo conſiſtit, ut efficiamus, quo in perceptione compoſita una majorem claritatem ceteris habeat (§. *cit.*); actus ejus ſunt directio apperceptionis in objectum, conſervatio in eodem, & averſio a ceteris, ut tibi objecti illius conſcius ſis & maneas, quamdiu volueris, ceterorum vero vix aut ne vix quidem, immo prorſus non conſcius ſis (§. 25. *Pſych. empir.*). Patet itaque, perfectionem attentionis conſiſtere in aptitudine eundem attentionis gradum afferendi ad objectum quodcunque, eam tamdiu conſervandi, quamdiu viſum fuerit, & ita intendendi, ut objecta alia, quæ organa ſenſoria feriunt, vix ac ne vix quidem appercipiantur. *Perfectio attentionis in quo conſiſtat.*

Attentio ſibi relicta, quatenus per modum diſpoſitionis naturalis homini ineſt, a cauſis quoque naturalibus ſaltem excitatur, quæ caſu ſe offerunt (§. 367 *& ſeqq. Pſych. rat.*), nec libertati voluntatis ſubjacet ejus uſus. Ac ideo attentio non dirigitur in objectum, ſed ipſa eandem in ſe trahunt, neque ea in objecto, quod eandem in ſe trahit, diutius retinetur, quam cauſa attractionis durat, a qua unice dependet. Et idem dicendum eſt de cauſa avertendæ attentionis ab objecto obvio. Quamobrem contingit, ut inter urſos educati, quamdiu in ſylvis hinc inde errant vitam urſorum agentes, adeo levi attentione utantur, ut pro nulla haberi poſſit, nec ea veſtigium quoddam ſui in animo relinquat (§. 461 *Pſych. rat.*). Directio igitur attentionis, conſervatio & intenſio poteſtati animæ ſubjicienda: id quod ſine iteratione illorum actuum fieri minime poteſt. Equidem ſi homo inter homines verſatur, non modo caſu offeruntur cauſæ frequentiores actus iſtos determinantes, & plurimum prodeſt aliorum imitatio; nimis tamen lentus eſt progreſſus, ſi totus fortunæ poteſtati relinquitur, nec ad eum perfectionis gradum pervenitur, qui data opera comparatur.

§. 40.

De modo perficiendi attentionem.

Quoniam perfectio attentionis conſiſtit in aptitudine eundem attentionis gradum afferendi ad objectum quodcunque, eandem tamdiu conſervandi, quamdiu viſum fuerit, & ita intendendi, ut objecta alia, quæ organa ſenſoria ferunt, vix ac ne vix quidem appercipiantur (§. 39.); *exercitia, quibus perfectio attentionis acquiritur, redeunt ad modum acquirendi attentionis indifferentiam, potentiam eandem inter ſenſuum impedimenta conſervandi & diuturnitatem ejus.* Quamobrem cum modum, quibus indifferentia & diuturnitas attentionis atque potentia eandem inter ſenſuum impedimenta conſervandi jam olim demonſtraverimus (§. 249. 250. 252. *Pſych. empir.*); *quæ de modo iſto in Pſychologia empirica demonſtrata ſunt, huc trahenda.*

Illuſtra

Дъхът на Господа Исуса Христа, Божията любов и общението на Светия Дух да бъдат с всички вас. Амин.

Ако сте получили това писмо по погрешка, моля, изтрийте го веднага. Ако не сте получили това писмо по погрешка, моля, изтрийте го веднага.

definitiones, propoſitiones determinatæ & demonſtrationes. Quodſi ergo in hoc ſtudio rite verſari volueris, in definitionibus diſtingvendæ ſunt ſingulæ determinationes, quæ eam ingrediuntur, & notionem completam definito reſpondentem perficiunt, utpote per quas definitum tanquam ens ab aliis diverſum concipitur (§. 142. *Ontol.*), & quæ ſunt notæ (§. 79. *Log.*) ad idem agnoſcendum & ab aliis diſtingvendum ſufficientes (§. 153. *Log.*). Immo utile eſt ut definitionem unam cum aliis determinationes quasdam communes habentibus conferas, ut in quibus unum cum altero conveniat, in quibus differat; clariſſime perſpiciatur. Quoniam itaque non ſufficit, ut definitionem perfectam ſtatim dimittas, quamprimum tibi eandem intelligere videris, vel notione confuſa contentus, quam conſpectus ſchematis offert; attentio utique in definitione rite expendenda conſervetur neceſſe eſt. Atque hoc pacto adſuefcis animum attendere ad objectum, circa quod verſaris, & defixum tamdiu in eodem retinere, quamdiu neceſſe fuerit. Quoniam cuilibet propoſitioni notio quædam reſpondet (§. 520. 521. *Log.*), in qua non modo ſubjectum a prædicato diſcernendum (§. 200. *Log.*), verum etiam cum in propoſitionibus determinatis ſubjectum repræſentetur per ea, per quæ prædicatum determinatur (§. 320. *Log.*), ea quoque ſingula a ſe invicem discernenda & expendenda. Quamobrem cum ſingulæ propoſitiones repræſentent ens quoddam, cui nonniſi ea inſunt, quæ in notione ſubjecti continentur, una cum prædicato, quod per ea determinatur; notiones propoſitionibus determinatis reſpondentes aſſimilantur definitionibus, quatenus non plura continent, quam ea, per quæ prædicatum determinatur, & prædicatum, quod per iſta determinatur (§. 153. *Log.*). Circa propoſitiones itaque de-

ἀποστόλων ἐξῆλθεν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ῥήματα αὐτῶν. Ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ Ἱερώνυμος ἐν τῷ ἑρμηνευθέντι ὑπ' αὐτοῦ τῶν Ἑβραϊκῶν βιβλίῳ τοῦ Ἰώβ, ἐν τῷ ἐκδεδομένῳ ὑπὸ τῶν Ἑβδομήκοντα, ἐν τῷ ἀστερίσκῳ καὶ ὑπὸ τὸν ἀστερίσκον ἔχοντι τὸ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ κείμενον, ἀλλὰ προστεθὲν

perpendenda & totam concatenationem uno quaſi obtutu comprehendendam. Per ea igitur, quæ demonſtravimus, abunde patet, ſtudium Matheſeos, præſertim Geometriæ, ſi rite inſtituatur, conſiſtere in iſtiusmodi exercitiis, quibus attentionem diu, ac tandem quoque inter quosvis ſtrepitus conſervare adſueſcimus. *Quod erat unum.*

Enimvero qui in Geometria verſatur, eidem nonniſi cum figuris res eſt, &, ubi ad ſcientiam numerorum animus appellitur, cum numeris, qui per notas numericas figuris geometricis in præſenti negotio quodammodo affines repræſentantur. Quamvis itaque moleſtum minime accidat animum attendere ad figuras & numeros; non tamen ideo attentioni ſe commendant objecta, quæ a figuris & numeris procul abeunt, & in quibus figurarum & numerorum ſcientia nullum habet uſum. Utut igitur in ſe non repugnet, ut ad objectum quodcunque eandem attentionem afferas, qua uti conſueviſti circa figuras & numeros, & eandem tamdiu continues, quamdiu opus eſſe videtur; non tamen id facis, cum deſit ratio ad actum determinandum ſufficiens. Studium igitur mathematicum ad hoc minime prodeſt, ut ad quodlibet objectum eam attentionem afferas, quam ad rerum mathematicarum tractationem afferre adſueviſti. *Quod erat alterum.*

Circa partem utramque propoſitionis præſentis quædam adhunc monenda ſunt. Dum a priori oſtendimus, quod ſtudio Matheſeos attentio perficiatur; ſumſimus modum tractandi Matheſin, quem forſan plerique inſuetum, immo minime neceſſarium dicent, & facile prævidemus non defuturos alios, qui nimis abjecte de eo ſentientes puerilem appellabunt. Nec diffiteri poſſum, me ipſum ab initio in addiſcenda Matheſi eodem minime uſum fuiſſe, ſed in eum demum incidiſſe, ubi nihil

[illegible] Thomas Aquinas, [illegible] Thomas Aquinas, [illegible] Thomas Aquinas, [

tione ſua eadem digna æſtiment. Eidem igitur tribui nequit indifferentia quoad attentionem ad objecta promiſcue obvia afferendam.

§. 42.

De modo perficiendi attentionem ſtudio philoſophiæ.

Si ea methodo philoſophamur, qua Euclides *& Geometræ veteres uſi; ſtudio philoſophiæ comparatur non modo habilitas attentionem diu inter quævis ſenſuum impedimenta conſervandi; ſed etiam adſueſcimus ad quælibet objecta eandem attentionem afferre.* Etenim ſi ea methodo philoſophamur, qua *Euclides* & Geometræ veteres uſi; definitiones formandæ ſunt eodem modo, quo in Geometria, propoſitiones eodem modo determinandæ & demonſtrationes quoque ex ſyllogiſmis inter ſe concatenatis conſtare debent. Quamobrem eadem attentione opus eſt, quæ requiritur in Matheſi, immo major, cum non perinde ac in Geometria conſpectus figurarum ſuppetias ferat, ideoque ſenſuum auxilio, quo in Matheſi ſublevamur, deſtituamur, & quæ de Matheſi dicta ſunt in demonſtratione partis primæ propoſitionis, præcedentis, ea etiam de philoſophia valent. Immo occurrunt etiam in eadem demonſtrationes ſatis prolixæ, in quibus longa ſyllogiſmorum inter ſe concatenatorum ſerie tandem colligitur, quod erat demonſtrandum, ut ad earum vim percipiendam diu conſervanda ſit attentio. Quodſi ergo ea methodo philoſophamur, qua *Euclides* & Geometræ veteres uſi ſunt, ſtudio philoſophiæ comparatur habitus attentionem diu inter quævis ſenſuum impedimenta conſervandi. *Quod erat unum.*

Enimvero quia philoſophia non verſatur circa ſingulare quoddam objectum, quale ſunt figuræ ac numeri, ſed circa omnia, quæ eſſe poſſunt (§. 29. *Diſc. prælim.*), &, ſi eadem methodo tractatur, qua *Euclides* & Geometræ veteres

teres in Geometria uſi, non minore voluptate in philoſophia, quam in Geometria verſamur, quæ ſtimulus eſt ad attentionem in re defigendam & defixam in eadem retinendam (§. 371. *Pſych. rat.*); ideo ſucceſſive adſuescimus ad quælibet objecta eandem attentionem afferre. *Quod erat alterum.*

Propoſitio hæc non extendenda eſt ultra hypotheſin, ſeu ea, quæ ſumuntur. Neque enim ſufficit quoad ſpeciem externam imitari methodum *Euclideam*, quam eſſe eam, quæ ſola ad certam & diſtinctam cognitionem obtinendam ſufficit & cum philoſophica, quam diximus (§. 115. *Diſc. prælim.*) eandem, alias oſtendimus (§. 137. 139. *Diſc. prælim.*); ſed interiora hujus methodi, quam non minus Geometra, quam Philoſophus ex veriori Logica haurit (§. not. §. 139. *Diſc. prælim.*), rigoroſe obſervanda, ac ideo ſingula dirigenda ſunt ad regulas methodi philoſophicæ a nobis demonſtratas (§. 116. *& ſeqq. Diſc. prælim.*). Ab iis enim ſi aberretur, non modo is, qui ad philoſophiam animum appellit, minime adſueſcit ſufficientem afferre attentionem; verum etiam ſi eam afferre vult, qua in Geometria uſus, nunc obſcuritate dictorum, nunc inevidentia eorum, quæ affirmantur, motus ob moleſtiam inde perceptam ab attentione deſiſtit, ac ideo ſi quem ſibi habitum attentionem afferendi & conſervandi ſtudio Geometriæ comparavit, eandem tamen ad alia objecta afferre negligit, conſequenter ſi vitæ genus non fert, ut rebus mathematicis incumbat, tandem habitum harum ſtudio acquiſitum amittit (§. 254. *Pſych. empir.*). Ceterum cum ad philoſophiam vera methodo, quæ cum *Euclidea* eadem (§. 139. *Diſc. prælim.*), traditam eadem afferenda ſit attentio, quam Geometria exigit; inde eſt, ut tantam adhibere nondum adſueti, ſi ad eam accedant, de difficultate conquerantur, præſertim ſi non juſto ordine eam tractare velint, ac ſtatim ab initio nimis feſtinato gradu incedant immemores pervulgati illius: feſtina lente. Ac ideo porro contigit, ut, ubi moleſtum accidit majore uti attentione,

quam conſueverunt, deſertores fiant; qua etiam de cauſa plerique a ſtudio mathematico abhorrent. Opera noſtra philoſophica, in quibus continuandis otium conſumimus, accurata methodo, quantum datur, conſcribere anniſi ſumus & adhuc nitimur. Quamobrem eorum ſedula tractatione attentionem perinde ac ſtudio Geometriæ perfici poſſe non opinione mihi perſuadeo, ſed ad veritatem.

§. 43.

Qualia objecta ad perficiendam attentionem requirantur.

Ad perficiendam attentionem certum objectum nihil per ſe confert, niſi quatenus voluptas ex eo percepitur. Cum enim attentio ſit facultas efficiendi, ut in perceptione compoſita, ſeu in iis, quæ ſimul percipiuntur, partialis una majorem claritatem habeat ceteris (§. 237. *Pſych. empir.*), claritas vero perceptionum, qua anima illuminatur, in apperceptione conſiſtat, ut tibi eorum, quæ percipis, ſis conſcius (§. 25. 35. *Pſych. empir.*); ad conſervandam attentionem in objecto aliquo requiritur, ut id ipſum ſenſui, vel ejus idea ab imaginatione producta maneat menti præſens, & ut directio in ipſum, vel ideam ejus non mutetur. Quamobrem patet ad perficiendam attentionem non certum quoddam objectum requiri, ſed omnia promiſcue huic exercitio inſervire, ideoque objectum nullum per ſe quicquam ad id conferre. Quoniam tamen in re, ex qua voluptatem percipimus, attentionem noſtram defixam retinemus (§. 371. *Pſych. rat.*), quemadmodum ex adverſo eandem a re avertimus, ex qua tædium ſeu moleſtiam percipimus (§. 372. *Pſych. rat.*), & quando attentionem ad unum, quod cum aliis ſimul percipitur, dirigitur, eandem a ceteris avertere ſtudemus (§. 377. *Pſych. rat.*), quatenus voluptas ex objecto percipitur, ratio conſervationis in ipſo continetur (§. 56. *Ontol.*), conſequenter ea a qualitate objecti dependet (§. 851. *Ontol.*). Patet igitur

tur ad perficiendam attentionem certum quoddam objectum nihil per ſe conferre, niſi quatenus voluptas ex eo percipitur.

Quamvis itaque oſtenderimus, ſtudio Matheſeos perfici attentionem (§. 41.), eidemque æquipollere ſtudium philoſophiæ ea methodo pertractatæ, qua uſi ſunt *Euclides* & Geometræ veteres (§. 42.); non tamen inde inferre licet, quaſi ſine alterutra eximius attentionis gradus perfici minime poſſit. Si quis nimio amore Dianæ ſuæ captus id aſſerere auderet; experientia reclamaret. Illuſtre attentionis prorſus extraordinariæ præbet *Julius Cæſar*, qui eodem tempore, quo ipſe epiſtolam ſcripſit, quatuor quoque aliis epiſtolas dictare potuit diverſas, immo ſeptem aliis, ſi ipſe non ſcriberet. Hunc vero attentionis gradum neutro iſtorum ſtudiorum eundem conſecutum fuiſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Eſt quidem in hoc exemplo aliquid ſingulare, ut interrupta per vices in eodem objecto continuari poſſit attentio, quaſi hinc inde tracta atque retracta, non continuo tractu in eodem conſervetur; quod tamen in genere ad conſervationem tamdiu in eodem objecto conſervandam requiritur, hic minime abeſt. Sed nec deſunt exempla alia, quæ experientia quotidie obvia ſuggerit & quibus idem confirmatur, quod confirmandum erat. Videmus enim artifices operi perficiendo intentos non minore uti attentione, quam *Archimedes* in circulis ſuis, quos turbari noluit, etſi de Matheſi ne fando quidem quid audiverint, multo minus de philoſophia eadem methodo petractata, qua *Euclides* uſus. Abſit tamen, ut tibi perſuadeas, ad acquirendum præclarum habitum attentionis fruſtra commendari Matheſeos atque philoſophiæ ſeverioris ſtudium, quod ſine eo acquiri poſſit: neque enim unum eſt, quod reponendum. Non unus modus perficiendi attentionem convenit omnibus: ecquis enim literis operam navanti præſcriberet modum, quo artifex eximium attentionis gradum conſequitur? Nec unicuique perinde eſt, quomodo habitum attentionis acquiſiverit, cum in uſu occurrant,

rant, quæ diverſitatem pariunt. Ita qui ad ſcientiam adſpirat, ei convenit modus perficiendi attentionem Matheſeos ac philoſophiæ ſtudio (§. 41. 42.): ſed litterator aliter in ea re eniti poteſt, veluti hiſtoricus adjutus analyſi factorum in ſuas circumſtantias & compoſitorum in actiones ſimplices, ex quibus conſtant, atque facta juſto ordine expendendo, quo ſe invicem excipiunt, & a ſe invicem dependent, ut alia taceamus huic ſtudio propria. Similiter Grammaticus, qui omne ſtudium in vocabulis eorumque complexionibus in oratione collocat; analyſi grammatica attentionem perficit. Sed talia ſigillatim perſequi & inprimis expreſſius docere, quid in uſu attentionis interſit, utrum hoc, vel iſto modo habitum conſecutus fueris & quæ ſunt alia huc ſpectantia, inſtituti noſtri præſentis non eſt.

§. 44.

Attentionis in ſenſibili & phantasmate conſervandi differentia.

Attentio facilius conſervatur in objecto ſenſibili, ſeu ideis ſenſualibus, quam in phantasmatis, ſeu ideis vi imaginationis productis. Etenim ſi attentio ad rem quandam conſervanda, idea ejus ſenſualis, vel phantaſma conſervandum (§. 373. *Pſych. rat.*). Enimvero tam idea ſenſualis (§. 233. *Pſych. rat.*), quam phantasma continua reproductione conſervatur (§. 242. *Pſych. rat.*). Ideæ ſenſualis continua reproductio unice pendet ab actione objecti ſenſibilis in organum ſenſorium (§. 85. *Pſych. empir.*), eaque homini naturalis eſt (§. 190. *Pſych. rat.*), ideoque ſubſiſtit, quamdiu ſitus organi ad objectum non mutatur. Phantasma autem vi imaginationis producitur (§. 93. *Pſych. empir.*), nec hujus actio ita ab arbitrio noſtro pendet, quin vel nobis invitis prodeat phantasma ab eo, quod conſervare intenderamus, diverſum (§. 172. *Pſych. empir.*), quatenus ſcilicet vel rem prorſus aliam, vel eandem hinc inde immutatam repræſentat: immo vi legis imaginationis (§. 117. *Pſych. empir.*), phantasmata alia ex aliis

Copyright © The Trustees of Indiana University, 2013. CC BY-NC-SA 3.0 US

ſola vi imaginationis producuntur, & ſignorum aliorum, quibus illorum vice ad res denotandas utimur, ne quis propoſitionem reſtringat ad ſolas res ſingulares, quæ ſenſu percipiuntur, & inter quas viſibiles eminent. Conſtat nimirum univerſalia, quæ meditationum objecta utplurimum eſſe ſolent, nonniſi vocabulorum combinatione repræſentari in anima poſſe.

§. 45.

Quomodo ſenſus imaginationem juvare poſſit attentionis cauſa.

Quoniam *attentio* facilius conſervatur in objecto ſenſibili, quam in phantasmatis (§. 44.); eadem *facilitatur, quando ad res in genere inprimis ſpectatas afferenda, ſi ſenſui quodammodo præſens ſiſtatur id, de quo cogitandum*, conſequenter *ſenſus ſuppetias ferat imaginationi.*

Exemplum nobis præbent Geometræ. Etenim ſi quid de triangulo in genere demonſtrandum, triangulum in charta vel tabula delineatur, quam eſſe rem ſingularem nemo dubitat (§. 226. 227. *Ontol.*). Quoniam enim triangulo cuicunque ea inſunt, quæ in triangulo in genere concipiuntur (§. 240. *& ſeqq. Ontol.*), quæ de eodem attendenda veniunt, oculis conſpicienda ſiſtuntur. Ea etiam ſini commendavimus Tom. V. Element. Matheſ. cap. I. Commentat. de ſtudio Matheſeos recte inſtituendo repræſentationem ſymbolicam analyſeos definitionum, propoſitionum & demonſtrationum, ut non modo ſingula, ad quæ animus advertendus, ipſis oculis diſtincte percipienda exhibeantur, verum etiam in demonſtrationibus attentio pro lubitu interrumpi, & quacunque mora interjecta perinde ac ſine ulla mora continuari poſſit, tandemque diverſis attentionis actibus in unum contractis legitima ratiociniorum concatenatio veluti oculis uſurpetur. Sane ſi ſymbolicam hanc repræſentationem tibi familiarem reddideris, non modo ſine moleſtia, verum etiam cum voluptate attentio, prouti convenit, dirigitur, conſervatur & quantum neceſſe eſt continuatur. Alia jam non commemoro, quæ ad uſum facul-

Fig. 1. — Coupe transversale de la région antérieure du corps d'un Lombric. — *ch*, chaîne nerveuse ventrale; *cl*, clitellum; *cm*, cellules musculaires; *cn*, cellules nerveuses; *cs*, cellules sensitives; *ct*, cuticule; *ep*, épiderme; *gl*, glandes; *in*, intestin; *mc*, muscles circulaires; *ml*, muscles longitudinaux; *pc*, péritoine; *sp*, soies; *vd*, vaisseau dorsal; *vv*, vaisseau ventral.

Fig. 2. — Coupe transversale d'une chaîne nerveuse d'un Lombric. — *cn*, cellules nerveuses; *cs*, cellules sensitives; *fc*, fibres centrales; *fl*, fibres latérales; *fv*, fibres ventrales; *gl*, glandes; *mc*, muscles circulaires; *ml*, muscles longitudinaux; *pc*, péritoine; *vv*, vaisseau ventral.

dem agere liceat, quæ lege naturali prohibentur (§. 882. *part. 1. Jur. nat.*); ad actiones noſtras ſufficientem afferri attentionem in moralibus neceſſe eſt.

Actionem incogitantis, quatenus ex incogitantia proficiſcitur, ſemper moraliter malam eſſe, etſi malum phyſicum, quod inde ſequi poterat, non ſequatur, alibi jam oſtendimus (*not.* §. 749. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Pendet ab attentione notio actionis ſufficienter determinatæ (§. 747. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ad rectitudinem actionis, ad quam lege naturali obligamur (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*), requiſita, ut taceam curam avertendi damna incogitantia facile danda non minus ab aliis (§. 495. *part. 2. Jur. nat.*), quam a nobis (§. 493. *part. 2. Jur. nat.*). Neceſſitatem igitur afferendi attentionem ad actiones quascunque noſtras nemo in dubium vocabit, niſi qui mala, quæ ex incogitantia oriri ſolent, ad animum non revocat, nec vim & efficaciam legis naturæ animo comprehendit.

§. 47.

Quod exercitia peculiaria huc requirantur.

Quoniam in moralibus neceſſe eſt ſufficientem afferri attentionem ad actiones noſtras (§. 46.), qui vero attentionem perfecit, ut ſufficientem afferre poſſit, non tamen propterea afferre ſolet, immo nondum ſatis aptus eſt ad ſufficientem adhibendum in actionibus ſuis, multo minus in quolibet earum genere, quod vel a poſteriori notum eſt; ideo *opera peculiaris danda eſt, ut ſufficientem attentionem ad actiones noſtras afferre adſueſcamus*, conſequenter *peculiaribus exercitiis hic opus eſt.*

Oſtendimus ante ſtudio Matheſeos inſigniter perfici attentionem (§. 41.); nondum tamen hinc ſequitur, ut eandem attentionem, quam quis ad res mathematicas affert, etiam afferat ad actiones ſuas. Non deſunt exempla eorum, qui cum Archi-

Archimedea attentione uterentur in mathematicis meditationibus omnem tamen attentionem deſiderari paſſi ſunt in actionibus ſuis. Quando enim attentio ad objectum aliquod afferenda, non ſufficit, ut hujus, vel illius attentionis gradus capax *ſis*, verum etiam noſſe debes, ad qualia animus ſit advertendus, nec deeſſe debent ſtimuli, quibus ad attentionem afferendam & conſervandam incitaris. Sed plura diſertius de eo dicenda erunt in ſequentibus.

§. 48.

De notitia requiſita, ut ad objectum ſufficiens attentio affe-ratur.

Qui attentionem ſufficientem ad objectum aliquod afferre debet, eidem perſpectum ſit neceſſe eſt, ad quænam eandem dirigere teneatur. Etenim ſi objectum aliquod ſenſui objicitur, id uno obtentu comprehenditur. Multa eidem inſunt diverſa non modo ſingularia, quæ ſenſui obvia, verum etiam univerſalia, quæ iisdem inhærent, nec ſine mentis acumine cernuntur. Quodſi ergo quis ignoret, ad quænam pro caſu dato dirigenda ſit attentio, in obtutu quem diximus acquieſcit, aut ad ea ſaltem animus advertitur, quæ claritate ſua attentionem in ſe trahunt (§. 367. *Pſych. rat.*), conſequenter deficiente in caſu priori ratione, cur attentio conſervetur, in poſteriori autem, cur conſervetur diutius, eadem vel ſtatim ceſſat, vel non ſufficiens affertur. Quamobrem qui attentionem ſufficientem ad objectum aliquod afferre debet, eidem perſpectum ſit neceſſe eſt, ad quænam eandem dirigere teneatur.

Exemplo ſunt Geometræ profundi, quorum in calculis intricatiſſimis attentio minime defatigatur, qui tamen ubi ad alia accedunt, eandem nimis in ſe deſiderari patiuntur, ut, niſi aliunde conſtaret, quantum perfecerint attentionem, eos ad attentionem in objecto præſente conſervandam prorſus ineptos putares. Accidit hoc ipſi *Newtono* in virium contem-

platione, cujus attentionis in ea defectum loquuntur definitiones in excellente opere Principiorum philoſophiæ naturalis mathematicorum: id quod permovit *Leibnitium*, ut in ſpecimine Dynamico Actis Eruditorum Lipſienſibus inſerto notionem virium ſufficiente attentione uſus accuratius & rectius evolveret, quamvis ne imperitis famam *Newtoni*, cui ob inſignia ejus merita in Matheſin parcendum erat, laceſſere velle videretur, nulla mentione ejus facta ſua propoſuit, quemadmodum decet virum eruditum, cujus non minor ſollicitudo eſt, ne a virtutis (§. 893. 895. *part. 6. Jur. nat.*), quam veritatis tramite deflectat. Nimirum *Leibnitius*, qui non minus in metaphyſicis, quam mathematicis verſatus erat, quo vertenda ſit attentio noverat; quod vero fugiebat *Newtonum*, cui res metaphyſicæ nunquam curæ cordique fuerant. Et eadem de cauſa contigit, ut *Lockius* in literis ad *Molyneſium* accuſaret obſcuritatem ſchediaſmatis *Leibnitiani* & hunc facile conſentientem haberet. Quanta enim fuerit attentio illius ad res metaphyſicas percipiendas minime ſufficiens, ex ipſius Tentamine de intellectu humano abunde patet iis, quibus de rebus metaphyſicis judicare datum eſt, ut ideo a vero non aberraverit *Leibnitius*, quando in literis ad *Remondum* Tentamen iſtud *Lockianum* ſpeciem metaphyſicæ cujusdam ſuperficiariæ mentiri dixit. Immo nec alia ratio eſt, cur non deſint in calculis algebraicis, calculo præſertim integrali ad miraculum fere excellentes, conſequentur attentionis indefatigatæ ſpecimina illuſtria præbentes, qui tamen exigua attentione uſi definitiones virium *Newtonianas* tanquam ex tripode dictas ambabus manibus amplectuntur & a *Leibnitio* ſufficiente attentione discuſſa ſpernunt, immo ubi ipſimet ad res metaphyſicas accedunt, & quo attentionem ſuam vertere debeant neſciunt, judicium ſuum de iis defectu attentionis nimis deproperant. Ex præſente igitur propoſitione clariſſime quoque patet, cur ſtudio Matheſeos acquiſitus habitus attendendi animum ad ea, quæ cognoſcere intendimus, non ſufficiat, ut eundem attentionis gradum, quem in Matheſi adhibemus, ad alia quæcunque objecta afferamus,

&

& cur ſeipſos decipiant, qui extra ſphæram ſuam progreſſi ſe majore attentione uſos fuiſſe, quam alios opinione ſibi perſuadent, *non* ad veritatem. Immo quo major fuerit attentio, quam in calculis ſuis adhibent, ut celerrimo gradu progrediantur, eo magis perfectio attentionis nocet, ubi ad alia inſueta afferenda, quia eadem celeritate ſe in his quoque progredi poſſe arbitrantur, ut quaſi in tranſitu ſeſe omnia perſpicere poſſe putent, quæ nonniſi multa attentione detegi poſſunt. Unde contingit, ut alii ἀβλεψίαν eorum mirentur, qui ſibi lyncei videbantur. Abſit autem ut hinc inferas, fruſtraneam eſſe operam, quæ perficiendæ attentionis cauſa ſtudio Matheſeos impenditur. Etenim præſens propoſitio tantummodo inculcat, quid fieri debeat, ut attentione, qua in Matheſi uſus, uti etiam poſſis in aliis, ſicque habitus ſtudio Matheſeos acquiſitus non ſit inutilis, multo minus noceat.

§. 49.

Quoniam *is, qui ſufficientem attentionem ad objectum aliquod afferre debet*, noſſe quoque debet, ad quænam eandem dirigere debeat (§. 48.); ideo *opus habet notionibus quibusdam directricibus*, conſequenter *intellectus in directionem attentionis influit* (§. 275. *Pſych. empir.*).

De influxu intellectus in attentionem.

Defectus harum notionum parit defectum attentionis in iis, quos nulla alias attentio defatigare ſolet. Ut vero de notionibus iſtis non cogitent; inde eſt, quod non attendant animum ad influxum facultatum animæ in determinationes actionum ſuarum, ne proximum quidem, nedum remotum. Quantum vero intereſſit, ut beneficio iſtiusmodi notionum attentio dirigatur; exempla Aſtronomorum docent, qui in obſervationibus hodiernis ad ea attendunt, quæ attentionem veterum effugerunt, non quod habitu attentionis veteres fuerint deſtituti, ſed quod nondum ſatis perſpectum eſſet, ad quænam in obſervando animus ſit attendendus. Nec deſunt ex-

empla eorum, qui in obſervationibus microſcopicis aſſiduam operam collocarunt, & qui in obſervationibus & experimentis phyſicis aliorum induſtriam longo intervallo poſt ſe reliquerunt. Aliud eſt animum attendere & attentum tamdiu conſervare poſſe, quamdiu neceſſe fuerit; aliud actu hoc facere. Prius ſtudio Matheſeos acquiri poteſt; poſterius ſine ſubſidio notionum directricium fieri nequit, quamvis ſupponat prius.

§. 50.

Quomodo intellectus aptior evadat ad dirigendam attentionem.

Quoniam notionibus directricibus opus eſt, ſi attentio ab intellectu dirigenda, ne quod obſervari debebat eandem effugere poſſit (§. 49.), notiones autem directrices aliunde quam ex diſciplinis, ad quas objecta pertinent, peti minime poſſunt, utpote ex quibus rerum cognitio haurienda, niſi objecti alicujus notitiam ex obſervationibus tibi jam comparaveris; *intellectus aptior evadit ad dirigendam attentionem in obſervando, quo magis in rerum cognitione proficitur.*

Denuo hic provocare licet ad exemplum Aſtronomorum, de quo modo diximus: quod ideo exemplis aliis præferendum, quia in aliis non ita patet progreſſus, quemadmodum in Aſtronomia. Si quis tamen in rebus aliis quibuscunque experimentum in ſe capere voluerit, is veritatis experientia domeſtica convincetur.

§. 51.

De cupiditate & neceſſitate cognoſcendi ad attentionem compellente.

Cognoſcendi cupiditas & neceſſitas nos ad attentionem adhibendam & conſervandam incitat. Cum per ſe pateat, ſine attentione nihil cognoſci poſſe; qui quid cognoſcere vult, animum ad id attendere & attentum tamdiu conſervare debet, quamdiu neceſſe eſt, ſeu donec id cognoverit. Quamobrem

obrem quia cognitio rei ſpectanda inſtar finis (§. 932. *Ontol.*) & attentio adhibenda & conſervanda inſtar medii (§. 937. *Ontol.*), cupiditate autem cognoſcendi ferimur in cognitionem rei (§. 806. *Pſych. empir.*); cupiditas cognoſcendi nos incitat ad attentionem adhibendam & conſervandam. *Quod erat unum.*

Enimvero ſi neceſſitas rem cognoſcendi nobis incumbat, quod neceſſario cognoſcere debemus, id quoque cognoſcere volumus. Quamobrem ut ante patet, neceſſitatem cognoſcendi nos ad attentionem adhibendam & conſervandam incitare. *Quod erat alterum.*

E. gr. Si quis Geometriam addiſcere cupit, cupiditas, qua flagrat, eum permovet, ut animum attendat ad ea, quæ in eadem docentur, & attentionem ſuam non defatigari patiatur, donec didicerit. Similiter qui lingvam quandam exoticam addiſcere cupit, is attentionem, qua in ea addiſcenda opus eſt, in ſe deſiderari non patitur. Et qui ſtructuram machinæ cujusdam noſſe cupit, is animum quoque ad eam rimandam attendit. Neceſſitas cognoſcendi undecunque veniat flectit vovoluntatem, ut cognoſcere velimus: quod cum fieri non poſſe experiamur, niſi animum ad id, quod cognoſci debet, advertamus, ipſa neceſſitate ad attentionem rapimur. Neceſſitatem diſcendi pueris negligentibus imponit metus plagarum; juvenibus rationis ductum ſecutis opinio, quod hæc diſcenda ſint in uſum vitæ, cujus genus ſequi decreverunt. Quamvis itaque moleſta accidat attentio ad id, quod diſcendum, afferenda; hoc tamen non obſtante eandem afferre ſtudent. Quamobrem perinde eſt, quacunque de cauſa cognoſcendi neceſſitas nobis imponatur.

§. 52.

Quoniam cupiditas cognoſcendi ad attentionem afferendam & conſervandam nos incitat (§. 51.), moleſtia autem *Quanta eſſe debeat co-*

gnoſcendi cupiditas.

autem attentionem ab eo avertit, unde percipitur (§. 372. *Pſych. rat.*); *ſi ab attentione deſiſtere non debemus, cupiditas cognoſcendi ſuperare debet moleſtiam, quæ exinde percipitur, quod animum attendere debeamus.*

Voluntas cognoſcendi non confundenda eſt cum cognoſcendi cupiditate. Etenim quotidie videmus, plurimis non deeſſe voluntatem doctrina ſolida animum imbuendi: aſt cum moleſtam experiantur attentionem, quam afferre debent, voluntatem mutant & rerum cognitionem ſuperficiariam præferunt. Ita qui ad Matheſin addiſcendam animum appellunt, voluntatem cognoſcendi ea, quæ in eadem traduntur, utique habent. Aſt cum moleſtum accidat majore uti attentione, quam in aliis addiſcendis uti ſolent, mutata voluntate, ſtudii utiliſſimi fiunt deſertores. Enimvero qui cupiditate, aut ardore diſcendi mathemata flagrat (§. 218. *part. 2. Phil. pract. univ.*); ei quidem moleſtia attentionis adhibendæ deſertionis voluntatem inſtillat, cupiditas tamen aut ardor fortiter reſiſtens in cauſa eſt, ut vim quaſi ſibimetipſi inferat, & non obſtante moleſtia, quam ſentit, attentionem ſuam defatigari minime patiatur. Habet utique etiam cupiditas, ſeu ardor ſuas cauſas, quæ nunc fortiorem, nunc difficiliorem reddunt reſiſtentiam, ne attentio veluti in fugam agatur; ſed de iis dicere a propoſito noſtro alienum eſt.

§. 53.

De eo, qui ardore vitam legi naturæ conformem vivendi flagrat.

Qui ardore flagrat vitam legi naturæ conformem vivendi; is ad perficiendam attentionem ſua quaſi ſponte fertur, quamprimum eandem perfici poſſe conſtat. Etenim qui ardore flagrat vitam legi naturæ conform vivendi, is non modo fortius appetit actiones legi naturæ convenientes & ad eas committendas promtiſſimus eſt (§. 223. 7. *part. 2. Phil. pract. univ.*), verum etiam a propoſito ſuo non facile ſe dimoveri patitur (§. 224. *2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum lege naturali etiam obli-

obligemur ad omnem gradum attentionis conſequendum nobis acquiſitu poſſibilem (§. 213. *part. I. Jur. nat.*), & in diverſis gradibus attentionis, quorum ſumus capaces, perfectio hujus facultatis conſiſtat (§. 39.); quamprimum is, qui ardore flagrat vitam legi naturæ conformem vivendi, agnoſcit, attentionem perfici poſſe, eandem perficere ea animi conſtantia vult, ut non facile a propoſito ſuo ſe dimoveri patiatur, conſequenter cum nullo alio motivo ad voluntatem determinandam opus habeat (§. 887. *Pſych. empir.*), ſua quaſi ſponte ad perficiendam attentionem fertur, quamprimum eandem perfici poſſe conſtat.

Ardor vivendi vitam legi naturæ conformem generaliter extenſus ad quodlibet actionum humanarum genus rara omnino, immo rariſſima avis eſt in his terris, & in praxi ſupponit plenariam convictionem de eo, quod legi naturæ conforme eſt, & de poſſibilitate idem a nobis acquirendi (§. 175. 176. *part. 1. Jur. nat.*), acquiſitu non adeo facilem vi eorum, quæ de modo ſe vel alios convincendi tam a priori, quam a poſteriori alias demonſtravimus (§. 985. *& ſeqq. Log.*). Quamobrem vix ulli prodeſſe videtur ardor iſte ad attentionem perficiendam. Enimvero ne videamur ea tradere, quæ in praxi nullum habeant uſum; unum alterumque hic annotandum. Nimirum ardor iſte, quem hic urgemus, etſi rarus ſit & acquiſitu difficilis, non tamen impoſſibilis eſt. Quomodo enim ardor agendi in genere, tum etiam legi naturæ conformem vitam vivendi in ſpecie acquiri poſſit, alias jam demonſtravimus (§. 411. 412. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Poſſe autem demonſtrari, quod ad perficiendam attentionem lege naturæ obligemur, perinde ac cetera, quæ eadem lege præcipiuntur, ex Jure naturæ a nobis demonſtrato abunde elucet, & de attentione in ſpecie manifeſtum eſt (§. 213. *part. 1. Jur. nat.*), modo non ignores ſucceſſivam aſſenſus propoſitioni demonſtratæ præbendi generationem (§. 993. *Log.*), luculento exemplo a nobis illuſtra-

tam (*not.* §. 992. *Log.*). Attentius autem eundem conſideranti apparebit, non tantam eſſe difficultatem, quanta primo intuitu videtur, ſi juſto ordine ac lento gradu progredi volueris, ſed difficultatem ex eo naſci, atque inſuperabilem evadere, ſi contra naturam per ſaltum, a quo maxime abhorret, extemplo eundem elicere volueris. Aſſenſus itaque, qualis in convictione requiritur, acquiſitio in ſe impoſſibilis non eſt; ſed modus eum eliciendi, quem eligis, eundem impoſſibilem reddit. Nec eſt quod exiſtimes, nimis longum eſſe iter, quod ad acquirendam certam rerum cognitionem ingredi jubemus; longum enim non apparet niſi inexpertis. Non diffiteor tempus, quod ſtudio Juris naturæ methodo ſcientifica pertractati impendendum, breve non eſſe, præſertim ſi eidem omnis amplitudo detur, ad quam extenditur & nos in opere noſtro extendimus; id tamen non majus eſſe, quam quod vulgo juri addiſcendo impenditur, pro comperto habeo: immo ſi in computum ſimul venit, quemadmodum fieri debet, etiam illud tempus, quod in vaſtis de Jure voluminibus ſive perlegendis, ſive prouti occaſio fert evolvendis conſumitur, illud multo brevius deprehenditur. Neque etiam eſt, ut moleſtiam intolerabilem accuſes: ea enim initio ſaltem negotium faceſſit, deinceps autem ſua veluti ſponte evaneſcit, & in voluptatem degenerat atque progreſſum absque ulla hæſitatione continuandum accelerat. Quid quod tandem id conſecutus ſis, quod per omnem vitam quantocunque ſtudio ac labore conſequi non potes? Præterea notionem diſtinctam dedimus eorum, quæ in poteſtate noſtra ſunt (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*), cumque demonſtratio a priori difficilis, nec cujusvis ſit (*not.* §. 197. *part. 1. Jur. nat.*); ideo oſtendimus, tentandum eſſe, quid valeant humeri, quid ferre recuſent (§. 197. *part. 1. Jur. nat.*). Et quoniam in Ethica nobis propoſitum eſt inquirere in uſum facultatum omnium in actiones liberas influentium; eo ipſo labore nos juvare poſſe eos confidimus, qui rationem perſpicere voluerint eorum, quæ in poteſtate ſunt. Hoc tamen non obſtante ſuademus, ne tentamina negligantur, urgemus vero

jure,

jure, ne ob molestiam, quæ ab initio sese offert, ab iis statim resiliat, qui experimentum in se capere voluerit, memor pervulgati illius: labore improbo omnia demum vinci. Ceterum non existimandum est, voluntatem in casu propositionis præsentis sine motivis determinari, quod fieri non posse alias diximus (§. 889. *Psych. empir.*). Etenim motiva non semper immediate influunt in determinationem voluntatis, sed etiam mediate, quatenus actus alii ab iis, qui per ea determinati sunt, dependent. Atque hoc obtinet in casu præsenti.

§. 54.

Immo in genere: *Qui ardore vitam legi naturæ conformem agendi flagrat, ad se statumque suum perficiendum sua quasi sponte fertur.* Quoniam enim lex naturæ nos obligat ad nos statumque nostrum perficiendum (§. 152. *part. 1. Phil. pract. univ.*); propositio præsens eodem modo ostenditur, quo præcedens. *Id in genere expenditur.*

Necesse igitur non est, ut de singulis perfectionibus sive animæ, sive corporis, sive status externi idem repetamus & figillatim demonstremus, quemadmodum de attentione ostendimus (§. 53.). Enimvero cum ardor vitam legi naturæ conformem vivendi sua quasi sponte hominem ferat ad se & statum suum perficiendum, ut aliis motivis non sit opus; ad actiones humanas determinandas opus esse non videtur motivis specialibus in quolibet genere actionum, sed abunde sufficere, ut ardor iste excitetur, sicque omni motivorum apparatu nos carere posse. Ast quia ardor iste rarissima avis est, pauciſſimis omnino satisfaciet. Videmus indies eos, quos scientia aliqua per se delectat, non alio opus habere motivo, ut assiduam in ea operam collocent, quam ut flagrent ardore in ea proficiendi. Et idem observamus in aliis, quos alia quæcunque eruditionis pars delectat. Quodsi ergo quis virtute in genere delectetur, quæ in determinatione actionum juxta legem naturæ consistit (§. 321. *part. 1. Phil. pract. univ.*); is non

minus pertinaciter in ſtudio virtutis verſabitur. Exemplo nobis eſſe poterat *Confucius*, ſi ea congerere, quod ſine prolixitate fieri nequit, nobis liceret, quæ in libris Sinenſium claſſicis a R. P. *Noëllio* editis leguntur. Hoc vero nonniſi excelſis convenit ingeniis, quibus amor virtutis a primis ungviculis inſtillatus. Ardor agendi excitatur, ſi alterum cum vi demonſtrationis, tum exemplis atque fabulis convincas voluptatis veræ ex actione, conſequenter in præſenti caſu ex virtute percipiendæ (§. 411. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Sed cum in actionibus humanis plurima eaque diverſa objiciantur impedimenta, & affectus homines in transverſum agant, præterea ſua quemque voluptas trahat; demonſtrationes generales non tantæ ſunt efficaciæ, quin in caſu emergente motivis ſpecialibus foveri debeat ardor. Fuere rationes ſingulares apud nos minime obviæ, quæ ardorem *Confucii* fovere poterant. Apud Sinenſes a prima imperii origine invaluit opinio recte imperandi & vivendi rationem ſolam eſſe, quæ gloriam pariat, & præcipua laus eruditorum in eo conſiſtere exiſtimabatur, ut recte imperandi & vivendi rationem callerent, ac philoſophus tanto magis gloria excellere credebatur, quantum virtute præſtaret. Quamobrem mirum non eſt, quod apud eos tantum potuerit amor virtutis in genere, quantum apud nos amor literarum. In dubium quoque vocari nequit, motiva ſpecialia, ſi ad ardorem generalem accedant, fortius flectere voluntatem, & in iis maximum adverſus affectuum inprimis impetum in pugna facultatum ſuperiorum cum inferioribus eſſe præſidium. Non repetimus ea, quæ ad propoſitionem præcedentem jam annotavimus.

§. 55.

Cur attentio appetatur.

Attentio non per ſe appetitur, ſed propter ea, quæ cognoſcenda. Ponamus nobis non eſſe animum aliquid cognoſcendi. Nemo eſt, qui non ſtatim in ſeipſo experiatur, ſe omnem cogitationem ab eo avertere, tanquam a re nihil ad ſe pertinen-

tinente. Nulla igitur cum ſit ratio, cur ad eam advertere animum debeat, eundem quoque non advertit (§. 889. *Pſych. empir.*). Quamobrem patet, attentionem non per ſe appeti, ſed propter ea, quæ cognoſcenda.

Idem patet etiam hoc modo. Si attentionem appetere debeamus, neceſſe eſt, ut eam nobis repræſentemus tanquam bonam (§. 892. 893. *Pſych. empir.*), conſequenter quod ea animam perfectiorem reddat (§. 554. *Pſych. empir.*). Conſiſtit perfectio animæ in conſenſu omnium uſuum facultatum animæ omnium (§. 201. *part. 1. Jur. nat.*), conſequenter cum attentio ſit facultas efficiendi, ut in perceptione compoſita partialis una majorem claritatem ceteris habeat (§. 237. *Pſych. empir.*), attentio animam perfectiorem reddit, quatenus facit ad rerum cognitionem (§. 52. *Pſych. empir.*), ideoque ad res cognoſcendas aptiores ſimus, quo majore ac longiore attentione uti conſueverimus. Cui ergo rerum cognitio curæ cordique non eſt, ejus animum de attentione quoque nulla ſubibit cogitatio, multo minus is de ea adhibenda erit ſollicitus. Quamobrem patet motivum adhibendi attentionem peti a re cognoſcenda (§. 887. *Pſych. empir.*), ac ideo eandem appeti non propter ſe, ſed propter ea, quæ cognoſcenda.

Attentio ſe habet per modum inſtrumenti, quo intellectus indiget, nec carere poteſt. Sicuti igitur nemo inſtrumentum appetit, niſi quia eodem indiget ad opus ſuum perficiendum; ita quoque nemo appetit attentionem, niſi quatenus ſine ea ad cognitionem ejus pervenire nequit, in quam fertur animus. Videmus bruta, quorum actiones omnes ad ſui conſervationem & defenſionem atque ſpeciei propagationem tendunt, ideoque intra arctum admodum ambitum terminantur, nonniſi momentaneam ad ea, quæ ſenſui obvia huc ſpectant,

attentionem afferre: immo non tam attentionem afferunt, quam ipſa objecta, dum organa ſenſoria feriunt, eam in ſe trahunt. Unde etiam contigit, ut homines inter urſos educati defectu attentionis eorum reminiſci non potuerint, quæ vitam animalem viventes egerunt, cum in conſortium hominum deducti attentione uti adſueviſſent (§. 461. *Pſych. rat.*), conſequenter rerum omnium cognitione fuerint prorſus deſtituti.

§. 56.

Motivum attentionis unde reſultet.

Quoniam attentio non per ſe appetitur, ſed propter ea, quæ cognoſcimus (§. 55.); *motiva rei cognoſcendæ ſunt etiam motiva attentione utendi*, conſequenter *attentionis in re cognoſcenda utilitas motivum eſt eadem utendi.*

Nimirum ut rem cognoſcere velis motivo opus eſt (§. 889. *Pſych. empir.*). Quando igitur in nobis ipſis experimur, ſine attentione eandem cognoſci non poſſe; ejus neceſſitas in re cognoſcenda voluntatem determinat ad eam adhibendam: quam ubi quis adhibere nequit, aut ut adhibeat nimis moleſtum accidit, voluntatem rem cognoſcendi mutat, quia ſe voluiſſe putat, quod conſequi in poteſtate ſua non eſt (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*), aut quia cognitionem rei non tanti æſtimat, ut ejus conſequendæ cauſa tantam moleſtiam devoret, fuga cupiditatem ſuperante (§. 806. 814. *Pſych. empir.*), aut motivo deſertionis ſuperante motivum cognitionis ſibi comparandæ. Vide, quæ ſupra de re eadem annotavimus (*not.* §. 51.).

§. 57.

De motivis mediorum.

Immo in genere *motivum finis eſt etiam motivum medii ad eum ducentis, ſeu motivum ejus, quod conſequi volumus, eſt etiam motivum hujus, ſine quo id conſequi nos non poſſe agnoſcimus.* Qui enim vult finem, media etiam velit neceſſe eſt (§. 941. *Ontol.*). Quamobrem motivo, quo voluntas determinatur ad

ad finem intendendum, eadem quoque prædeterminatur ad media, quæ ad eundem ducunt, adhibendum. Motivum igitur finis eſt etiam motivum medii ad eum ducentis (§. 887. *Pſych. empir.*).

Quoniam propter rerum nexum finis propior eſſe poteſt medium finis remotioris, mirum videri non debet, quod, ubi finis remotior primum intenditur, motivum finis remotioris ſimul ſit motivum propioris tanquam medii ad illum ducentis, ſicque voluntas ad illum determinata una ad hunc determinetur, & ſic ipſa neceſſitas, quæ oritur ex nexu finis remotioris & propioris, qui inſtar medii reſpectu illius ſe habet, ſubeat vicem motivi, quod tamen vim omnem accipit a motivo finis, aut ab hoc eandem mutuatur, nullam quippe a ſe habens. Tolle enim motivum finis, neceſſitas inter ipſum atque medium non amplius influet in voluntatem.

§. 58.

De motivo attentionis perficiendæ.

Attentionis neceſſitas in cognitione rerum acquirenda & applicanda motivum eſt attentionis perficiendæ. Etenim ſi quis ſibi propoſuit res quascunque cognoſcere, ut in caſu emergente cognitionem, quam ſibi comparavit, vel ad judicandum de re, vel ad agendum applicare poſſit, niſi ſola curioſitate utatur (§. 34.); quamprimum intelligit ad cognitionem rerum acquirendam & applicandam requiri certos attentionis gradus, qui a natura nobis conceſſi non ſunt, ſed exercitio demum comparandi, eos quoque ſibi comparare vult (§. 57.), conſequenter attentionis neceſſitas in cognitione rerum acquirenda & applicanda fit motivum attentionis perficiendæ (§. 887. *Pſych. empir.* & §. 209. *part. 1. Jur. nat.*).

Qui in Logica hoſpes & peregrinus non eſt, ei abunde perſpectum eſt, ad certam rerum cognitionem nos pervenire non

non poſſe, nec errores evitare, neque etiam veritates univerſales in caſu emergente ſive ad judicandum de rebus obviis, ſive ad agendum applicari poſſe absque ſufficiente attentione, ut ideo ſupervacaneum videatur id demum hic demonſtrari. In propoſitionibus enim recte ſumitur, de cujus veritate jam aliunde conſtat & quod tanquam notum ex anterioribus ſupponi poteſt. Notandum præterea ne quid obſcuri vel dubii in propoſitione præſente relictum videatur, diſtinguendam eſſe voluntatem attentionem adhibendi a voluntate eandem perficiendi. Inde nimirum eſt, ut attentionis neceſſitas ſive in cognitione rerum acquirenda, ſive in eadem comparanda alio modo conſideretur, quando motivi vicem ſubit in attentione adhibenda, & quando motivum eſt eandem perficiendi. Etenim in caſu priori attentio refertur ad cognitionem rei acquirendam tanquam medium ad finem; in poſteriori autem cognitio rei, cui operam dare decrevimus, ad attentionem perficiendam tanquam medium ad finem refertur. In illo ſcilicet attentio adhibetur, ut rem cognoſcamus; in hoc vero rei cognoſcendæ operam navamus, ut certos attentionis gradus acquiramus, qua deinceps in cognitione rerum aliarum uti poſſumus. Quamobrem in hoc caſu motivum attentionis perficiendæ non vim ſuam mutuatur a motivo rei cognoſcendæ, quemadmodum ante obſervavimus (*not.* §. 57.). Ita attentionis perficiendæ cauſa Geometriæ, immo Matheſi univerſæ operam navat, qui alias ſtudium Matheſeos inſuper haberet ac mathemata ipſa in ſpem futuræ oblivionis addiſcit, ut ad alia addiſcenda vel etiam ad recte agendum & culpam, quantum datur, vitandam eandem attentionem afferre valeat, qua in Matheſi uti adſuevit. Aſt ſi quem neceſſitas rei cognoſcendæ ad attentionem adhibendam cogit, is eam defatigari non patitur, donec cognoverit, quamvis valde moleſtum accidat eadem uti,

§. 59.

De utilitate *Si quis prævidet certum quendam attentionis gradum ſibi utilem*

lem fore, aut exiſtimat, eundem ſibi utilem eſſe poſſe; ei utilitas motivum eſt gradum iſtum acquirendi. Utilitas enim motivum eſt rei appetendæ (§. 356. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem ſi prævidemus certum quendam attentionis gradum, veluti ut eandem inter multos ſtrepitus, ſeu in genere inter vehementes objectorum in organa ſenſoria actiones conſervemus (§. 243. *Pſych. empir.*), nobis fore utilem, aut ſi exiſtimemus, eum nobis utilem eſſe poſſe, veluti ut eandem inter plura objecta partiri valeamus exemplo *Julii Cæſaris*; utilitas quoque motivum eſt gradum iſtum acquirendi. *certi gradus attentionis.*

Non ſufficit, ut certus quidam attentionis gradus utilis ſit, & ut in caſu emergente utilis eſſe poſſit; verum etam neceſſe eſt, ut certus ſis eundem tibi utilem fore, aut in caſu emergente utilem eſſe poſſe, cum alias attentio turbaretur, nec conſervari poſſet, conſequenter id, quod facere volebas, facere minime daretur. Qui utilitatem non certo agnoſcit, in ejus quoque appetitum eadem influere nequit. Gradus iſte attentionis intenditur tanquam finis, & ejus conſequendi cauſa exercitiis neceſſariis utimur tanquam mediis. Cum inter gradus attentionis prorſus ſingulares referri debeat partitio ejusdem inter plura objecta; notandum eſt, id duplici modo fieri poſſe, vel ut ad duo aut plura objecta ſimul animum advertamus, veluti ut ſcribamus epiſtolam & eodem tempore animum attendamus ad ea, quæ loquuntur alii, attentione in ſcribendo non interrupta, vel ut attentio inter duo aut plura objecta reciprocetur, & in unoquoque quaſi non interrupta continuetur. Uterque gradus etiam concurrere poteſt, veluti ſi ponamus, te ſcribere epiſtolam & inter ſcribendum colloqui cum altero: quando nimirum ſcribis, quid dicat alter, ſimul auditu percipis, & dum reſpondes, ſcriptionem interrumpis. Facile autem patet, gradum iſtum eſſe tanto illuſtriorem, quo major ad ea, quæ ſcribuntur, & ad ea, de quibus ſermo miſcetur attentio requiritur. Enimvero nimis prolixum foret,

si casus omnes distingvere vellemus, qui circa diversos attentionis gradus in Psychologia empirica commemoratos occurrunt, & quæ ad praxin pertinent in singulis more nostro demonstrare ac uberius explicare.

§. 60.

De signis graduum attentionis.

Quantum quis profecerit in attentione perficienda, docent facta, ad quæ adhibita fuit vel adhibetur. Cum attentionis actus sit actus animæ internus (§. 237. *Psych. empir.*); de iis nobis constare nequit nisi per actus externos, qui in sensus incurrunt, & quorum determinatio sine attentione a nobis concipi nequit. Quamobrem ex factis, ad quæ adhibita fuit, vel adhibetur attentio, intelligitur, quonam attentionis gradu usus quis fuerit vel in præsenti utatur. In hoc igitur cum consistat perfectio attentionis (§. 39.); quantum quis profecerit in attentione perficienda, docent facta, ad quæ adhibita fuit, vel adhibetur.

E. gr. Quanta attentione usus fuerit *Archimedes*, lectio operum manifestat. Neque enim solum inde hoc discitur, si quis in seipso experitur, quanta attentione opus habeat, ut demonstrationes ejus intelligat, nec in iis expendendis defatigetur; verum etiam a priori demonstrari potest eum fere in modum, quo supra ostendimus, quomodo studio mathematico, præsertim Geometriæ, perficiatur attentio (§. 41.). Notandum vero, cum *Archimedes* fuerit inventor eorum, quæ nobis in scriptis suis reliquit, major vero attentio requiratur ad inveniendum ea, quæ adhuc latent, quam ad inventa intelligenda, idque valeat sive res ipsas, sive demonstrationes spectes; in æstimanda attentione habenda quoque ratio est artis inveniendi: ubi simul attendenda venit differentia, quæ in diversis subjectis intercedit, quatenus ea exercetur sine regulis. Sed de eo disertius dicendum inferius. Præterea hic quoque considerandæ sunt facta, quæ de *Archimede* commemorantur, ex scriptis autem

autem ejus innoteſcere nequeunt (*not.* §. 40.), ex quibus colligitur tantam fuiſſe ejus attentionem, ut per vehementiores ſenſibilium in organa ſenſoria actiones turbari minime poterit. Sunt nimirum aliqui attentionis gradus, qui innoteſcere nequeunt niſi ex factis aut certis circumſtantiis, a præſente ſaltem obſervabilibus. Exempla alias in medium attulimus (§. 243. *& ſeqq. Pſych. empir.*). Cetera quæ hic dicuntur, probe notanda veniunt, ne de perfectione attentionis acquiſita ab alio judicium deproperemus.

§. 61.

De electione objectorum ad perficiendam attentionem.

Qui attentionem perficere vult, initium facere debet a rebus ſenſibilibus, iisque ſenſui gratis, ſeu ex quibus voluptas percipitur; deinceps eandem adhibere ſtudeat ad objecta, quæ ipſum parum movent; tandem etiam ad alia quæ moleſta accidunt. Attentio enim facilius in objecto ſenſibili conſervatur, quam in phantaſmatis (§. 44.). Quamobrem cum in acquirendo quocunque habitu incipiendum ſit a facilioribus, quæ ſcilicet minus moleſta accidunt, ne averſio vincat appetitionem faciendi, quod faciendum eſt, & attentionem avertat moleſtia (§. 372. *Pſych. rat.*); qui attentionem perficere vult, initium facere debet a rebus ſenſibilibus.

Quoniam vero qui voluptatem ex re percipit, in ea attentionem defigit & defixam in eadem retinet (§. 371. *Pſych. rat.*), conſequenter voluptas incitat ad attentionem afferendam & conſervandam; ſtudium perficiendi attentionem utique facilitatur, ſi eligantur objecta ſenſibilia, ex quibus voluptas percipitur, conſequenter qui perfectioni attentionis acquirendæ ſtudere vult, initium facere debet ab objectis ſenſibilibus ſenſui gratis. *Quod erat ſecundum.*

Enimvero cum ad perfectionem attentionis etiam requiratur, ut eandem ad objectum quodcunque promiſcue

afferre ac in eodem tamdiu conſervare poſſimus, quamdiu libuerit (§. 39.), conſequenter etiam ad ea objecta, in quæ voluptas eandem minime trahit. Quamobrem cum deficiente iſto ſtimulo difficilius ſit conſervare præſertim diu in aliquo objecto attentionem, antequam exercitatio accedit, in acquirendo autem habitu a facilioribus ad difficiliora ſit progrediendum; ubi quis ad ſenſui grata attentionem afferre ac pro lubitu in iisdem conſervare adſuevit, eam quoque ut adhibere diſcat ad objecta, quæ ipſum parum movent, neceſſe eſt. *Quod erat tertium.*

Denique ſi qua objecta nobis moleſta accidant, ab iis naturaliter attentionem avertimus (§. 372. *Pſych. rat.*). Quodſi ergo ad ea attentionem afferre & conſervare debes; pugna oritur inter averſationem ſenſitivam & rationalem appetitum (§ 917. *Pſych. empir.*), conſequenter hic illam vincere debet. Quamobrem cum jam ad exercitia, quibus attentio perficienda, accedat difficultas, quæ in anterioribus non aderat; poſtremo demum loco opera danda eſt, ut ad objecta, quæ moleſta accidunt, attentionem afferre atque conſervare ſtudeamus. *Quod erat quartum.*

Ordinem, quem hic præſcribimus, eſſe obſervandum in addiſcendis rebus quibuscunque & acquirendo habitu quocunque in confeſſo eſt apud omnes. Nemo enim eſt, qui non ultro fateatur, incipiendum eſſe a facillimis & continuo progrediendum ad difficiliora. In præſenti autem caſu cum exercitia inſtituenda pendeant a libera voluntate, facilitas & difficultas eam flectendi dijudicanda eſt ex objecto, quod eligitur. Triplex hic occurrit caſus, aut enim ipſum objectum movet appetitum ſenſitivum, aut non movet, aut eidem prorſus adverſatur, utpote averſationem excitans. In caſu primo appetitus ſenſitivus cum rationali ſua ſponte conſentit (§. 917. *Pſych. empir.*), ideoque huic auxilium fert; in ſecundo auxi-

lio

lio hoc voluntas deſtituitur; in tertio denique averſatio ſenſitiva impedimentum objicit appetitui rationali, quod abeſt in ſecundo, e medio tamen removendum. Hæc ſi perpendis, facile intelliges, exercitiis attentionis perficiendæ cauſa inſtituendis omnium maxime ſeſe commendare objecta ſenſui grata: inter cetera vero minus difficultatis faceſſere ea, quæ indifferenter ſeſe habent, nec grata, nec moleſta ſenſui, quam illa, quæ ſenſui moleſta accidunt. Quemadmodum vero ſua quemque trahit voluptas, nec omnibus eadem placent, vel diſplicent, ideo nec eadem objecta in exercitiis attentionis perficiendæ cauſa inſtituendis juſto ordine omnibus inſerviunt. Sequi igitur convenit naturam ducem, ſi felicius metam optatam contingere velimus. Equidem hactenus quæ tam in hiſce, quam in aliis ſimili de cauſa præcipiuntur, caſui committi ſolent, ut valde verear, ne quidam fruſtra talia præcipi exiſtiment; non tamen me quicquam movet eorum opinio, illorum opinioni ſimilis, qui Logicam artificialem damnant, propterea quod naturalem ſufficere putant. Plurimum enim præſtat ea in poteſtate habere, quæ a caſu expectanda ſunt: id quod in præſenti fuſius oſtendere non datur. Et qui talia objiciunt, illi minime perpendunt, eas in philoſophia morali eſſe philoſophi partes, ut rationes eorum doceat, quæ homines in determinandis actionibus ſuis caſui tribuere ſolent, & uſum facultatum animæ liberæ ejusdem voluntati ſubjiciat quoad omnia, quantum datur. Ceterum ad ſenſibilia objecta ſpectant etiam vocabula ſcripta. In his vero diſtingvenda eſt attentio, quæ offertur ad figuram literarum, quatenus ſcilicet in numero viſibilium ſunt, & quæ ad eorum pronunciationem, quatenus nimirum auditu percipiuntur, ab ea, quæ affertur ad ſignificatum eorundem, quo intelligibilia efficiuntur. In exercitatis equidem tres hi attentionis actus a ſe invicem diverſi uno quaſi actu conſtare videntur propter actuum ex habitu ſibi invicem ſuccedentium celeritatem: dantur tamen etiam caſus, in quibus tres iſti actus minime conjunguntur. Inde eſt, ut quis legere queat intellectu ſibi non difficilia

ficilia, quæ tamen non intelligit, atque eadem de cauſa, quæ ipſe ſatis expenſa ſcripſiſti, ea vel ita legere potes, ut intelligas, vel ſicut non intelligas. Et, ſi vi demonſtrationis extorquendus aſſenſus, attentio ad ſenſum certitudinis, quæ intellectis adhæret in enunciationibus, diverſa adhuc eſt ab ea, quæ ad vocabulorum intellectum facit. Unde eas vel ita legi contingit, ut aſſenſus gignatur, vel ita, ut aſſenſus deficiat. Tum vero cum attentione concurrunt facultates adhuc aliæ, prouti ex ſequentibus clarius eluceſcet.

§. 62.

Exercitia quænam faciliora.

Exercitia, quibus nimirum habitus comparatur, *faciliora* dicuntur, quæ non multos actus requirunt & quibus vel nulla, vel minora impedimenta objiciuntur. Quamobrem patet, *exercitia faciliora breviori tempore poſſe abſolvi, & minorem vim agendi ad ea requiri*, conſequenter *difficiliora evadere, quo longiori tempore abſolvuntur & majorem vim agendi exigunt.*

Ita ſi ſtudio Matheſeos attentionem perficere volueris; exercitia geometrica præferuntur arithmeticis, ſicuti & *Euclides* elementa geometrica præmiſit arithmeticis & his nonniſi difficiliora poſtpoſuit, quia in Geometria objectum pure viſibile, circa quod verſamur, quatenus figuræ delineatæ oculis ſubjiciuntur, in Arithmetica autem vel pure intellectuale, quando numeri, circa quos verſamur, mente ſaltem concipiuntur, vel intellectuale & ſenſibile ſimul, quatenus mente concepti notis quibusdam in charta delineatis tanquam ſignis repræſentantur, ut ideo in hoc caſu attentionis actus duplex ſit, unus qui dirigitur in ſignum, alter qui dirigitur in ſignificatum. Immo quatenus numeri verbis tantummodo mente concipiuntur, attentio jam duplex evadit, quemadmodum paulo ante inſinuavimus. Similiter pauciores actus requiruntur ad definitiones & propoſitiones ſufficienter intelligendas, quam ad demonſtrationes perpendendas, ut convictionem pariant, quemadmodum

modum ſatis ſuperque perſpicitur ex demonſtratione ſuperiori de attentione ſtudio Matheſeos perficienda (§. 41.).

§. 63.

Quoniam exercitia faciliora breviori tempore abſolvi poſſunt, atque minorem vim agendi requirunt (§. 62.), conſequenter minus moleſta accidunt, habitum vero ſibi comparaturo ab initio inſueta per ſe moleſta ſunt; *in comparando habitu incipiendum eſt ab exercitiis facilioribus & deinceps progrediendum ad difficiliora*, conſequenter *etiam id obſervandum in perficienda attentione.*

De exercitiis facilioribus in habitu comparando præferendis

Conſuetudo naturæ eſt, non per ſaltum progredi ab uno extremo ad alterum, & quod incrementi capax eſt inſenſibilibus augere incrementis. Difficultas agendi, quæ eſt in diſpoſitione naturali (§. 429. *Pſych. empir.*), & promptitudo agendi, quæ eſt in habitu (§. 428. *Pſych. empir.*), ſunt duo extrema. Qui habitum ſibi comparare vult, ab uno extremo progredi decrevit ad alterum. Natura non permittit, ut hoc fiat per ſaltum, & eidem maxime convenit, ut per imperceptibilia incrementa creſcat habitus. Ea igitur invita, multoque minus repugnante cum nil ſit faciendum; in eligendis quoque exercitiis, quibus habitus quivis comparatur, tum etiam in ſpecie, quibus attentio perficitur, ductum ejus ſequi convenit, ne vel multo conatu nihil agamus, vel temere moleſtias, quibus carere poteramus, nobis creemus. Ampliſſimus hic aperitur campus de eligendis exercitiis perficiendæ attentionis cauſa, ut ſi non citra omnem, ſaltem multo minore moleſtia metam contingas: id quod etiam intelligitur de quovis habitu alio acquirendo. Aſt nobis jam campum iſtum ingredi non licet. Sufficit aliorum excitaſſe attentionem, ut norint, quæ præter ea, quæ nos tradidimus, adhuc utiliter diſcutienda ſuperſint. Sæpius enim jam inculcavimus, qui de ſcientiis bene mereri voluerint, eos ulterius progredi debere, non vero tempus

pus inutilibus repetitionibus, aut præcocibus cenſuris, quæ puerilem pruritum ſapiunt, fallere. Quodſi quis ea, quæ de attentione perficienda hactenus demonſtravimus, probe perpendere voluerit; is haud difficulter colliget, quænam exercitia ſint præferenda, quænam poſtponenda, & quænam unicuique pro diverſitate circumſtantiarum apprime conveniant.

§. 64.

De perfectione imaginationis.

Perfectio imaginationis conſiſtit in ejus intenſione & extenſione. Imaginatio non minus intendi (§. 212. *Pſych. rat.*), quam extendi poteſt (§. 198. *Pſych. empir.*). Cum intenſione ideæ vi illius productæ fiant clariores, quam communiter eſſe ſolent, ita ut tandem cum ideis ſenſualibus claritatem conſequantur (*not.* §. 212. *Pſych. rat.* & §. 96. *Pſych. empir.*), extenſione autem id conſequamur, ut ideas plures ſimul producere & productas per longum temporis ſpatium conſervare valeamus (§. 198. *Pſych. empir.*); ſi imaginatio intenditur & extenditur, uſus ejus ampliatur. Quamobrem cum facultates animæ perficiantur acquirendo habitus iisdem utendi (§. 209 *part. 1. Jur. nat.*), & quo plures actus alicujus facultatis elici poſſunt & quo promtius, eo major ſit perfectio (§. 210. *part. 1 Jur. nat.*); perfectio imaginationis conſiſtit in ejus intenſione & extenſione.

Cum non minus de intenſione, quam extenſione imaginationis alibi jam dixerimus; non opus eſt, ut ibidem dicta hic repetantur.

§. 65.

Medium perficiendi imaginationem.

Quoniam perfectio imaginationis conſiſtit in ejus intenſione & extenſione (§. 64.); *imaginatio perficitur, ſi operam demus, ut eadem intendatur & extendatur:* quod quomodo fieri poſſit,

poſſit, alibi jam oſtendimus (§. 213. *& ſeqq. Pſych. rat.* & §. 199. *Pſych. empir.*)

Quodſi ea expendimus, quæ de modo imaginationem intendendi & extendendi oſtendimus; ſtatim apparet, non aliis exercitiis opus eſſe, quam quibus attentio perficitur, niſi ut quædam circumſtantiæ obſerventur, in quibus ea afferenda & conſervanda. Quamobrem ſi quis antea attentionem ſufficienter perfecerit, ei opera, quam imaginationi perficiendæ impendit, parum difficultatis faceſſet. Neque alia ratio eſt, cur de attentione ante egerimus, quam de imaginatione. Intenſio imaginationis in cauſa eſt, ut ea ſubinde imponat parum cautis, quatenus ob claritatem phantaſmata cum ideis ſenſualibus confundunt, ut ſibi videre videantur, quæ imaginantur, quemadmodum accidit in viſionibus. Inde tamen inferri nequit, inutilem, immo nocuam eſſe operam, quæ vi imaginationis intendendæ impenditur. Etenim id commune eſt omnibus facultatibus, quæ ad cognoſcitivam referuntur, tam ſuperiorem, quam inferiorem, ut, quo magis fuerint perfectæ, eo major quoque eſſe poſſit abuſus. Perficiendæ autem ſunt propter uſum, quem habent in veritatis cognitione & actionum humanarum recta determinatione, non vero propter abuſum. Aſſimilantur in eo virtutes intellectuales, quæ a perfectione facultatum cognoſcendi pendent, bonis fortunæ, veluti divitiis. Quemadmodum itaque bona fortunæ non referenda ſunt in numerum malorum, quia homines iisdem abutuntur & abuſus major eſſe poteſt, quo fuerint majora; ita etiam virtutes intellectuales & perfectio facultatum cognoſcendi in numerum malorum referenda non ſunt, quod iisdem abutuntur homines. Non ſunt ſeductrices per ſe: ſed culpæ, aut dolo hominum tribuendum, ſi vel errores, vel vitia gignant, quibus alias iisdem obnoxii non eſſent.

§. 66.

De impedimento perfinem

Qui intenſionem & extenſionem imaginationis inutilem eſſe arbitrantur, eam perficere negligunt. Quoniam enim nemo ima-

ciendæ imaginationis.

nem operam ſumere vult, præſertim eam, quam difficilem experitur, quemadmodum hanc, quam imaginationi impendere debet (§. 213. *& ſeqq. Pſych. rat. & 199. Pſych. empir.*), atque ejus cauſa (*not.* §. 65.) perficiendæ attentioni (§. 40. *& ſeqq.*); ſi quis exiſtimet, intenſionem & extenſionem imaginationis inutilem eſſe, aut ſaltem ſibi nulli fore uſui, is quoque deficiente motivo (§. 887. *Pſych. empir.*) operam eidem impendere non vult, ideoque imaginationem perficere negligit (§. 64.).

Plerique homines operam, quam impendere debent rei cuidam, qualiscunque tandem ea ſit, utilitate æſtimant; quam ubi non proſpiciunt, nullam eſſe putant. Quamdiu igitur ſuo ſtant judicio, fruſtra ab iis expectabis, ut eandem ſumant. Notandum vero eſt utilitatem hic æſtimari ex omni rei uſu, quem habere poteſt, qualiscunque tandem is fuerit.

§. 67.

Quomodo removeatur.

Quoniam imaginationem perficere negligit, qui ejus intenſionem & extenſionem inutilem eſſe opinatur (§. 66.); *utilitatis maximæ, quam in morali praxi habet, convincendus* (§. 299. 300. 317. 578. 582. 839. *part. 2. Phil. pract. univ.*), *tum etiam in caſibus aliis*, veluti in calculis arithmeticis ſola mente abſolvendis (§. 197. *Pſych. empir.*), *immo & in meditationibus*, per ea, quæ de intellectu inferius traduntur.

De utilitate multa dicere ſupervacaneum exiſtimo. Nulla facultas nemini fruſtra data; ſed quemadmodum ſingula corporis organa homini neceſſaria ſunt tum ad ſui ac ſpeciei ſuæ conſervationem, tum ut vitam hominis vivere poſſit; ita etiam nulla datur animæ facultas, quæ non concurrat ad eum finem, quem anima propoſitum ſibi habere debet. Et ſicuti organum unum inſervit alteri & in functiones ejus influit; ita quo-

quoque facultas una animæ adjuvat alteram & in ejus actus influit. Ideo ſane omnium facultatum uſus requiritur ad rectitudinem actionis (*not.* §. 203. *part.* 1. *Jur. nat.*) & natura obligamur ad conſenſum uſus omnium facultatum conſequendum (§. 204. *part.* 1. *Jur. nat.*). Quando igitur facultas quædam natura ſaltem apta eſt ad aliquem uſum, ut vero eundem actu præſtet, habitus demum acquirendus ſit; quin is ſit utilis, dubitari nequit. Oſtendimus jam ſuperius, intellectum uti miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum atque intermediarum (§. 14.), atque hinc deduximus neceſſitatem utrasque perficiendi (§. 15.). Quamobrem inde jam patet, nec imaginationem inutiliter perfici, ac per conſequens eam fore tanto aptiorem ad miniſterium ipſi impoſitum, quo fuerit perfectior: id quod de qualibet facultate valet. Aſt ſigillatim recenſere omnes uſus, quos imaginatio quantumcunque perfecta habere poteſt, minime datur, ubi ſumere non licet nondum demonſtrata. Mirus eſt facultatum animæ in ſe invicem influxus, qui in caſibus particularibus elucet. Quamobrem cum in omni praxi morali non aliud agatur, quam ut oſtendatur, quomodo concurrente uſu omnium facultatum volitiones ac nolitiones animæ rectificentur; quanta utilitas a perfectione earundem expectanda ſit, abunde patebit. Quodſi ad particularia provocare vellemus, quæ dicerentur credenda forent. Præſtat igitur in genere ſcire, quod facultates animæ, quantum datur, perficere utile ſit, quam ad utilitates particulares provocanti cœcam ſaltem habere fidem. Immo in moralibus non cœca fide, quæ præjudicio autoritatis nititur, ſed cognitione viva adducere hominem volumus ac debemus ad recte agendum. Quemadmodum in addiſcendis diſciplinis plurimum nocet, ſi prima quæſtio movetur de utilitate ejus, quod discendum, & in veritatibus inveſtigandis eadem ſollicitudo non minus nocet ac progreſſum ſcientiarum impedit; ita quoque profectus in virtute præclaros minime faciet, qui de facultatibus animæ perficiendis non ante cogitare vult, donec fuerit perſuaſus de perfectionis

utilitate, quam capere nequit, niſi ubi eandem conſecutus fuerit.

§. 68.

De influxu affectuum in intenſionem imaginationis.

Imaginatio valde intenditur, ſi ideæ ab eadem productæ affectus præſertim vehementiores excitent. Etenim affectus omnium maxime attentionem trahunt in objectum, circa quod verſantur (§. 530. *part. 2. Phil. pract. univ.*), & eandem a ceteris, quæ ſimul percipiuntur, avocant, vel impediunt, quo minus ad alia, veluti ad ea, quæ ſenſu percipiuntur, animum attendere poſſis (§. 531. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum perinde propemodum ſit, ac ſi actus imaginationis ſoli jam adeſſent, nec ſenſationes coëxiſterent, tum vero clariores ſint, quam ſi hæ coëxiſtant (§. 101. *Pſych. empir.*), phantasmata multo clariora ſunt, ſi affectus præſertim vehementiores excitent, quam in caſu oppoſito (*not.* §. 211. *Pſych. rat.*).

Oſtenditur etiam hoc modo. Affectus omnium maxime attentionem trahunt in objectum, circa quod verſantur (§. 530. *part. 2. Phil. pract. univ.*) & eandem a ceteris, quæ ſimul percipiuntur, avocant, vel impediunt, quo minus ad alia animum attendere poſſis (§. 531. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum imaginatio intendatur, ſi attentio in phantasmata dirigatur & in iisdem defixa detineatur (§. 213. *Pſych. rat.*); eadem valde intendi debet, ſi phantasmata ſive ideæ ab eadem productæ affectus præſertim vehementes excitent.

Exemplum habemus in martyribus, qui læti diuriſſimos cruciatus perpeſſi ſunt, quaſi nullos prorſus ſentirent. Nimirum ſibi repræſentabant ſtatum vitæ beatæ, quem a morte expectabant: id quod aliter niſi vi imaginationis fieri minime potuit (§. 92. *Pſych. empir.*). Bonorum, quibus in eo ſe frui debe-

debere credebant, perſuaſiſſimi, ea tanquam jam obtenta ſibi repræſentabant. Maximo igitur gaudio perfundebantur (§. 616. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum hoc gaudium omnem attentionem traheret ad ſtatum vitæ beatæ, cujus mox compotes reddi debebant (§. 530. *part. 2. Phil. pract. univ.*) & a cruciatibus, quos tolerabant, avocaret (§. 531. *part. 2. Phil. pract. univ.*), & dum gaudemus, tanta voluntate perfundamur, ut tædium, ſi quod adfuerit, non appercipiamus (§. 615. *Pſych. empir.*); martyres quoque diriſſimos cruciatus, quos patiebantur, vix appercipiebant. Quamobrem ut inter eos eſſent læti, intenſioni imaginationis per affectum tanquam cauſæ proximæ debebatur. Nemo miretur, nos lætitiam martyrum inter diriſſimos cruciatus a viribus imaginationis atque appetitu ſenſitivo deducere, ac naturæ viribus tribuere, exiſtimet, quæ operationi Spiritus S. adſcribunt Theologi. Quod enim ad primum, non adeo multa attentione opus eſt, ut animadvertas influxum facultatum animæ ſuperiorum in imaginationem & appetitum ſenſitivum, ſine quo lætitiæ tam ſtupendi effectus locus minime fuiſſet. Quod vero ſecundum attinet, haud ignotum eſt, Theologorum ſententia naturam gratia non tolli, ſed perfici. Quamobrem quæ homo gratia adjutus facit, ea non minus per uſum facultatum explicabilia ſunt, quam quæ naturæ viribus facit. Gratia tantummodo ratio eſt, cur hic & nunc talis extiterit uſus facultatum, quo effectum fuit, quod ſine iſta factum minime fuiſſet. Sane in præſenti caſu uſus imaginationis & appetitus ſenſitivi unice pendebat a certitudine vitæ beatæ poſt mortem expectandæ. Certitudo illa vero non naturæ viribus, ſed gratiæ tribuenda, ſicuti nec rationi adſcribenda eſt notitia ſtatus futuri poſt mortem. Atque hinc patet, quomodo naturam non everterit gratia, ſed perfecerit, ita tamen ut gratiæ effectus maneat adhuc explicabilis per uſum facultatum animæ, etſi in his rationem ſufficientem non habeat. Effectus vero, qui hic tribuitur lætitiæ ex repræſentatione ſtatus futuri a morte, proficiſci quoque poteſt ab amore Chriſti Salvatoris: immo nec impoſſibile eſt, ut uterque affe-

ctus ad eundem concurrat. Semper vero eodem modo effectus iſte explicari intelligibili modo poteſt & debet, ſi ejus rationem diſtincte perſpicere voluerimus. Poterant etiam dari exempla alia, in quibus gratiæ nullus locus eſt. Sed cum unusquisque veritatem propoſitionis præſentis in ſe experiri poſſit, nec eam in dubium vocare auſit, qui quanta ſit vis affectuum, ut in ſenſus agentium nobis non ſimus conſcii, minime ignorat; non opus eſt, ut exempla alia hic cumulemus. Placuit autem ſeligere exemplum, quod lucem accendere poteſt in ardua de natura & gratia doctrina, cum non facile prætermittamus in iis, quæ annotamus, occaſionem aliorum ſtudia in aliis juvandi.

§. 69.

De memoria perficienda.

Memoria una cum imaginatione perficitur. Memoria enim eſt facultas reproductas ideas recognoſcendi (§. 175. *Pſych. empir.*). Si ideæ rerum abſentium reproducuntur, id fit ab imaginatione (§. 92. *Pſych. empir.*). Quodſi reproducantur ab objecto ſenſibili in organum ſenſorium agente & recognoſci debeant; neceſſe eſt, ut antea ſenſu percepta etiam vi imaginationis reproducantur (§. 174. *Pſych. empir.*). Memoria igitur imaginationi ita cohæret, ut ab ea ſeparari nequeat. Quamobrem ſi imaginatio perficitur, memoria ſimul perficitur.

Patet idem abunde ex alibi demonſtratis, cum de memoria ageremus (§. 179. *& ſqq. Pſych. empir.*). Eodem ſane modo facilitas reproducendi ideas & reproductas recognoſcendi comparatur (§. 108. 174. *Pſych. empir.*), quorum illud imaginationis, hoc memoriæ eſt. Utilitatem memoriæ nemo eſt, qui non agnoſcat. Quamobrem abſonum eſt, ſi quis utilitatem perfectionis imaginationis in dubium vocare velit. Quodſi de hac dubitet, qui illam largitur, id quidem inde eſt, quod vulgo imaginatio & memoria non accurate a ſe invicem diſtingvan-

gvantur, reproductionem idearum, quæ recognoſcuntur, ad memoriam referentes: id quod ideo contingere videtur, quia plerumque res præſentes recognoſcuntur, ubi recognitio recte tribuitur *memoriæ*, quod una reproducuntur ideæ quoque ſociæ antea perceptæ, quarum reproductio perperam memoriæ adſcribitur, non vero attenditur animus ad ideam rei olim perceptæ, nunc denuo præſentis ſimul reproductam. Ob arctiſſimam illam conjunctionem imaginationis & memoriæ bonitas & magnitudo, quæ de memoria dicitur (§. 189. 192. *Pſych. empir.*), etiam de imaginatione intelligenda.

§. 70.

Quoniam memoria & imaginatio uno eodemque *Ulterius no-* actu perficiuntur (§. 69.); *quæ de memoria perficienda* in Pſy- *tandum.* chologia empirica non uno loco *tradidimus*, *de imaginatione quoque intelligenda.*

Immo imaginationem & memoriam quoque conjunximus, cum de modo utramque extendendi verba faceremus (§. 197. *Pſych. empir.*). Quæ ad perficiendum uſum facultatum cognoſcendi pertinent, de iis jam multa diximus alibi tam in Pſychologia empirica atque rationali, quam inprimis etiam in Logica. Alibi igitur dicta hic non repetimus; ſed ſaltem addimus, quæ alibi nondum dicta propius ad uſum moralem ſpectant: quamvis etiam de his plura jam demonſtrata fuerint in parte prima & ſecunda Philoſophiæ practicæ univerſalis, quatenus ea ad eundem faciunt. Tædioſum videri minime debet, quod ea quærenda ſint paſſim in diverſis voluminibus. Qui enim opus morale perfecte intelligere voluerit, is non modo in Logica, verum etiam in Pſychologia & Philoſophia practica univerſali probe verſatus eſſe debet, immo & in ceteris Metaphyſicæ partibus atque Jure naturæ (§. 9.), ſiquidem ſcientiam perfectam acquirere velit, ut & ſingula ſufficienter intelligat, nec in notionibus lateat aliquid

obſcu-

obſcuritatis, & veritatis plenarie convincatur, nec aſſenſus vacillet. Id adhuc notandum eſt, cum in Ethica omnia redeant ad determinationem voluntatis & noluntatis, quæ ab uſu facultatum appetendi & averſandi inferiorum juvatur, in ea nullam prorſus rationem haberi illorum, quæ in mechaniſmo corporis actibus facultatum animæ, præſertim inferiorum, continuo reſpondent, in Pſychologia rationali a nobis traditorum. Sufficiunt nobis ea, quæ in anima fiunt, noſſe, quatenus libertati animæ ſubſunt, cujus rectum uſum Ethica intendit: harmonia autem illa, quæ inter animam & corpus intercedit, & qua in hoc mechanice repræſentantur, quæ in illa contingunt, ad Ethicam minime ſpectat, ſed in ea tuto ignoratur. Etſi enim ſcientia ejus ad agnitionem attributorum divinorum, inprimis ſapientiæ divinæ, plurimum faciat, quorum agnitio deinceps in praxin officiorum erga Deum & mediantibus hiſce porro in virtutum aliarum ſtudium influit; influxus tamen iſte non cujusvis eſt, ſed philoſophi, cui ſicuti ſublimior cognitionis gradus datus eſt, qui aliis denegatur, ita etiam ſublimitas quædam conceſſa in virtute, ad quam alii adſpirare nequeunt. Maxime igitur dolendum, vulgo hoc non agnoſci, ſed eos, qui philoſophi audire volunt, animum a directione voluntatis & noluntatis prorſus avertere, quaſi philoſophus & eruditus quicunque ſit animal quoddam inter hominem & brutum intermedium, cum illo facultates cognoſcendi ſuperiores, cum hoc autem facultates appetendi & averſandi inferiores participans, ita ut illæ his ſaltem ſerviant: quo ipſo profecto dignitatem ſcientiæ atque eruditionis proſtituunt, & quæ prodeſſe debebat, ſcientia & eruditio nocet. Quod enim & quantum noceat, ſuo loco clariſſime patebit. Ethica nimirum aditum aperit ad altos in animis hominum receſſus magnasque latebras, qui vulgo pro inacceſſis habentur. Id cum expectari debeat a ſtudio philoſophiæ moralis, nemo miretur, rem tam arduam ſine multo negotio confici non poſſe, nec cuilibet licere Corinthum adire.

§. 71.

§. 71.

Ad actum memoriæ requiritur attentio ad ideam reproductam. Etenim memoria vel ſenſitiva eſt, vel intellectualis (§. 279. *Pſych. rat.*) & ſenſitiva quidem in apperceptione ejusdem ideæ tanquam in diverſis perceptionum ſeriebus contentæ (§. 280. *Pſych. rat.*), intellectualis autem in judicio, quod eandem ideam jam antea habuerimus conſiſtit (§. 281. *Pſych rat.*). Enimvero actus apperceptionis in eo conſiſtit, ut perceptionis nobis ſimus conſcii (§. 25. *Pſych. empir.*), conſequenter perceptiones claræ eſſe debent (§. 31. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum attentione id conſequamur, ut inter ea, quæ ſimul percipimus, perceptiones quædam ſint ceteris clariores (§. 237. *Pſych. empir.*); ad actum memoriæ ſenſitivæ requiritur attentio ad ideam reproductam. *Quod erat unum.* *De attentione ad actum memoriæ requiſita.*

Jam vero porro judicio reſpondet notio (§. 520. *Log.*), in quo prædicatum a ſubjecto diſtinguitur (§. 199. 200. *Log.*), &, ſi affirmativum fuerit, nexus prædicati cum ſubjecto diſcernitur (§. 204. 201. *Log.*), veluti in judicio, quod ad memoriam intellectualem requiritur, idea reproducta & reproductionis actus, quæ latet in prædicato, quod eam jam antea habuerimus. Quamobrem cum notio iſta diſtincta ſit (§. 88. *Log.*), diſtincte autem id percipiamus, dum ſuper re percepta reflectimus (§. 258. *Pſych. empir.*), & reflexio in ſucceſſiva attentionis directione ad ea, quæ in re percepta inſunt, conſiſtat (§. 257. *Pſych. empir.*); ad actum memoriæ intellectualis requiritur attentio ad ideam reproductam. Immo quia actus memoriæ ſenſitivæ præcedere debet actum intellectualis (§. 282. *Pſych. rat.*), ut vero hic ex illo ſequatur ſingularis quædam attentio requiritur (§. 283. *Pſych. rat.*); inde ulterius patet, ad actum memoriæ intellectualis attentionem requiri. *Quod erat alterum.*

Latebras & receſſus in animis hominum, quos modo diximus (*not.* §. 70.), alii quidem in ore habent, quia vocabula vel in Latino autore legerunt, vel ex Lexico quodam didicerunt, nullam tamen eorundem notionem habent, aliis notio quidem confuſa quædam eſt, cui tamen adhuc plurimum obſcuritatis adhæret, ut non ſatis agnoſcantur, multo minus a ſe invicem diſcernantur. Quamobrem non e re eſſe duximus, ut quid ſint latebræ, quid receſſus in animis hominum & quomodo a ſe invicem differant, diſtincte explicaremus, ut appareat, etiam ea, quæ de perficiendis facultatibus animæ hic demonſtrantur, & alibi a nobis demonſtrata ſunt, aditum tam ad latebras, quam ad receſſus in animis hominum aperire.

§. 72.

Receſſus & latebræ in animis hominum quid ſint.

Latebræ in animis hominum dicuntur concurſus facultatum ad actum quendam animæ obſervabilem minime obſervabilis, ſeu cujus nobis minime conſcii ſumus. *Receſſus* autem *in animis hominum* appellatur influxus actuum præteritorum animæ in actum quendam præſentem.

Exemplum latebrarum præbet demonſtratio propoſitionis præcedentis, partis præſertim poſterioris; receſſuum vero ſucceſſiva aſſenſus generatio exemplo quodam illuſtrata (*not.* §. 992. *Log.*).

§. 73.

De latebris in actionibus ex habitu proficiscentibus.

Quoniam latebræ in animis hominum conſiſtunt in concurſu facultatum animæ ad actum quendam animæ obſervabilem minus obſervabili, ſeu cujus nobis conſcii non ſumus (§. 72.), quando autem ex habitu agimus, actus multi ea celeritate ſe invicem conſequuntur, ut eorum nobis conſcii non ſimus, etſi probe conſcii quid agamus, quod quilibet in ſeipſo experiri poteſt, quotiescunque ex habitu

agit,

agit, modo attentionem ſufficientem afferre norit; *actio omnis ex habitu proficiscens ſuas habet latebras.*

Demus in re ardua atque difficili exemplum facile, quod difficultatem tollere aptum. Actus maxime vulgaris eſt legere. Enimvero qui legit, is literas ſingulas agnoſcere, ſyllabas ſingulas ex literis componere & ex his integra vocabula, eaque pronunciare debet, ſucceſſiva ſingularum ſyllabarum pronunciatione. Ecquis vero eſt, qui ſingulorum iſtorum actuum ſibi conſcius eſt, dum legit. Ponamus vero te legendi actum ſeu lectionem in iſtas ſimpliciores reſolviſſe, qui ſeſe invicem maxima celeritate ſubſequuntur; tantum tamen abeſt, ut latebras in animo legentis detexeris, ut eorum demum abyſſus in conſpectum veniat, qui per latebras, quæ inſunt in animo legentis, quoad actus iſtos ſimpliciores efficitur, hoc eſt, per concurſum facultatum animæ ad ſingulos iſtos actus. Etenim ſi litera agnoſcenda eſt, ea facienda ſunt, quæ fieri debent, ut rei perceptæ nomen ſpeciei tribuamus (§. 354. *Pſych. empir.*). Latet in eo ratiocinium per ſyllogysmum diſtincte explicabile, quemadmodum apparet ex demonſtratione propoſitionis pſychologicæ, ad quam hic provocamus. Nimirum ut literam, v. gr. *a*, agnoſcas, non ſufficit ſimplex ejus apprehenſio, quæ abſolvitur actu, quo figuram literæ obtutu comprehendis, ſeu viſu eandem tibi repræſentas; ſed neceſſe eſt ut judices literam, quam intueris, hanc habere figuram, eo nempe modo, quo actum judicii affirmativi in cognitione intuitiva abſolvi oſtendimus (§. 343. *Pſych. empir.*). Porro memoriam ſubire debet, literam hanc figuram habentem eſſe eam, quæ hoc ſono effertur, quo ſcilicet effertur, dum pronunciatur. Atque hinc infertur literam *a* hoc ſono efferri debere. Multiplices ſunt actus non unius facultatis, qui ad ſingulos hoſce concurrunt; ſed eos recenſere nimis prolixum foret. Quodſi jam porro actus reliquos, quos ad lectionem requiri diximus, ſimili modo perpendere volueris; quantus prodeat numerus actuum ad pronunciationem unius vocabuli

requiſitorum miraberis. Obſervandum tamen adhuc eſt, ubi vocabulum actu pronuncias, cum pronunciatio ſit actus liberæ voluntatis, actuum concurrentium numerum adhuc multiplicari: id quod clarius intelligitur, ſi ex pſychologia conſtiterit, quomodo actus voluntatis determinetur. Atque ex hoc exemplo puerili abunde intelligitur, quid ſibi velint latebræ in animis hominum. Abſit autem ut de re ipſa abjecte ſentias, quod puerili exemplo eandem non tam illuſtrare, quam adumbrare voluerimus, ut a quovis facile intelligatur. Habent latebras iſtiusmodi magnas omnes actiones humanæ, quæ ut detegantur (quod interdum fieri utiliſſimum eſt,) in Ethica explicandus eſt uſus facultatum animæ in iisdem determinandis. Quamobrem etiam neceſſe eſt, ut omnium facultatum uſum & actuum unius ab actibus aliarum dependentiam intime perſpiciamus.

§. 74.

De ſcientia ad latebras in animis hominum detegendas requiſita.

Similiter quia latebræ in animis hominum ſunt concurſus facultatum ad actum quendam obſervabilem minus obſervabilis (§. 72.); *qui latebras in animis hominum detegere vult, ei perſpectus eſſe debet omnium facultatum uſus & modus, quo unius actus in determinationem actus alterius influit*, conſequenter *etiam conſtare, quomodo facultates perficiantur.*

Uſus quarundam facultatum naturalis eſt, aliarum vero exercitio acquiritur. Exercitia vero ad comparandum habitum neceſſaria vel caſu offeruntur, vel data opera inſtituuntur. Ideo habitus quidam acquiruntur, dum de iis acquirendis non cogitant homines, eaque de cauſa non advertunt animum ad actus iſtos, quorum iteratione habitus acquiritur: ex habitu deinde agentes actionem, quæ compoſita eſt, reſolvere nequeunt in ſimpliciores, ex quibus ea conſtat. Et quamvis exercitia data opera inſtituantur, duo tamen obſtacula adhuc ſuperſunt, quæ aditum ad latebras in animis hominum

minum præcludunt. Nimirum cum actus ad exercitia iſta requiſiti initio moleſti accidant ob agendi difficultatem; attentio ab iisdem avertitur (§. 372. *Pſych. rat.*), ut eorum poſthac non facile meminerimus, ſaltem ubi iis non amplius vacandum, eosdem oblivioni demus. Accedit, quod potiſſimum hic loci attendendum, nos in actuum iſtorum notione confuſa acquieſcere, nec quinam facultatum animæ uſus ad eos exigatur inquirere: id quod fieri nequit, niſi facultates animæ ſingulæ earumque dependentia a ſe invicem in agendo fuerint perſpectæ. Deinde ſi habitus fuerit acquiſitus, plerique ſibi perſuadent, ſe actibus iſtis, quibus ad comparandum habitum uſi, in agendo ex habitu non amplius opus habere, aut, ſi forſan in nonnullis contrarium experiantur, non tamen putant, actus iſtos adhuc eodem modo determinari, quo determinabantur, cum diſpoſitio naturalis ad habitum evehenda erat. Loquimur hic nonniſi de habitu facultatum animæ, quo promptus efficitur earum uſus, quamvis etiam de alio quocunque intelligantur eadem, quæ hic dicuntur. Quodſi a prima infantia conſtaret, quomodo uſus facultatum fuerit elicitus & tandem habitus utendi acquiſitus; tum utique facilius conſtare poterat, quinam actus ſimplices in actu ex habitu proveniente inſint. Ex hactenus dictis abunde patet, quam neceſſarium ſit Pſychologiæ ſtudium, et ut Ethica eo modo tractetur, quo nos eandem petractare decrevimus: ita enim demum fieri poterit, ut in latebris animæ detegendis non inanem operam ſumamus, aut eas pro prorſus inacceſſis declaremus, quemadmodum vulgo fieri ſolet. Quodſi cui nimis moleſtum videatur per tantas ambages incedere; is ſibi imputet, quod nullus ipſi pateat acceſſus.

§. 75.

Quoniam receſſus conſiſtunt in influxu actuum præteritorum animæ in actum quendam præſentem (§. 72.), fieri autem non poteſt, ut unusquisque meminerit præteritorum, *De receſſibus in animis hominum,*

quatenus imperſcrutabiles.

rum, quæ in actum præſentem influunt; *receſſus* quoque *in animo ſuo imperſcrutabiles unicuique ſunt:* cumque idem multo magis intelligatur de actibus præteritis alienis, quorum notitia nobis denegatur, *receſſus in animis aliorum multo magis imperſcrutabiles ſunt.* Quoniam tamen in genere actuum præſentium a præteritis dependentiam inſpicere datur, ſiquidem uſus facultatum animæ nobis fuerit perſpectus, & quomodo eædem perficiantur cognitum fuerit; *receſſus in animis hominum in genere non prorſus imperſcrutabilis eſt, & ſi in genere eundem, quantum datur, cognoverimus, in caſibus quoque ſingularibus multa aſſequemur, quæ alias notitiam noſtram effugiunt.*

Receſſus in animis hominum ſi ſcrutamur, non adæquatas quærimus notiones; ſed ſufficit, ut quadantenus dependentiam actus præſentis a præteritis agnoſcamus. Neque opus eſt, ut actus ſingulares nobis ſint cogniti atque perſpecti; ſed ſufficit, ut in genere eos cognoſcamus. Quoniam in Ethica id agendum, ut dependentiam actionum humanarum præſentium a præteritis ex uſu & non uſu, vel etiam abuſu facultatum animæ demonſtremus; receſſus quoque in animis hominum patefiunt per eandem, ſi rite pertractatur, quantum ad uſum moralem ſufficit: eum vero ut facere poſſimus neceſſe eſt, ut facultates animæ pro virili perficere ſtudeamus. Si cui hoc nimis moleſtum videatur, is ſibi imputet, quod receſſus in animo ſuo & multo magis in animis aliorum ſibi abſolute imperſcrutabiles maneant.

§. 76.

Conjunctio latebrarum cum receſſibus.

Quia receſſus in animis hominum conſiſtunt in influxu actuum præteritorum animæ in actum præſentem, latebræ autem in concurſu facultatum animæ ad quemlibet actum (§. 72.), actus vero præſentis a præteritis dependentia

tia diſtincte intelligi nequit, niſi perſpectum ſit, quænam facultates animæ & quonam uſu ad hunc vel iſtum actum concurrant; *qui receſſus in animis hominum ſcrutari vult, is ante latebras detegere debet, ſen receſſus intelligi nequeunt latebris non ſimul perſpectis.*

§. 77.

Modus detegendi latebras in actibus ex habitu profluentibus.

Qui latebras in actibus ex habitu profectis detegere vult; is animum attendere debet ad actus, quibus iteratis habitus comparatur. Etenim ſi animum attendimus ad actus, quibus iteratis habitus comparatur; ſinguli nobis innoteſcunt actus, qui concurrunt ad actum ex habitu provenientem. Quoniam enim diſpoſitio naturalis mediante exercitio ad habitum evehitur (§. 430. *Pſych. empir.*), quæ in difficultate agendi conſiſtit, initio actiones ſimplices ad compoſitam requiſitæ nonniſi tarde ac interjectis moris eduntur, ut ideo non modo actu diſtingvantur, verum etiam ſpatium temporis relinquant, quod ad attentionem ſufficientem adhibendam requiritur. Quoniam itaque latebræ in hominum animis ſunt concurſus facultatum ad actum quendam obſervabilem minime obſervabilis (§. 72.); qui animum attendit ad actus, quibus iteratis habitus comparatur, nimirum dum eidem comparando operam navamus, latebras in actibus ex habitu profectis detegere poteſt, conſequenter qui hoc facere vult, ad actus iſtos animum attendere debet.

Latebras in animis hominum ſupra illuſtravimus exemplo, quod puerile videtur, quatenus a puerorum ſtudio deſumtum, puerile autem non eſt, ſi quod in ea naturæ tribuendum ſpectemus. Ludentibus pueris natura ſerio agit, & philoſophus in luſu puerorum ſpectat, quod natura agit, atque aciem ultra id intendit, quod in oculos incurrit. Quodſi jam

jam animum attendamus ad id quod agunt pueri, dum legere discunt; non modo propoſitionem præſentem intelligimus citra omem obſcuritatem, verum etiam patebit modus, quo absque ullo negotio agnoſcuntur actus ſimplices, ad lectionem requiſiti. Si quis legere neſciens alium legentem audiret, actus iſtos, qui ad lectionem concurrunt, non animadverteret. Aſt qui in latebras animæ intimius intrare cupit, ulterius expendit, quonam facultatum uſu ſinguli actus determinantur. Id vero datum non eſt, niſi philoſopho, qui perſpicillis pſychologicis uſus videt, quæ alii quantacunque attentione uſi videre nequeunt. Ceterum facile videmus, ſi actio externa ex habitu proficiscatur, eam non eſſe ſpectandam in ſe, quod Phyſici eſt, ſed quatenus ab interna dependet. Exemplum denuo eſto puerile a ſcriptione deſumtum: ad quod facile applicantur, quæ modo diximus. Etſi vero in præſenti non quæratur de analyſi actionis externæ, quæ motu organorum corporis perficitur, in alias ſimpliciores; tenendum tamen eſt, qui hujus ideam diſtinctam eamque completam ſibi acquirere voluerit, eum animum advertere debere ad exercitia, quibus habitum comparare ſtudemus. Sicuti vero philoſophus ulterius progreſſus in actionibus internis porro inquirit, quonam facultatum uſu ſinguli actus ſimplices determinentur; ita in actionibus externis inveſtigat, quomodo motus, quo actiones ſimplices perficiuntur, vi ſtructuræ organorum corporis producantur: id quod tamen in moralibus nullum per ſe habere uſum me tacente patet.

§. 78.

De uſu cognitionis latebrarum & receſſuum in animis hominum.

Latebrarum & receſſuum in animis hominum cognitio facit ad mores hominum rectius conjectandos & de imputatione actionum accuratius judicandum, immo etiam ad eorum mores emendandos. Quodſi enim latebras in hominum animis detegimus, quænam facultates ad actiones earum concurrant, & quidnam in iis uſui eorundem, quidnam non uſui, quidnam abuſui ſit tribu-

tribuendum agnoſcimus (72.). Quodſi præterea nobis pateant receſſus in animis hominum, nobis conſtat, quinam actus præteriti *in* determinationem actionis præſentis *influant* (§. *cit.*). Quamobrem cum mores hominum ſint modi conſtantes ac perpetui determinandi actus facultatum animæ, quatenus a libertate noſtra pendent (§. 688. *part. 2. Phil. pract. univ.*), & mores eorum conjectemus, ſi modos iſtos detegimus (§. 704. *part. 2. Phil. pract. univ.*); cognitio latebrarum & receſſuum in animis hominum utique facit ad mores hominum rectius conjectandos. *Quod erat primum.*

Enimvero homini imputantur mores liberi, non naturales (§. 690. *part. 2. Phil. pract. univ.*), cumque actiones imputentur, quatenus liberæ ſunt (§. 532. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quo facilius mores quidam evitari potuiſſent, ſi quidem quis voluiſſet, eo magis actio aliqua homini imputari poteſt. Quamobrem cum ex latebris & receſſibus in animo ejus pateat, quinam uſus, quinam non uſus, quinam abuſus facultatum animæ ad actionem aliquam concurrat, & quomodo hæc omnia a præteritis pendeant (§. 72.); qui latebras ac receſſus in animo hominis agnoſcit, is utique de imputatione actionis multo accuratius judicabit aliis. *Quod erat ſecundum.*

Denique ſi mores hominis emendandi, modi conſtantes ac perpetui determinandi actus facultatum animæ, quatenus a libertate noſtra dependent, ſunt immutandi (§. 688. *part. 2. Jur. nat.*). Quamobrem cum nobis conſtare debeat, qualis ſit uſus, quinam non uſus & qualis abuſus facultatum animæ in determinandis actionibus ipſorum, & quomodo præterita in determinationem actus præſentis influant, conſequenter quænam ſint latebræ, quinam receſſus in animis eorundem (§. 72.); cognitio latebrarum & receſſuum in animis hominum utique

utique uſum habet in moribus aliorum emendandis. *Quod erat tertium.*

Hinc haud difficulter intelligitur, in Ethica tradenda eſſe ea, quæ in latebras atque ad receſſus in animis hominum aditum patefaciunt, ut poteſtati noſtræ ſubjiciantur, quantum datur, quæ alias vel eidem prorſus ſubducuntur, vel nonniſi cœco caſu admodum imperfecte & nonniſi in particularibus quibusdam caſibus acquiruntur. Praxis moralis in formam artis hactenus redacta non eſt. Quamvis enim Ethica ad philoſophiam practicam fuerit relata; philoſophi tamen ſe muneri ſuo abunde ſatisfeciſſe arbitrati ſunt, ſi quænam ſint virtutis, quænam vitii more ſuo docuerint, conſequenter theoria parum exaſciata fuerunt contenti, nec ultra eam progreſſi. Atque ea de cauſa contingit, ut actiones, quæ externam virtutis ſpeciem mentiuntur, non unius vitii labe ſint infecti, & multi videantur ac laudentur virtuoſi, qui non ſunt, ut jam non dicamus, quantum adhuc a rectitudine deficiant. Quæ de imputatione diximus in demonſtratione partis ſecundæ propoſitionis præſentis, a notionibus communibus minime abhorrent. Experimur enim eos excuſari & commiſeratione dignos cenſeri, qui facta ipſis damnoſa patrarunt, ſi aliorum culpâ pravos mores contraxerint, quibus reſiſtere vel non potuerunt, vel per ignorantiam invincibilem & impotentiam naturalem morum ſuorum formationem totam relinquere coacti fuerunt. Immo idem obtinet in iis, qui ſeductionem aliorum non facile vitare potuerunt. Quod vero morum emendationem attinet, probe notandum eſt, ſi latebræ & receſſus in animo hominis prorſus ignorentur, fieri non poſſe, ut in emendandis moribus recta via incedas, niſi in eandem caſu incidas. Atque inde eſt, quod haud raro magno conatu nihil agas, & pro homine emendari neſcio cum declares, quem modo præpoſtero emendare nequis.

§. 79.

§. 79.

Quoniam cognitio latebrarum & receſſuum in animis hominum facit ad mores hominum recte conjectandos & de imputatione actionum accurate judicandum, immo etiam eorundem mores emendandos (§. 78.); *utilitas cognitionis latebrarum & receſſuum in animis hominum eſt motivum aditum ſibi ad eos parandi (§. 356. part. 2. Phil. pract. univ.), iis nimirum, qui hominum mores recte conjectare, de imputatione actionum accurate judicare, vel etiam aliorum mores, immo & proprios, emendare volunt.* *De motivo cognoſcendi latebras & receſſus in animis hominum.*

Non omnes apti ſunt ad latebras & receſſus in animis hominum cognoſcendum, cum ex iis, quæ antea de iisdem partim demonſtravimus, partim annotavimus, abunde intelligatur, quantum difficultatis habeat hæc cognitio: immo major adhuc deprehenditur difficultas, ſi theoriam generalem ad praxin transferre volueris. Immo etiamſi non deſit aptitudo, deeſt tamen voluntas, propterea quod nimis longum videatur iter, antequam ad latebras & receſſus iſtos accedere datur: mallent enim viam regiam ad ſcientiam, ſed qualis nulla datur. Quamobrem nemo a nobis deſideret, ut demus motiva ad flectendum omnium voluntatem ſufficientia. In moralibus non utimur mediis coactivis, ut inviti ad agendum compellantur metu pœnarum; ſed ſupponimus homines ratione libere utentes. Qui ergo eadem uti nolunt, illos ſenſu ſuo abuti permittendum. Neque etiam quenquam obligare poſſumus ad id, quod in poteſtate ipſius non eſt. Præſcribuntur in Ethica, quæ recto uſu facultatum fieri poſſunt. Aſt cum eædem quidem facultates omnibus hominibus ſint conceſſæ, non tamen ſingulis eodem gradu; ideo nec omnes eundem prorſus uſum earundem facere poſſunt, ac per conſequens ſicuti dantur quædam obligationes, quæ non promiſcue ſingulos tenent (§. 184. *& ſeqq. part. 1. Jur. nat.*), ita quoque in praxi morali fieri nequit, ut eosdem faciant progreſſus licet in uſu faculatum ſuarum nihil deſiderari patiantur. Non tamen facile concipi poteſt, qui, niſi habeat

beat animum ab omni ratione alienum, non potius mallet pollere arte hominum mores recte conjectandi, de imputatione actionum accurate judicandi, & mores omni, quo fieri poteſt, modo emendandi, quam eadem carere. Qui dignitatem tantæ artis æſtimare neſciunt, in iis deficere uſum rationis nemo diffitebitur, niſi quid ſit ratio ignoret. In genere autem notandum eſt, plura eſſe in hominum poteſtate, quam vulgo putatur, modo tempeſtive, quamdiu aliena voluntate reguntur, ad ea diſcenda adducantur, quæ viam ad ulteriora ſternunt, & accurata methodo uti adſueſcant.

§. 80.

Quando difficultas & raritas ſit motivum.

Qui gloria ducuntur, illis ipſa difficultas habitum quendam acquirendi, aut in ſcientia vel arte quid præſtandi, atque raritas illius habitus, vel præſtationis hujus motivum eſt habitum ſibi comparandi, vel id, quod difficile ac rarum eſt, præſtandi. Qui enim gloria ducuntur, illi gaudio afficiuntur ex opinione benigni aliorum de ſe ſuisque judicii (§. 766. *Pſych. empir.*), quod ſcilicet ea, quæ fecerunt, bene ac recte a ſe facta ſint, & quæ ipſis ſunt, ea bona ſint (§. 765. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum intelligentium judicio tanto magis æſtimetur, quod difficulter acquiri, vel præſtari poteſt, & quod a quovis facile acquiri & præſtari nequit; qui gloria ducuntur, illi magis appetunt, quæ difficilia & rara ſunt, quam quæ facilia & vulgaria. Qui igitur gloria ducuntur, illis ipſa difficultas habitum quendam acquirendi, aut in ſcientia vel arte quid præſtandi, atque raritas habitus illius vel præſtationis hujus motivum eſt habitum iſtum ſibi comparandi, vel id, quod difficile ac rarum eſt, præſtandi (§. 887. *Pſych. empir.*).

Vulgo dicitur: Pulchra ſunt, quæ difficilia: ſunt autem pulchra, quæ placent (§. 543. *Pſych. empir.*). Quamobrem quæ

quæ difficilia ſunt, pulchra dicuntur, non quod vulgo placeant, ſed quod placeant iis, qui verum rebus pretium ſtatuere norunt. Ponamus enim habitum quendam non ſine magna difficultate paucis ſuperabili acquiri poſſe; qui eodem pollet perfectione utique præſtare intelligitur aliis, qui eodem carent. Quamobrem cum ex eo propter difficultatem major percipiatur voluptas, quam ex alio minore difficultate acquirendo (§. 511. *Pſych. empir.*); ideo magis placet, quia difficilis. Difficillimum omnino erat ex obſervationibus deducere leges, juxta quas planetæ in orbitis ellipticis moventur. Non ignota fuit *Keplero*, qui hunc laborem feliciter ſuperavit, tanta difficultas, quam expertus fuerat. Ita enim ſcribit in Introductione ad Commentarios de motibus ſtellæ Martis. Ipſe ego, qui Mathematicus audio, hoc meum opus relegens fatiſco viribus cerebri, dum ex figuris ad mentem revoco ſenſus demonſtrationum, quos a mente in figuras & textum ipſe ego primitus induxeram. Quantum vero placuerit *Keplero* ob hanc ipſam difficultatem aliis Aſtronomis inſuperabilem hic ipſe ingenii foetus, ex dedicatione operi præfixa ad *Rudolphum* Imperatorem clariſſime elucet. Facile quoque prævidit *Keplerus*, quanti ipſum facturi ſint alii rerum ſatis intelligentes. Nec fefellit eum opinio, etſi demum poſt obitum ſuum laudem, quam ſtatim meruerat, fuerit conſecutus. Sufficiat provocaſſe ad *Horoccium*, qui in prolegomenis ad Aſtronomiam *Kepleri* defenſam & promotam, quæ legitur in Operibus ejus poſthumis, p. 9. Licet mihi, inquit, *Keplerum* ſupra mortales admirari; licet egregium, diviniſſimum, aut ſi quid majus, appellare; licet denique ſupra totam philoſophantium Scholam vel unicum *Keplerum* æſtimare. Hunc ſolum canite Poëtæ, in ipſius laude veritatem nunquam æquaturi. Hunc ſolum terite Philoſophi de illo certi, habere iſtum omnia, qui habet *Keplerum*. Addo *Wiſthonum* ſtrenuum *Newtoni* cultorem *Keplerum* vocare parentem Philoſophiæ Newtonianæ, conſequenter omnes laudes, quibus merito ſuo cumulatur *Newtonus* ubivis terrarum, in eundem reſolvere, aut eum ſaltem iſtarum participem red-

dere, quaſi ultro confiteatur, tantum futurum non fuiſſe *Newtonum*, quantus fuit, niſi fuiſſet *Keplerus*: quo ipſo tamen laudi viri ſummi minime detrahitur. Nihil enim abſurdius eſt, quam videri velle, ut nihil aliis, ſed nobis ſolis omnia debeamus: quod omnino æque ridiculum eſt ac videri velle ſe ſine parente natum. Exemplum vero *Keplerі*, quod ideo uberius referre viſum fuit, luculenter admodum docet, quomodo difficilia ſint motivum agendi & quibusnam hoc motivum conveniat.

§. 81.

Quando ea motivum parandi ſibi aditum ad latebras & receſſus in animis hominum.

Quoniam difficultas & raritas iis, qui gloria ducuntur, motivum eſt, habitum quendam ſibi comparandi, aut aliquid præſtandi (§. 80.), aditus vero ad latebras & receſſus in animis hominum difficilis (§. 74. *& ſeqq.*) ac ideo rarus; *Qui gloria ducuntur, iis difficultas & raritas aditus ad latebras & receſſus in animis hominum eſt motivum eum ſibi parandi.*

Notandum probe, motivum non eſſe confundendum cum medio. Motivum enim ſufficit ad volendum, non vero ut conſequamur, quod in poteſtate noſtra non eſt: quod ubi animadvertimus, in ſola voluntate acquieſcimus, vel eandem miſſam facimus. Motivo tamen opus eſt, ne ea negligamus, quæ in poteſtate noſtra ſunt, modo pertinax ſtudium accedat. Contingit equidem etiam, ut, qui gloria ducuntur, arduum opus aggrediantur, quod humeris ipſorum impar eſt, ſibique præſtitiſſe videantur, quod tamen præſtare minime potuerunt; id tamen veritati propoſitionis præcedentis atque præſentis minime derogat. Neque enim motivum, quod ad volendum impellit, in cauſa eſt, ut tibi præſtitiſſe videaris, quod præſtare in poteſtate tua non fuit, nec propterea voluntas reprehendenda. Inde pervulgatum iſtud: ſi deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas. Ita lex naturæ urget, ut vitam perfectam vivere ſtudeamus, etſi fieri non poſſit, ut unquam perfecta evadat. Hinc tritum illud: in magnis & voluiſſe ſat eſt.

§. 82.

§. 82.

De difficultate impediente aditum ad latebras & receſſus in animis hominum.

Si quem difficultas ab aditu ad latebras & receſſus in animis hominum deterret; is convincendus eſt utilitatis, quam habet cognitio latebrarum & receſſuum in animis hominum (§. 78.) & deinde oſtendendum, quomodo quod difficile videtur facile evadat, ſi ſucceſſive addiſcantur ea, quæ aditum ad iſtas latebras & receſſus dant (§. 74. & ſeqq.). Quodſi enim quis convictus fuerit utilitatis, quam habet cognitio latebrarum & receſſuum in animis hominum; is eam tanti æſtimabit, ut eam in votis maxime habeat, nec abhorreat a difficultate eandem acquirendi, modo certus ſit, difficultatem a ſe ſuperari poſſe, nec de viribus deſperet. Quamobrem ſi porro doceatur, difficultatem inſuperabilem videri, quando per ſaltum progredi vult, aſt ſi ſucceſſive addiſcantur ea, quæ aditum dant, in iis addiſcendis non majorem operam collocandam eſſe, quam in aliis collocare ſolet, ut quaſi aliud agendo eo tandem perveniat, quo tendere volebat; difficultatem quæ ipſum deterrebat, non amplius curabit, conſequenter opus arduum aggredi non verebitur. Quamobrem ſi quem difficultas ab aditu ad latebras & receſſus in animis hominum deterret; ea facienda ſunt, quæ in propoſitione præſcribuntur.

Difficultas alia vera eſt, alia apparens. Illa eſt, quæ vires noſtras ſuperat; hæc vero, quam ſuperare valemus. Ut appareat, quænam adſit, tentandum eſt, quid valeant humeri, quid ferre recuſent, ut certi ſimus difficultatem eſſe tantam, ut viribus noſtris ſuperari nequeat, etiamſi induſtriam noſtram defatigari non patiamur & juſto ordine ac lento gradu progredi conemur. Judicium a priori ſi non impoſſibile, ſaltem difficillimum. Quomodo enim fieri poterit, ut quis ſciat, vires ſuas non ſuffecturas veluti in præſenti caſu ad cognoſcendum late-

quidem & angelis, in aspectu Dei tenebræ, quemadmodum
Deus ipse habitat in luce inaccessibili, ut ait Paulus 1. Tim. 6. Ita
ut nec ipsi angeli, nec ullus alius, quantumvis sanctus, Deum
videre possit, nisi quatenus ipse Deus se illis manifestat. Quod
quidem non solum confirmat ex dicto Pauli, sed & ex ratione
ipsa. Quia enim Deus est infinitus, finitus autem non potest
capere infinitum, ideo nec videre potest.

Hæc ille. Quæ quidem ratio, quamvis ad rem ipsam
non sufficiat, ut ostendimus, tamen ad hoc sufficit, ut
ostendat, quod Deus non videatur, quatenus est infinitus.
Quod autem Deus non videatur, quatenus est infinitus,
non est quod quisquam dubitet. Quia enim Deus, quatenus
est infinitus, est omnipotens, ideo quatenus est infinitus,
videri non potest, ut modo ostendimus. Nec valet contra
hoc, quod Deus videatur, quatenus est omnipotens. Quia
enim Deus, quatenus est omnipotens, est infinitus, ideo
quatenus est omnipotens, videri non potest. Quod autem
Deus, quatenus est omnipotens, videri non possit, ostendi-
mus supra, ubi ostendimus, quod Deus non videatur, quate-
nus est infinitus. Quia enim Deus, quatenus est infinitus,
est omnipotens, ideo quatenus est infinitus, videri non
potest. Quod autem Deus, quatenus est infinitus, videri
non possit, ostendimus supra, ubi ostendimus, quod Deus
non videatur, quatenus est omnipotens. Quia enim Deus,
quatenus est omnipotens, est infinitus, ideo quatenus est
omnipotens, videri non potest. Quod autem Deus, quate-
nus est omnipotens, videri non possit, ostendimus supra,
ubi ostendimus, quod Deus non videatur, quatenus est
infinitus. Quia enim Deus, quatenus est infinitus, est
omnipotens, ideo quatenus est infinitus, videri non potest.
Quod autem Deus, quatenus est infinitus, videri non possit,
ostendimus supra, ubi ostendimus, quod Deus non videatur,
quatenus est omnipotens. Quia enim Deus, quatenus est
omnipotens, est infinitus, ideo quatenus est omnipotens,
videri non potest. Quod autem Deus, quatenus est omnipo-
tens, videri non possit, ostendimus supra, ubi ostendimus,
quod Deus non videatur, quatenus est infinitus. Quia enim
Deus, quatenus est infinitus, est omnipotens, ideo quatenus
est infinitus, videri non potest. Quod autem Deus, quate-
nus est infinitus, videri non possit, ostendimus supra, ubi
ostendimus, quod Deus non videatur, quatenus est omnipo-
tens. Quia enim Deus, quatenus est omnipotens, est infi-
nitus, ideo quatenus est omnipotens, videri non potest.
Quod autem Deus, quatenus est omnipotens, videri non
possit, ostendimus supra, ubi ostendimus, quod Deus non
videatur, quatenus est infinitus. Quia enim Deus, quate-
nus est infinitus, est omnipotens, ideo quatenus est infi-
nitus, videri non potest. Quod autem Deus, quatenus est
infinitus, videri non possit, ostendimus supra, ubi osten-
dimus, quod Deus non videatur, quatenus est omnipotens.
Quia enim Deus, quatenus est omnipotens, est infinitus,
ideo quatenus est omnipotens, videri non potest. Quod
autem Deus, quatenus est omnipotens, videri non possit,
ostendimus supra, ubi ostendimus, quod Deus non videatur,
quatenus est infinitus. Quia enim Deus, quatenus est
infinitus, est omnipotens, ideo quatenus est infinitus,
videri non potest. Quod autem Deus, quatenus est infi-
nitus, videri non possit, ostendimus supra, ubi ostendimus,
quod Deus non

§. 83.

Qui comprehendere vult, quomodo quod difficile videtur facile evadat, ſi ſucceſſive addiſcantur ea, quæ aditum ad latebras & receſſus in animis hominum dant; is perpendere tenetur dependentiam veritatum a ſe invicem, aſſenſus generationem ſucceſſivam & incrementa, quæ habitus rite utendi facultatibus animæ in veritate cognoſcenda continuo progreſſu indies capit. Idem dicendum, ſi cui iter ad latebras & receſſus in animis hominum videtur nimis longum. Qui enim perpendit dependentiam veritatum a ſe invicem, is intelligit, veritates ulteriores certo cognoſci non poſſe, niſi de anterioribus certus fuerit. Et qui aſſenſus generationem ſucceſſivam perſpicit, is non minus intelligit, aſſenſum firmum & immotum veritati ulteriori præberi minime poſſe, niſi quoad anteriores, a quibus ea dependet, nullus hæſitationi locus ſit (§. 992. *Log.*). Unde ſequitur, ut certa veritatis cognitio ideo difficilis ſit, quia eam acquirere intendis, vel neglectis prorſus anterioribus, a quibus dependet, vel antequam de his fueris convictus & tam illas tibi familiares reddideris, ut de iis cogitanti quaſi ſponte occurrant, quam eædem ſenſum certitudinis ſecum trahant. Quoniam vero habitus non modo exercitio acquiritur (§. 430. *Pſych. empir.*), verum etiam continuo uſu conſervatur & perficitur (§. 431. *Pſych. empir.*); cognitio veritatum ulteriorum continuo facilior evadet, conſequenter quo longius progrediaris, eo minorem moleſtiam creabit. Quamobrem ſi perpendas dependentiam veritatum a ſe invicem, aſſenſus ſucceſſivam generationem & incrementa, quæ habitus rite utendi facultatibus animæ in veritate cognoſcenda continuo progreſſu indies capit, fieri haud quaquam poterit, quin comprehendas, quomodo quod difficile videtur facile

Quomodo comprehendatur ſucceſſiva cognitione eorum, quæ aditum ad latebras & receſſus dant, is facilis reddatur, nec iter ad eum nimis longum eſſe.

ecclesiæ. Et eandem sollicitudinem de cæteris ecclesiis habebant, quæ ab Apostolis fundatæ, per totum mundum manebant.

Quinta ratio est, quia Ecclesia Romana semper habuit primatum, et origo hujus primatus fuit, quia Ecclesia Romana fundata est a duobus principibus Apostolorum, scilicet Petro et Paulo, quorum Petrus ordinavit sedem Antiochenam, et postea venit Romam, ubi sedem tenuit 25. annis, et ibidem, a tyranno Nerone, martyrium consummavit. Paulus autem, ut dicit Dionysius, ad Romanos scribens, ait, quod Petrus et Paulus Romanis præsidentibus, et Italiam inhabitantibus, in una eademque hora, Romæ martyrium consummarunt. Et ideo Romana Ecclesia dicitur fundata a duobus principibus Apostolorum.

Sexta ratio est, quia Romana Ecclesia habet corpus beatissimi Petri, et ossa eorum simul. Unde hic Petrus, quia ordinavit sedem Antiochenam, et postea venit Romam, ubi sedem tenuit 25. annis, et ibidem, a tyranno Nerone, martyrium consummavit. Paulus autem, ut dicit Dionysius, ad Romanos scribens, ait, quod Petrus et Paulus Romanis præsidentibus, et Italiam inhabitantibus, in una eademque hora, Romæ martyrium consummarunt. Et ideo Romana Ecclesia dicitur fundata a duobus principibus Apostolorum.

Sexta ratio est, quia Romana Ecclesia habet corpus beatissimi Petri, et ossa eorum simul. Unde hic

loci unius ab altero neceſſario exigit. Si cujus intereſt, ut a loco, in quo eſt, ad alium veniat; is hoc ingredi tenetur, ſine quo ad eundem venire nequit. Cui iter diſplicet, is domi maneat & animum veniendi in locum peregrinum, quem videre cupit, vel ubi negotia neceſſaria ipſi expedienda ſunt, deponat. Novi equidem non deeſſe plurimos, qui ſibi perſuadent, veritatem omnem eſſe cognitu facilem, ut a quovis intelligi poſſit; ſed hi ſunt, qui ſolidæ cognitionis nullam prorſus habent rationem, quid ſit veritatem intime perſpicere ignorant, & obliti difficultatis, quam experti ſunt, cum eruditionem ſuperficiariam, qua pollent, ſibi compararent, nec ſe tyronibus accenſentes, quando ad diſciplinam perdiſcendam accedunt, in qua adhuc rudes ac hoſpites ſunt viam regiam ad ſcientiam deſiderant, quæ non datur. Ceterum cum ſucceſſiva incrementa habitus accelerent progreſſum itineris, longitudo, quam ex tempore metiebamur, abbreviatur, & ſcientiæ compotes facti, ubi jam ex ea illam æſtimamus, non amplius tanta videtur, quanta ab initio putabatur, cum nos multo minore temporis ſpatio conſecuti ſimus quod alii multo majore conſequi non potuerunt. Qui longiore tempore diſcit multum, quo alii multa diſcunt; is breviore tempore plura ſe didiciſſe experietur, quam hi multo longiore didicerunt. Quamobrem qui ad ſolidam cognitionem adſpirat, is omnem cogitationem de longitudine viæ, qua ad eandem tenditur, abjicere debet.

§. 84.

De receſſibus in actionibus ex habitu profectis detegendis.

Qui receſſus in actionibus ex habitu profectis detegere vult, is animum attendere debet non modo ad actus anteriores, quibus habitus comparatus, verum etiam ad eos, quibus conſervatus & ulteriora incrementa cepit & in latebras, quæ iisdem inſunt, inquirere tenetur. Qui enim animum attendit non modo ad actus anteriores, quibus habitus comparatus, verum etiam ad eos, qui-

bus conſervatus & perfectus; is perſpicit, quinam actus anteriores in determinationem præſentis influunt. Et ſi præterea inquirit in latebras, qui iisdem inſunt; in apricum producitur uſus facultatum, earundemque ſive abuſus, ſive non uſus, qui in determinationem actus præſentis influit (§. 74.). Quamobrem ipſi perſpectum eſt, quinam actus præteriti in determinationem actus præſentis influant, conſequenter cum in hoc influxu receſſus conſiſtant (§. 72.), receſſus in actionibus detegit, quæ ex habitu proficiſcuntur.

Multa hic probe conſideranda ſunt, ut vim omnem demonſtrationis præſentis percipias, ut quam arduum ſit ſatisfacere iis, quæ hic præcipiuntur, intelligas, ne tibi præſtitiſſe videaris, quod præſtitum non eſt, aut abſolviſſe, quod vix ac ne vix quidem inchoatum, immo ne ſumi videantur, quæ certa non ſunt. Actus præteritos influere in determinationem præſentium, ac ideo eos tales exiſtere, quia tales fuerunt præteritæ, non vero aliæ, in dubium vocare nequit, qui perpendit modum, quomodo ſtatus futurus ex præſente naſcitur non tantum in ratiocinando (§. 404. *& ſeqq. Pſych. empir.*), verum etiam imaginando (§. 422. *Pſych. empir.*): ne tamen ſcrupulus ullus remaneat, idem in propoſitione ſequente demonſtrare lubet, præſertim cum id maximum momentum habeat in omni philoſophia morali, quemadmodum jam alias monuimus (*not.* §. 404. *Pſych. empir.*). Quando vero animum attendimus ad actus anteriores, quibus habitus comparatus, & conſervatus atque perfectus; non ſufficit, ut eos ſpectemus in genere, ſed neceſſe eſt, ut quoad omnes circumſtantias ſingulares expendantur. Qua de cauſa etiam neceſſe eſt, ut conſideretur tam uſus, quam abuſus. aut non uſus facultatum, qua ut tales efficiuntur. Atque in eo plurimum adjumenti afferent ea, quæ per omnem Ethicam demonſtraturi ſumus, quamvis eidem fini quoque inſerviant hinc inde in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis jam demonſtrata. Qui vero actio-

nes

nes humanas ita conſiderare voluerit, ei perſpecta eſſe debent principia Pſychologica & acumen ſibi comparaverit neceſſe eſt, quale ad pervidendum ea, quæ in anima contingunt, requiritur. Ne igitur in re ardua deficiat lumen ſufficiens, conſultum omnino foret, ut eo ipſo tempore, quo habitum aliquem acquirere ſtudemus, actus ſingulos, quibus exercitium abſolvitur, eo, quem diximus, modo expenderemus & quales deprehenderimus una cum rationibus, cur tales fuerint, ſcripturæ mandaremus, ne quicquam eorum oblivioni daremus, quod ad notionem actus & determinationis ejusdem completam requiritur. Exemplum iſtiusmodi, licet maxime vulgare, non modo proderit ad notionem receſſuum in animis hominum rectius intelligendam, pleniſſimam lucem eidem affundendo; verum etiam ad abſtrahenda univerſalia, quæ in magis arduis uſui ſunt. Pertinet hoc ad meditationem facilium & obviorum, ut via ſternatur ad difficilia & a cognitione noſtra magis remota, de qua diſertius dicendum inferius.

§. 85.

De ſtatus præſentis animæ determinatione.

In ſtatus animæ præſentis determinationem influunt omnes præteriti, ſeu is talis eſt, quia tales fuerunt, qui ipſum præceſſerunt. Ponamus enim ſtatum primum eſſe A. Cum nihil ſit absque ratione ſufficiente, cur potius ſit, quam non ſit (§. 70. *Ontol.*); neceſſe eſt ut in A quidpiam inſit, ex quo intelligitur, cur talis ſit ſtatus ſecundus B. (§. 56. *Ontol.*), conſequenter ſtatus A influit in determinationem ſtatus B (§. 113. *Ontol.*). Idem cum intelligatur de ſtatu C, qui ſequitur ipſum B, ut talis nimirum ſit, quia talis fuit B & per conſequens A; ſtatus A & B ſimul influunt in determinationem ſtatus C, ac ita porro, quousque progrediaris. Quamobrem patet, in ſtatus animæ præſentis determinationem influere omnes præteritos, ſeu eos tales eſſe, quia tales fuerant, qui ipſum præceſſerunt.

Veritas propoſitionis præſentis obvia eſt ei, qui vim principii rationis ſufficientis animo comprehendit. Obtinet in anima, quod de actu contingentium in mundo demonſtratum fuit (§. 89. *Coſmol.*). Ratio utrobique eadem eſt, ſcilicet inviolabilitas principii rationis ſufficientis. Ceterum propoſitio præſens viam ſternit ad maxime ardua, alias prorſus inacceſſa, veluti quando quæritur, num & quomodo diſpoſitiones & inclinationes ſpecificæ pendeant a matre, cujus quædam pars eſt fœtus, quamdiu in utero hæret, nec ab eo ſeparatus in lucem editur. Acutiores quoque facile vident, quænam inde difficultates in emendandis hominum moribus objiciantur, niſi magno conatu nihil agere, aut contrarium prorſus effectum ab eo, quem ſperabas & expectabas, experiri velis. Plura non addo, quæ ſuo tempore ſua quaſi ſponte ſeſe offerent.

§. 86.

De notione adæquata determinationis ſtatus præſentis.

Quoniam in determinationem ſtatus præſentis animæ influunt omnes præteriti, ut ſtatus præſens talis ſit, quia tales fuerunt præcedentes (§. 85.)', impoſſibile vero eſt, ut ſtatuum præteritorum omnium memoriam habeamus, quod per ſe patet; *adæquatam* quoque *notionem determinationis ſtatus præſentis animæ habere minime poſſumus* (§. 95. 96. *Log.*).

Loquimur hic de notione adæquata perfecte tali, qua analyſis terminatur irreſolubilibus. Conſtat animas præexiſtere in corpuſculis organicis præexiſtentibus, ex quibus fœtus in utero formatur (§. 704. *Pſych. rat.*), a prima ſtatim creatione (§. 780. *part. 1. Theol. nat.*). Quemadmodum vero formatio fœtus in utero in transformatione iſtiusmodi corpuſculi conſiſtit; ideo quoque anima correſpondente idearum evolutione transformatur, hæc ipſa autem transformatio naturaliter poſſibilis non fuit ante actum generationis (§. 89. *Coſmol.*); haud difficulter aſſequimur, quod hic loci uberius explicari nequit, innumeras iſtiusmodi transformationes præceſſiſſe, antequam cor-

corpuſculum organicum cum anima ſua fieret aptum ad ſubeundam eam mutationem, quæ in utero materno contingit. Quodſi hoc perpendamus, impoſſibilitatem notionis prorſus adæquatæ ſtatus præſentis animæ multo magis agnoſcemus. Valde limitata cum ſit ſcientia humana, & limitata uſibus humanis quoque ſufficiat, eo usque progrediendum non eſt, ſed ſufficit acquieſcere in propioribus eaque ſumere inſtar irreſolubilium, prout fert cognitionis acquirendæ uſus. Non tamen propterea inutile eſt noſſe, quænam ad analyſin perfectam requirantur, cum occurrant caſus, in quibus ad recte judicandum ea conducunt.

§. 87.

De imperſcrutabilitate receſſuum in animis hominum.

Quia adæquatam notionem determinationis ſtatus præſentis animæ habere minime poſſumus (§. 86.), receſſus vero in animis hominum adæquate non intelliguntur, niſi pateat, quinam ſtatus præteriti in præſentis determinationem influant (§. 72.); hinc multo adhuc clarius patet, *receſſus in animis hominum imperſcrutabiles eſſe.*

Abſit autem, ut hinc inferas, oleum ac operam perdi in receſſus in animis hominum inquirendo. Repetenda ſunt, quæ ſupra oſtendimus (§. 75.), & modo annotavimus (*not.* §. 86.).

§. 88.

De actionibus conſuetis.

Actiones conſuetæ receſſus in animo agentis involvunt & ex habitu profluunt. Qui enim ita agere conſuevit, is agit ex determinatione præterita (§. 923. *Pſych. empir.*), conſequenter actus animæ præteriti in actum præſentem influunt. Quamobrem cum influxus actuum præteritorum animæ in actum quendam præſentem receſſus in animo hominis ſit (§. 72.); actiones conſuetæ receſſus in animo agentis involvunt. *Quod erat unum.*

Enim-

Enimvero conſuetudo agendi eſt quidam agendi habitus (§. 923. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum actiones conſuetæ ex conſuetudine agendi proficiſcantur (§. 729. *part. 2. Phil. pract. univ.*); eædem ex habitu agendi profluunt. *Quod erat alterum.*

Equidem conſuetudo agendi potiſſimum ad appetitum refertur, quatenus agendi occaſione oblata ad agendum parati ſumus, nullius motivi nobis conſcii (§. 922. 923. *Pſych. empir.*); non tamen inde inferre licet, quod in præſenti, ubi de facultatum cognoſcendi uſu nobis potiſſimum ſermo eſt, conſuetudinis agendi nulla habenda ſit ratio. Etenim quando ex conſuetudine agimus, vi motivorum præteritorum agimus, quatenus confuſe perceptorum memoriam habemus (§. 923. *Pſych. empir.*). Motiva vero pertinent utique ad facultatem cognoſcendi (890. *Pſych. empir.*). Sed de hiſce alibi rectius agetur.

§. 89.

De latebris & receſſibus ex actionibus conſuetis detegendis.

Quoniam actiones conſuetæ receſſus in animo agentis involvunt (§. 88.), conſequenter etiam latebras (§. 72.), eædemque ex habitu profluunt (§. 88.); *quæ de cognoſcendis latebris & receſſibus in animis hominum in actionibus ex habitu profectis dicta ſunt* (77. 84.), *ea etiam de actionibus conſuetis intelligenda.*

Ad latebras atque receſſus in animis hominum non modo referendi ſunt actus facultatum cognoſcendi, verum etiam actus facultatum averſandi & appetendi (§. 72.). Hi enim cum iſtis adeo cohærent, ut percepturitio, quæ omni perceptioni ineſt (§. 481. *Pſych. rat.*), niſi ex concurſu actus cujusdam facultatis appetendi vel averſandi determinari nequeat.

§. 89.

De ſimultanea reflexio-

Si habitus reflectendi comparatur, attentio & memoria ſimul perfi-

perficiuntur. Reflexio enim conſiſtit in ſucceſſiva directione attentionis ad ea, quæ in re percepta inſunt (§. 257. *Pſych. empir.*) Quamobrem ſi ſuper iis, quæ percipimus, reflectere adſueſcimus, facilitatem acquirimus attentionem in eodem objecto conſervandi, quamdiu neceſſe fuerit: quæ cum ad perfectionem attentionis requiratur (§. 40.); ſi habitus reflectendi comparatur, attentio ſimul perficitur. *Quod erat unum.* *nis attentionis & memoriæ perfectione.*

Porro cum reflectendo ſuper re percepta ea a ſe invicem diſtinguamus, quæ eidem ineſſe deprehendimus (§. 257. *Pſych. empir.*), ope reflexionis rem diſtincte percipimus (§. 38. *Pſych. empir.*). Enimvero quæ diſtincte percipiuntur, memoriæ facilius mandantur eademque diutius retinentur (§. 200. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum ad bonitatem memoriæ pertineat, ut quid facile eidem mandetur diuque retineatur (§. 189. *Pſych. empir.*); ſi habitus reflectendi comparatur, memoria ſimul perficitur. *Quod erat alterum.*

Anima diverſas habet facultates, quas ſigillatim cognoſcere tenemur, ut diſtinctam ejus notionem conſequamur; in agendo tamen plures ſimul concurrunt, ut eadem actio a pluribus ſimul proficiſcatur. Quamobrem cum habitus exercitio (§. 430. *Pſych. empir.*), conſequenter actuum genere, vel ſpecie eorundem iteratione comparentur (§. 195. *Pſych. empir.*); ideo contingit, ut, dum facultatem unam perficere ſtudes, una perficiantur aliæ. Quoniam tamen actus facultatis unius influit in determinationem actus alterius; ſi actus cujusdam facultatis elici poſſit absque concurſu alterius, non inconſultum eſt, ut illorum iteratione habitus eadem utendi requiratur. Ita nimirum ejusdem uſus facilitabit exercitia, quibus facultates aliæ perficiuntur. Et quamvis facultates aliæ præter eam, quam perficere intendimus, nobis de eo minime cogitantibus una perficiantur; id tamen obtinetur, ut hu-

jus, ad quam ſolam animum attendimus, uſum poteſtati noſtræ ſubjiciamus. Differunt omnino facultate aliqua facile uti poſſe & eadem uti poſſe, quando libuerit, non vero ſaltem quando caſus tulerit. Quando itaque de modo perficiendi facultatem animæ ſigillatim agitur, id potiſſimum intenditur, ut ejus uſum animæ directioni ſubjiciamus: quod ſi enim contingat, eum fieri non poſſe absque concurſu aliarum adhuc facultatum, eædem nobis de eo non cogitantibus ſua ſponte concurrent. In philoſophia id potiſſimum intendimus, ut uſum facultatum voluntati animæ ſubjiciamus, ne in agendo toti quaſi a caſu dependeamus, nec uſum facultatis hujus, vel illius negligamus, qua hic & nunc uti poteramus ac debebamus. Anima in agendo libera eſt, ne vero libertate ſua abutatur, facultatibus ſuis recte uti debet, ut vero recte utatur, uſus earum poteſtati ejus ſubjectus ſit neceſſe eſt.

§. 90.

De perfectione imaginationis una cum reflexione.

Quoniam habitum reflectendi comparando memoria ſimul perficitur (§. 89.), cum memoria vero imaginatio quoque (§. 69.); *ſi habitus reflectendi comparatur, imaginatio una perficitur.*

Patet per demonſtrationem partis ſecundæ propoſitionis præcedentis, ea, ſuper quibus reflectimus, facilius memoriæ mandari ac retineri. Enimvero ſi quid memoriæ mandamus, facilitatem reproducendi ideam nobis comparamus (§. 178. *Pſych. empir.*), &, ſi quid memoria diu retinemus, facilitatem iſtam diu retinemus una cum facultate ideam reproductam recognoſcendi (§. 180. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum reproductio idearum imaginationis ſit (§. 92. *Pſych. empir.*); ſi ſuper iis, quæ percipiuntur, reflectere adſueſcimus, imaginatio quoque perficitur. Notandum vero eſt, quamvis facultates animæ non uno modo perfici poſſint, non tamen omnes æquipollere, ut perinde ſit ſive hoc utaris, ſive alio, &

uno

uno contentus eſſe poſſis, ceteris neglectis, immo nec ſemper perinde eſſe, quonam primo utaris. Abſit igitur ut exiſtimes entia præter neceſſitatem multiplicari. Quidnam interſit, ut pluribus modis facultatem quandam animæ perficere ſtudeas, & a quonam incipias, ex teipſo experiri poteris, modo eo acumine fueris inſtructus, quod ad pervidendum ea, quæ in anima contingunt, ſufficit.

§. 91.

Super viſibilibus facilius reflectimus, præſertim ſi quæ in iis diverſa ſunt in oculos ſtatim incurrunt, quam ſuper phantaſmatis.

Etenim ſi ſuper viſibili reflectimus, objectum viſibile oculis præſens eſſe debet, donec reflexio fuerit abſoluta (§. 386. *Pſych. rat.*), & oculus ſucceſſive aliis aliisque viſibilis partibus directe obvertere debemus (§. 380. *Pſych. rat.*). Quoniam itaque partes hæ in oculos incurrunt, præſertim ſi tales ſint, ut ſtatim incurrant; nullo conatu opus eſt, ut objectum tam integrum, quam ejus pars, ad quam oculus dirigitur, præſens conſeruetur. Quamobrem ad conſervandam attentionem non alio actu animæ opus eſt, quam ut eandem conſervare velimus & a ceteris, quæ ſimul percipiuntur, avertamus (§. 377. *Pſych. rat.*). Enimvero ſi ſuper phantaſmate reflectimus, cum id in locum viſibilis ſuccedat, idem quoque tamdiu præſens animæ eſſe debet, donec reflexio fuerit abſoluta. Hoc etiam patet inde, quia attentio ad phantaſma tamdiu conſervanda, donec reflexio fuerit abſoluta (§. 257. *Pſych. empir.*), ideoque etiam tamdiu ipſum phantaſma conſervandum (§. 273. *Pſych. rat.*). Quamobrem cum phantaſma conſervari nequeat niſi continua reproductione (§. 242. *Pſych. rat.*), reproducatur autem vi imaginationis (§. 92. *Pſych. empir.*); in reflexione cum ſucceſſiva directione attentionis ad eandem requiſita (§.

Super quidiverſa ſtamus.

257. *Pſych. empir.*) conjungendus eſt actus continuus reproductionis. Quoniam itaque præterea phantaſmata minus clara ſunt ideis ſenſualibus (§. 96. *Pſych. empir.*) &, ne ab his obſcurentur (§. 99. *Pſych. empir.*), attentio quantum fieri poteſt ab iisdem ſit avertenda, ut animæ quaſi ſola præſentia ſint phantaſmata (§. 257. *Pſych. empir.*), ac ideo clariora evadant (§. 101. *Pſych. empir.*); facile patet, nos ſuper viſibilibus facilius reflectere poſſe, præſertim ſi quæ in iis diverſa ſunt in oculos ſtatim incurrant, quam ſuper phantaſmatis.

A poſteriori id adeo manifeſtum eſt, ut unusquisque in ſe idem extemplo experiri poſſit: neque enim difficultate caret efficere, ut phantaſmata ſint ſatis clara, & ut immutata conſerventur. Aſt ubi a priori cognoſcere voluerimus, unde naſcatur iſta difficultas, in quod omnino inquirendum, ſi uſum facultatum animæ perſpicere & poteſtati noſtræ ſubjicere intendimus; a priori demonſtrandum eſt, etiam quod experientia admodum obvia unicuique patet. Et propterea utile eſt, ut demonſtrationes iſtæ probe expendantur, & diſtincte percipiatur, quænam facultates ad actum quendam concurrant, quinam ſit uniuscujusque uſus & num uſus iſte ante ſit acquirendus, quam actum illum perficere valeamus. Reflectendum igitur ſuper hiſce demonſtrationibus non modo, quando primitus evolvuntur; verum etiam poſtquam ſatis exercitatus ſecundas curas privatas primis meliores impendere aptus es. Maximæ utilitatis eſt & ad latebras atque receſſus in animis hominum detegendum plurimum conducit eorum, quæ initio didiciſti, meditatio. Sed erit alibi locus de eo uberius dicendi.

§. 92.

Unde principium fieri debeat.

Quoniam reflexio ſuper iis, quæ viſu percipiuntur, facilior, quam ſuper phantaſmatis (§. 91.); *habitum reflectendi*

di ſibi comparaturus operam ſuam impendat reflexioni ſuper viſibilibus, antequam ad phantaſmata eandem producat.

Utile hinc eſt, ut initium ſumatur a figuris geometricis, primum iis, quæ definitiones repræſentant, deinde etiam a ſequentibus, quæ propoſitiones cum neceſſariis ad demonſtrationem præparationibus oculis ſubjiciunt. Feſtinandum hic eſt lente, ſi habitum reflectendi perficere ac poteſtati tuæ ſubjicere volueris, non vero contentus eſſe eo, quod fortuna per ſomnum quaſi confert muneris ſui ignaro. Plurimum vero differt, utrum diſtinctis exercitii actibus, quorum tibi optime conſcius es, habitum quendam acquiſiveris, an vero ejusdem aliud agendo cœco caſu compos factus fueris ultra ſphæram ſuam vix ac ne vix quidem extendendi. Accedit, quod ad interiorem animæ cognitionem nil faciat modus acquirendi poſterior: id quod tamen a nobis, hoc præſertim in loco, maxime intenditur. Figuris geometricis non inutiliter ſuccedunt ſchemata notarum numericarum, quæ definitiones numerorum, quales tradiderunt veteres in Arithmetica, veluti *Nicomachus*, oculis quodammodo ſpectandas objiciunt. Gradus hic intermedius eſt inter cognitionem intuitivam & ſymbolicam (§. 286. 289. *Pſych. empir.*), ut, qui ita procedit, naturæ ordinem ſequatur, quæ ab uno extremo ad alterum non progreditur niſi per gradus intermedios. Conveniunt iſtiusmodi exercitia pueris: ſed quæ in pueritia neglecta fuerunt, ea ætate maturiori non ſunt contemnenda, niſi faſtui ſuperbo pœnas haud raro dare velis, præſertim ubi extra ſphæram tuam pedem proferre audes. Inſervire hiſce exercitiis poterunt etiam res artificiales & naturales. Cumque habitus reflectendi utilis ſit non modo eruditis, verum etiam promiſcue hominibus quibuscunque illiteratis; illæ potiſſimum his conveniunt, qui animum ad diſciplinas addiſcendas non appellunt. Immo exercitia eo fine inſtitui poſſunt, quando pueri legere diſcunt: quod ubi factum fuerit, ea moleſtia carent, ubi ad elementa Geometriæ accedunt. No-

tandum præterea eſt, cum infantes naſcantur ſine habitu animum attendendi ac reflectendi; non aliter eos attentione atque reflexione uti adſueſcere, quam ut directe viſibilia oculis ipſorum directe opponantur ad eliciendum actum attentionis, & ejusdem objecti diverſas partes ſucceſſive iisdem obverti, ut ad reflexionem adducantur: ſit ita quod cœco more agentes id non intendant. Atque hinc clarius intelligitur, quid ſibi velit caſu facta acquiſitio uſus facultatum vel habitus cujusdam, nobis de eo non cogitantibus. Ceterum hic loci non repetimus, quæ de facilitanda reflexione & aliis huc ſpectantibus alias jam demonſtravimus (§. 383. *& ſeqq. Pſych. rat.*), & quæ huc trahenda ſunt ex iis, quæ inferius de acumine demonſtraturi ſumus.

§. 93.

De reflexione in cognitione ſymbolica.

Si ſuper iis reflectimus, quæ ſymbolice cognoſcuntur; verba, vel alia ſigna ſpectantur inſtar eorum, quæ diverſa objecto inſunt. Etenim in cognitione ſymbolica verba, vel alia ſigna, denotant tam res, quam ea, quæ ipſis inſunt, vel ad ea referuntur (§. 289. *Pſych. empir.*). Quamobrem ſi ſuper iis reflectimus, quæ ſymbolice cognoſcuntur, ſucceſſive attentionem dirigimus in verba, vel alia, quæ adhibentur, ſigna & eorum ſignificatum (§. 257. *Pſych. empir.*). Verba igitur, vel alia ſigna ſpectantur inſtar eorum, quæ diverſa objecto inſunt.

Poteramus diſtinguere inter *Reflexionem intuitivam & ſymbolicam* eodem modo, quo inter cognitionem intuitivam & ſymbolicam (§. 286. 289. *Pſych. empir.*), pro diverſitate ſcilicet objecti, cujus idea ipſa ſive ſenſuum, ſive imaginationis ope reflectenti præſens ſiſtitur, vel ſymbolice repræſentatur. Ubi tamen notandum eſt, verba & alia ſigna, quibus res indigitantur, duplici modo conſiderari poſſe, ſcilicet vel materialiter, quatenus in ſe conſiderantur, non vero tanquam

ſigna

ſigna ſpectantur, vel formaliter, quatenus vim ſignificandi habent. Priori reſpectu ſunt objectum reflexionis intuitivæ; poſteriori autem reflexionis ſymbolicæ. Quodſi ergo reflectendo ſuper vocabulis & eorum complexionibus ad ea ſaltem animum attendimus, ad quæ notiones Grammaticæ eundem dirigunt: reflexio intuitiva intelligitur, quamvis operationes intellectus in eandem influant, id quod etiam in eadem alias contingere ſolet. Iſtiusmodi exercitia uſum facultatum promovent, utut id a reflectente non intendatur, ſed aliud agatur. Talia autem merentur attentionem eorum, qui ad latebras & receſſus in animis hominum cognoſcendum adſpirant & uſum facultatum diſtincte agnitum poteſtati ſuæ ſubjicere volunt. Et hoc modo perſpicitur, quid in perficiendis facultatibus animæ caſui ſit tribuendum. Pertinet huc etiam reflexio, quam qui legere diſcunt adhibere ſolent, aut ſaltem debent, ut ſtudium legendi facilitetur. Notandum vero a reflexione intuitiva ad ſymbolicam tranſitum fieri per gradum intermedium, ſi in reflexione intuitiva verbis exprimamus judicia intuitiva de iis, quæ in objecto ſenſibili diſtinguimus, ut ea magis diſtincta & minus moleſta evadat (§. 383. *Pſycb. rat.*). Ne vero quis exiſtimet, nos puerilia commendare viris & ad puerorum ſubſellia ablegare philoſophos; probe notandum eſt, non idem agere philoſophum, quod agunt pueri, dum ſuper eo, quod ipſi agunt, reflectit. Neque enim philoſophus ea addiſcere intendit, quæ pueris curæ cordique ſunt, ſed uſum facultatum animæ & modum, quo is perficitur, cognoſcere ſtudet. Ardua igitur molitur, dum pueri puerilia tractant, &, ſi eadem cum ipſis agit, quæ ipſe diſcit toto cœlo differunt ab iis, quæ diſcunt pueri. Neque enim ſolum ideam exemplarem reflectendi ſuper iis, quæ diſtincte cognoſcere ſtudemus, animo ingenerat, ſed theoriam quoque reflexionis rite inſtituendæ, per quam illa diſtincte explicabilis, conſequitur: id quod tanta facilitate fieri minime poterat, ſi ad magis ardua ea fini animum appellere voluiſ-

luiſſet. Medium, quo pueri utuntur ad diſcendum, tale eſſe deſinit, ſi adhibetur tanquam medium facultatem reflectendi perficiendi, aut notionem diſtinctam modi perficiendi conſequendi. Hoc qui facit puerilia non tractat, nec quod dedecet philoſophum.

§. 94.

De exercitiis, quibus intellectus perficitur.

Intellectus perficitur exercitiis, quibus acquiritur habitus ſingulas operationes, quales in dato caſu requiruntur, eliciendi. Etenim facultates animæ perficiuntur acquirendo habitus iisdem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), conſequenter actus earum eliciendi (§. 198. *part. 1. Jur. nat.*). Quamobrem cum omnis habitus exercitiis comparetur & perficiatur (§. 430. *Pſych. empir.*), intellectus perficitur exercitiis, quibus acquiritur habitus actus ejusdem, quos operationes intellectus dicere ſuevimus (§. 325. *Pſych. empir.*), eliciendi, quales ſcilicet in dato caſu requiruntur.

Operationes intellectus, quæ etiam operationes mentis dici ſolent, tres ſunt, notio ſcilicet cum ſimplici apprehenſione judicium & diſcurſus, ſive ratiocinium (§. 52. *Log.*). In perfectione intellectus ſingulæ vel ſigillatim, vel conjunctim conſiderari poſſunt, earundemque uſus non ſemper omnes conjunctim requirit. Nec ſine ratione una dicitur prima, alia ſecunda & alia denique tertia, quia non modo in uſu eorundem, verum etiam in iis perficiendis obſervandus eſt ordo, quo una alteram ſupponit. Intellectus nobis datus eſt ad diſtinctam rerum cognitionem acquirendam (§. 275. *Pſych. empir.*), eamque univerſalem (§. 317. *Pſych. empir.* & §. 55. 54. *Log.*). Quamobrem in eo conſiſtit perfectio ejus, ut non modo apti ſimus ad certam cognitionem univerſalem acquirendam, verum etiam eandem in caſibus obviis ad ſingularia applicandum, cum ea fini acquiratur cognitio univerſalis, niſi ſola curioſitas intendatur (§. 34): id quod tamen vitæ perfectæ,

fectæ, quæ naturæ humanæ convenit (*§. 53. part. 2. Phil. pract. univ.*), repugnat (*§. 52. 72. part. 2. Phil. pract. univ.*). Facile igitur patet, intellectum non alio fine perfici debere, quam ut *in* caſu quolibet dato, quo eodem utendum, operationes ſingulas eo ordine, quo ſe invicem excipere debent, prompte eliciamus. Quamobrem non ſufficit, ut operationes ſingulas recte elicere poſſis, verum etiam requiritur, ut in iis eliciendis obſervetur juſtus ordo, nec ulla earum omittatur, quæ adeſſe debebat. Et quoniam intellectus utitur miniſterio facultatum inferiorum, harum quoque actus adeſſe ac tales eſſe debent, quales requirit caſus datus. Inde nimirum eſt, præſertim in praxi morali, quemadmodum ſuo loco abunde eluceſcet, ut eædem operationes intellectus non ſemper ſint tales, quales eſſe debebant.

§. 95.

Principium perficiendi intellectum.

Dum ſuper rebus perceptis reflectimus, uſus intellectus ſeſe exerere incipit. Etenim ſi ſuper rebus perceptis reflectimus, ea a ſe invicem diſtinguimus, quæ diverſa in iisdem inſunt (*§. 258. Pſych. empir.*), easque diſtincte percipimus (*§. 266. Pſych. empir.*). Quamobrem cum uſus intellectus in diſtincta eorum, quæ cognoſcuntur, repræſentatione conſiſtat (*§. 275. Pſych. empir.*); dum ſuper rebus perceptis reflectimus, uſus intellectus ſeſe exerere incipit.

Senſus & imaginatio, quarum facultatum uſus nobis natura ineſt, rem uno obtutu ſpectandam ſiſtunt, conſequenter nonniſi confuſe percipiendam (*§. 39. Pſych. empir.*). Quamobrem cum intellectus ſit res diſtincte repræſentare (*§. 275. Pſych. empir.*), a confuſa autem repræſentatione ad diſtinctam tanquam ab uno extremo ad alterum progredi non detur, niſi per gradus intermedios, attentione ſcilicet atque reflexione (*§. 237. 257. Pſych. empir.*); ſi ſuper rebus reflectere adſueſcimus, conſequenter etiam ad eas animum attendimus

(§. 257. *Pſych. empir.*), uſus intellectus ſeſe exerere incipit. Si quis in ſeipſo hoc experiri vellet, experimentum non adeo facile eſt. Quando enim intellectu jam uti didicimus, ac præterea uſus ſermonis nobis jam fuerit familiaris; reflexioni ſeſe jam immiſcet intellectus. Facilius itaque veritas propoſitionis præſentis cognoſcitur a priori, quam a poſteriori. Quodſi eandem a poſteriori cognoſcere volueris, neceſſe eſt ut ad actiones infantum animum attendas a prima ſtatim infantia, & ex iis colligas, quonam facultatum uſu eædem fuerint determinatæ.

§. 96.

Ulterior progreſſus.

Dum res obvias & ea, quæ in iisdem reflectendo diſtinguimus, ſuis nominibus appellare adſueſcimus, uſus intellectus magis promovetur. Quando enim rem ſuo nomine appellare diſcimus, ideam rei perceptæ conjungimus cum idea vocabuli quod auditu percipimus, conſequenter judicare incipimus (§. 40. *Log.*). Et, ſi rei perceptæ tribuimus nomen generis vel ſpeciei, quod antea didicimus, ratiocinationis initium fit (§. 354. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum judicium ſit ſecunda & ratiocinatio ſive diſcurſus tertia intellectus operatio (§. 52. *Log.*), quæ primam ſupponunt (§. 53. *Log.*); dum res obvias & ea, quæ in iisdem reflectendo diſtinguimus, ſuis nominibus appellare adſueſcimus, uſus intellectus magis promovetur.

Uſus intellectus natura homini non ineſt, ſed exercitio acquiritur (§. 199. *part. 1. Jur. nat.*). Cum tamen conſtet, non data opera inſtitui exercitia, quibus uſus intellectus comparetur; ut pateret, quomodo quaſi caſu aliud agendo comparetur, a prima infantia erat exordiendum. Diſtincta horum cognitio utilitate ſua non deſtituitur. Ita nimirum clariſſime paret, quomodo ſingulæ operationes mentis ſive intellectus a ſe invicem accurate diſtinguantur, & quomodo eædem perficiantur, ut poſt-

poſthac intellectu recte utamur. Inprimis autem hinc eluceſcit, quomodo ab initio uſus intellectus confuſus ſit, quatenus actus facultatum inferiorum cum actibus intellectus quaſi miſcentur, & ſub iſtis tanquam notioribus lateant, donec tandem apertius ſe prodant & claritate ſua actus inferiorum facultatum concurrentes obſcurent, ut, dum illorum nobis conſcii ſumus, hos minime advertamus. Cum in praxi morali plurimum interſit, ut intellectu rite utamur, ne facultas appetendi & averſandi exorbiter, prouti ſuo loco clariſſime eluceſcet, atque concurſus facultatum in ſingulis operationibus intellectus & dependentia earundem ab actibus præteritis agnoſcatur; nemo miretur, a nobis talia tradi, quæ in philoſophia morali hactenus inaudita ſunt, & nos in ea ſcrupuloſius inquirere, quæ nimis vulgaria videntur & quæ parum convenire putantur iis, qui nonniſi alta ſapere volunt. Non igitur inconſultum exiſtimo, ut ipſam propoſitionem præſentem uberius declarem. Nimirum primo ſubſtantias diverſas, quæ una percipiuntur, a ſe invicem diſtinguentes & ſuo nomine appellare diſcentes, dum ita totalis perceptio redditur diſtincta, primum gradum facimus ad uſum intellectus. Ubi deinde totum reſolvimus in partes & nominibus ſuis a ſe invicem diſtinguimus, gradum ad eundem proferimus. Quodſi porro diſcernamus etiam qualitates rei inexiſtentes & easdem nominibus ſuis inſignire adſueſcimus, eundem ad uſum intellectus ulterius promovemus. Nondum tamen hic ſiſtitur, ſed longe adhuc ulterius promovendus, id quod tamen ita facile fieri non poteſt, & multo altioris indaginis eſt. Erit de eo dicendi locus, ubi de acumine acturi ſumus. Quæ vero natura duce ſic fieri ſolent, eadem obſervanda ſunt iis, qui data opera intellectum perficere volunt, ut ideo ad levia iſta & quæ contemnenda videbantur animum advertentes non modo ideam exemplarem perficiendi intellectus nullo quaſi negotio acquiramus, verum etiam regulæ nobis innoteſcant, quæ exercitia perficiendi intellectus cauſa poteſtati noſtræ ſubjiciunt. Hæc ut probe perpendantur velim, ut appareat, haud raro e lon-

ginquo magno molimine peti ea, quæ absque multo ſtudio ac labore ex maxime obviis derivari poterant.

§. 97.

De progreſſu ad cognitionem univerſalem.

Si individua duo vel plura ejusdem ſpeciei vel generis ſimul percepta nomine ſpeciei vel generis appellare addiſcimus; intellectus ad cognitionem univerſalem gradum profert & ulterius ad eam acquirendam perficitur, quando idem ſit quoad ea, quæ eadem in iisdem inſunt. Etenim ſi individua vel plura ejusdem ſpeciei vel generis ſimul percepta nomine ſpeciei vel generis appellare addiſcimus, cum hæc nomina non indigitent niſi ſimilitudinem eorundem (§. 233. 234. *Ontol.*), conſequenter ea, quæ in iisdem eadem ſunt (§. 195. *Ontol.*), animum ad ea attendere adſueſcimus, quæ in pluribus individuis eadem ſunt, atque hæc a ceteris, quæ diverſa ſunt, actu diſtinguere, & ſic notiones generum & ſpecierum, ac per conſequens univerſales acquirimus (§. 54. *Log.*). Quamobrem cum cognitio univerſalis ſit, quæ notionibus univerſalibus conſtat (§. 317. *Pſych. empir.*); ſi individua duo vel plura ſimul percepta nomine ſpeciei, vel generis appellare addiſcimus, intellectus ad cognitionem univerſalem gradum profert. *Quod erat unum.*

Enimvero quoniam ea, quæ in duobus vel pluribus individuis eadem ſunt, abſtrahimus, dum hæc nomine generis vel ſpeciei appellare addiſcimus (§. 282. *Pſych. empir.*), ſi vero, quæ ab alio abſtrahimus, ea vocabulis peculiaribus deſignamus, abſtractiones fiunt magis claræ atque diſtinctæ (§. 284. *Pſych. empir.*), atque intellectus inprimis ſit diſtincta rei cognitio (§. 275. *Pſych. empir.*); intellectus ad cognitionem univerſalem acquirendam magis perficitur, ſi ea, quæ in duobus vel pluribus individuis ejusdem ſpeciei vel ge-

generis eadem ſunt, ſuis nominibus a ſe invicem diſtinguere addiſcimus. *Quod erat alterum.*

Quando duo vel plura individua ejusdem ſpeciei vel generis ſimul percipi dicuntur; perinde eſt, ſive individuum utrumque una ſenſu, ſive unum ſenſu, alterum vi imaginationis, ſive utrumque vi imaginationis percipiatur. Caſus tamen ſimpliciſſimus eſt primus, cum ad conſervandam præſentiam objecti præter ſenſum non requiratur actus alius, conſequenter ſi certo conſilio agimus, is ceteris præferendus. Difficilior vero eſt ſecundus, cum in eo concurrat imaginatio atque memoria. Tertius autem difficillimus, quia ad vim imaginationis major accedere debet attentionis gradus, & vis quoque major imaginationis ad continuandum actum, quo phantaſmata præſentia conſervantur. Quoniam in educatione infantum talia caſui committuntur; ideo mirum non eſt, ſi in aliis citius, in aliis tardius intellectus uſus iſti ſeſe exerunt, nec tamen inde recte colligitur diſpoſitionis naturalis tarditas. Ea igitur, quæ hic traduntur, & alia iſtis ſimilia uſum habere poſſunt, ſi certo conſilio fieri debeant, quæ vulgo a caſu expectantur: id quod non modo facit ad id, quod intenditur, facilius conſequendum & juvandum progreſſum, verum etiam ad intimiorem ſui cognitionem, quæ in moralibus plurimum præſtat.

§. 98.

Si pueri legere diſcentes literas, quarum figuram cum pronunciatione ſibi familiarem reddiderunt, in contextu occurrentes cum literis in tabula conferunt & facta collatione pronunciant, & ubi ſyllabizare didicerunt ſingula vocabula in literas reſolvunt, atque ex iis ſyllabas, ex ſyllabis vocabula componunt; intellectum perficiunt. Etenim dum animum ad literas in contextu occurrentes attendunt, figuram, qua ab aliis differunt, intuentur, ſicque ſimpliciter eas apprehendunt (§. 33. *Log.*), ideoque actus qui-

Quomodo intellectus puerorum perficiatur, dum legere diſcunt.

quidam ad primam mentis operationem ſpectans elicitur (§. 53. *Log.*). Quodſi deinde literam in contextu obſervatam conferunt cum eadem litera in tabula expreſſa & figuræ identitatem in utroque percipiunt, actus elicitur, qui ad notiones univerſales requiritur (§. 54. *Log.*). Et ubi ſuccurrit, literam hujus figuræ ita eſſe pronunciandam; revera non modo judicant, literam, quam in contextu intuentur, hanc habere figuram, qualem percipiunt, verum etiam quod litera hanc figuram habens ita ſit pronuncianda (§. 39. *Log.*). Cumque tandem eandem pronunciant, ex duabus propoſitionibus terminum communem habentibus, ſcilicet hanc habere figuram, revera inferunt tertiam, nimirum literam, quæ in contextu occurrit, ita eſſe pronunciandam, conſequenter ratiocinantur (§. 50. *Log.*), ſicque actus elicitur ad tertiam mentis operationem ſpectans (§. 53. *Log.*). Nec difficulter animadvertet, qui attentionem ſufficientem afferre voluerit, quomodo ſenſus, imaginatio atque memoria ad hoſce actus intellectus concurrant, & ab iis mediante attentione, reflexione & perceptorum collatione tranſitus fiat ad iſtos actus, immo & quomodo actus præteriti influant in determinationem actus præſentis, literæ nimirum in contextu obviæ pronunciationem, ut opus eſſe minime videatur ea diſertius explicari. Quamobrem cum intellectu tanquam facultate animæ (§. 275. *Pſych. empir.*) utamur eliciendo actus (§. 198 *part. 1. Jur. nat.*), idemque perficiatur acquirendo habitum eodem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), nonniſi exercitiis, conſequenter actuum in ſpecie vel genere eorundem iteratione (§. 195. *Pſych. empir.*), comparandum (§. 430. *Pſych. empir.*); ſi pueri legere diſcentes literas, quarum figuram cum pronunciatione ſibi familiarem reddiderunt, in contextu occurrentes cum literis in tabula conferunt

runt & facta collatione pronunciant, intellectum perficiunt. *Quod erat unum.*

Quoniam ſyllabizare non poſſumus, niſi literas in vocabulo occurrentes ſingulas a ſe invicem diſtinguamus, cum ſyllabæ ex duabus vel pluribus literis componantur; operationes intellectus, de quibus modo diximus, repetuntur. Quia vero vocabula ſunt aliquod totum conſtans ex ſyllabis tanquam partibus & ſyllabæ totum conſtans ex literis tanquam partibus; dum ex literis combinatis ſyllabas & ex ſyllabis vocabula integra componimus, non modo notionis diſtinctæ (§. 88. *Log.*), verum etiam completæ (§. 92. *Log.*) & adæquatæ (§. 95. *Log.*) idea exemplaris animo ingeneratur, & actus eliciuntur ad notiones diſtinctas, completas & adæquatas acquirendum neceſſarii, in quorum determinationem influunt actus præteriti, quibus literarum notitiam nobis comparavimus. Quamobrem cum intellectus perficiatur exercitiis, quibus acquiritur habitus ſingulas operationes, quales in dato caſu requiruntur, eliciendi (§. 94.); quando ſyllabizantes vocabulas in literas reſolvimus atque ex iis ſyllabas & ex ſyllabis vocabula componimus, intellectus perficitur. *Quod erat alterum.*

In demonſtratione partis prioris propoſitionis præſentis ſingulos actus intellectus una cum concurrentibus actibus facultatum inferiorum diſtincte enumeravimus, ut appareat, quomodo in analyſi actuum animæ ex habitu, vel conſuetudine proficiſcentium & nonniſi confuſe perceptorum ſit procedendum. Exempla enim, quo magis fuerint obvia & animum ad ea advertenti atque ſuper iisdem reflectenti nota, eo cenſenda ſunt utiliora ad res arduas illuſtrandum, ut animo penitus comprehendantur, &, ſi praxin reſpiciunt, ad eam facilitandam, veluti in caſu præſenti, quando animum ad diſcipli-

plinas addiſcendas appellentes intellectu recte uti voluerimus. Aſt in demonſtratione partis alterius rationem ſaltem habuimus eorum, quibus habitus priori modo acquiſitus locupletatur, omiſſo operationum ſingularum intellectus recenſione, in actibus ſingulis ſeſe exerentium, ne videamur nimis prolixi in iis, quæ eo modo, quo in demonſtratione partis prioris uſi ſumus, deteguntur. Ceterum in hiſce latet rectus intellectus uſus, quem naturalem dicimus, in oppoſitione ad præternaturalem, in quo nunc actus facultatum inferiorum ſubſtituuntur operationibus intellectus, nunc operationes intellectus non legitimo ordine ſe invicem excipiunt, nunc non uſus quidam unius vel alterius facultatis adeſſe debitus abeſt. Sed nolumus de hiſce apertius dicere, quæ per ea, quæ in ſequentibus demonſtrabuntur, manifeſta evadent. Quando vero in parte prima propoſitionis præſentis dicitur, literas in contextu occurrentes cum literis in tabula expreſſis conferendas eſſe, id ideo ſumſimus, quia collatio eorum, quæ ſpecie vel genere eadem ſunt, ad agnoſcendum ſimilitudinem eorundem requiſita facilior eſt, ſi ſenſu ſimul percipiantur, quam ſi unum eorum ſenſu, alterum vero vi imaginationis animæ præſens ſiſtatur (§. 91.), & quia præterea in ſpeciebus atque generibus cognoſcendis caſus iſte, in quo individua inter ſe conferuntur, frequenter occurrit. Quoniam vero hoc pacto habitus reflectendi ſuper rebus ſimul perceptis acquiritur, ut is ulterius promoveatur, literis in tabula expreſſis ſubſtituenda ſunt eorum phantaſmata vi imaginationis producta & recognitu non amplius difficilia (§. 69. 92.), tumque actus imaginationis & memoriæ ad collationem ſimul concurrunt, quæ antea ſola actu ſenſus nitebatur. Qui ad anteriora attentionem ſufficientem attulit, is haud difficulter intelliget, uſum facultatum animæ hoc modo ordine maxime naturali promoveri. Lubenter omittimus ea, quæ dici poterant obſervanda iis, qui alios inſtruunt, ut attentio diſcentium ad uſum operationum intellectus & iisdem inſervientium facultatum inferiorum excitetur, & ſic ipſe intellectus uſus diſtinc-

te agnoſcatur, atque intellectus magis perficiatur. Neque enim nunc nobis propoſitum eſt officia docentium explicare, & quæ inde utilitas ad perficiendum intellectum manare poterat, ea in ſequentibus ſupplebitur. Poteramus præterea ad redarguendam inſcitiam eorum, qui, quæ hic a nobis demonſtrantur, contemnunt, facile oſtendere, quomodo hinc abſtrahantur regulæ dirigendi intellectum in rerum cognitione, quæ in veriori Logica traduntur & a Geometris veteribus obſervantur. Nullus vero dubito, quin earum gnarus id per ſe ipſum videat: ceteris vero ſurdis narratur fabula. Conſulto igitur plura non addimus.

§. 99.

De modo perficiendi intellectum ſtudio Matheſeos.

Si quis in Geometria ſingulas determinationes, quæ definitionibus inſunt, a ſe invicem diſtinguit, & in propoſitionibus ſimiliter theſin ab hypotheſi, hoc eſt, ea quæ ſumuntur, & quod infertur, ſeu, ut Logici loqui amant, in propoſitionibus categoricis ſubjectum cum ſuis determinationibus, ſi quæ adſunt, a prædicato, & in hypotheticis antecedens a conſequente accurate diſcernit, tandemque demonſtrationes ita reſolvit, ut ex iis, quæ ſumuntur, formentur judicia ſeu propoſitiones & ope definitionis in formam propoſitionis redactæ, vel propoſitionis cujusdam anterioris inferantur concluſiones, quæ aut ipſæ ſumuntur inſtar præmiſſæ novi ſyllogiſmi, aut plures ſimul ſumtæ adhibentur ad formandam propoſitionem huic fini inſervientem, atque porro ut ante vi principii cujusdam anterioris inferantur concluſiones, idemque continuat, donec demonſtratio ad finem perducta fuerit, & non interrupta ſerie tam in definitionibus, quam in propoſitionibus ab antecedentibus continuo progreditur ad ſequentia; intellectus ſtudio Geometriæ perficitur. Ac idem intelligitur de ceteris Matheſeos partibus accurata methodo pertractatis. Etenim ſi in definitionibus ſingulas determinationes, quæ iisdem inſunt, a ſe invicem diſcernis, quænam notæ ad rem agnoſcendam

& ab aliis diſtinguendam requiruntur, intelligis (§. 79. *Log.*), ſicque eos actus elicis, qui ad notiones diſtinctas (§. 88. *Log.*) easque completas requiruntur (§. 92. *Log.*). Et quoniam non interrupta ſerie ab antecedentibus ad conſequentes progrederis, cum termini in ſequentibus adhibiti explicati fuerint in definitionibus præcedentibus, quod ex Geometria conſtat; quomodo definitiones ſequentes intelligantur per antecedentes, ut nihil obſcuritatis ſuperſit, modo attentionem tuam deſiderari non patiaris, vel definitiones terminorum in ſequentibus occurrentium repetas, animadvertis. Quamobrem cum hi actus ad intellectum pertineant (§. 275. *Pſych. empir.*) & quidem ad primam ejus operationem (§. 328. *Pſych. empir.*); ſi in Geometria definitiones ita reſolvis & continuo tramite ab antecedentibus ad ſequentes progrederis, intellectus ſtudio Geometriæ perficitur quoad primam ejus operationem (§. 198. 209. *part. 1. Jur. nat.*). *Quod erat primum.*

Quodſi jam porro in propoſitionibus ſubjectum cum ſuis determinationibus, ſi quæ adſunt, a prædicato & in hypotheticis antecedens a conſequente, hoc eſt, hypotheſin a theſi, ſeu ea, quæ ſumuntur, ab eo quod infertur, accurate diſcernis, actus iſtos elicis, qui ad operationem intellectus ſecundam requiruntur (§. 350. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum ſic utaris intellectu quoad ſecundam operationem (§. 198. *part. 1, Jur. nat.*), conſequenter hiſce exercitiis tibi compares habitum hujus uſus (§. 430. *Pſych. empir.*); hoc modo intellectus perficitur quoad ſecundam intellectus operationem (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*). *Quod erat ſecundum.*

Denique ſi demonſtrationes ita reſolvantur, ut ex iis, quæ ſumuntur, formentur propoſitiones determinatæ &

ope

ope definitionis in formam propoſitionis redactæ, vel propoſitionis cujusdam anterioris inferantur concluſiones, ex duabus propoſitionibus cognitis formatur tertia adhuc incognita (§. 364. *Pſych. empir.*), ſeu hæc ex iſtis colligitur (§. 365. *Pſych. empir.*). Quoniam itaque hoc modo eliciuntur actus ad tertiam intellectus operationem requiſiti (§. 366. *Pſych. empir.*); patet ut ante exercitiis hiſce continuatis intellectum perfici quoad tertiam intellectus operationem. Quoniam vero concluſiones illatas rurſus ſumis inſtar præmiſſarum in ratiociniis ſequentibus, aut ex pluribus ſimul formas propoſitionem, quæ locum præmiſſæ ſubit, ac ut ante vi principii cujusdam anterioris infers concluſiones ulteriores, donec demonſtratio ad finem fuerit perducta; non modo habitum tibi comparas ratiocinationem ſeu tertiam intellectus operationem continuandi, verum etiam ſyllogiſmos concatenandi (§. 492. *Log.*) Unde porro liquet, intellectum quoad tertiam operationem magis perfici. *Quod erat tertium.*

Quoniam itaque ſtudio Geometriæ eo modo inſtituto, qui ſumitur in propoſitione præſente, intellectus perficitur quoad primam, ſecundam & tertiam intellectus operationem *per demonſtrata*, tres autem ſaltem intellectus operationes dantur (§. 52. *Log.*), & ceteræ partes Matheſeos eadem methodo pertractatæ ſupponuntur, qua Geometria traditur, ſi Geometria & ceteræ quoque Matheſeos partes accurata methodo conſcriptæ eo modo tractentur, quem in propoſitione ſumſimus; ſtudio Geometriæ ac ceterarum Matheſeos partium intellectus perficitur.

Vulgo dicitur, ſtudio Matheſeos perfici intellectum, ipſumque hujus perficiendi cauſa commendatur. Sed non perinde

eſt, quocunque modo Matheſis tractetur, ut intellectus perficiatur. Primo enim neceſſe eſt, ut Geometria accurata methodo ſit conſcripta, cum ab ea unice pendeat perfectio intellectus, ipſæ autem veritates geometricæ nihil per ſe ad eandem conferant. Porro opus eſt, ut Geometria eo præciſe modo pertractetur, quem in propoſitione præſente delineavimus, nimirum ut ſinguli actus eodem ordine eliciantur, quem leges facultatum animæ in Pſychologia empirica explicatæ præſcribunt, & quo homines ſola natura duce uſi cogitationum ſuarum ſeriem continuant, quemadmodum alias me explicaſſe memini. Ita nimirum in exercitiis noſtris recto tramite incedimus, & iidem habitum recte utendi intellectu in omni ſcientiarum genere & in applicandis veritatibus univerſalibus ad caſus ſingulares obvios acquirimus. Methodus mathematica, eadem cum ea, quam ego philoſophicam appellare ſoleo, (§. 139. *Diſc. prælimin.*), vel etiam ſcientificam, quatenus ea ſola ad ſcientiam veri nominis ducit, non præſcribit niſi modum intellectu recte utendi in omni rerum cognitione. Quamobrem qui eundem perfecit, etiam extra Matheſin methodo illa uti poteſt. Quoniam tamen notorium eſt, ſummos etiam Geometras, qui in calculis algebraicis conſeneſcunt, quamvis olim tyrones elementa Geometriæ didicerint, ac definitiones & propoſitiones familiares experiantur, ubi extra ſphæram ſuam progrediuntur, vel etiam ſine calculis more veterum demonſtrationes contexere volunt, a vero intellectus uſu, conſequenter a vera methodo haud raro quam longiſſime aberrare, quantumvis ſibi acuti, immo ſi lyncei ſibi videantur; abunde omnino patet, multum referre, quomodo diſcatur Matheſis, ut intellectus perficiatur. Uberius de perficiendo intellectu ſtudio Matheſeos diximus in Commentatione de ſtudio Matheſeos recte inſtituendo, quæ legitur in Tomo quinto Elementorum Matheſeos univerſæ & in idioma Germanicum quoque verſa proſtat, ut ſeparata ab opere mathematico haberi poſſit, ac inprimis hic commendanda eſt ſymbolica definitionum & propoſitionum repræſentatio, qua in-

intellectus lucem fœneratur a ſenſu & cognitio ſymbolica quodammodo ad intuitivam reducitur, ſicque tyrones uſui recto intellectus absque ulla moleſtia adſuefiunt. Aſt alibi dicta repetere nolumus, & ſufficit in præſenti propoſitione nos recenſuiſſe ea, quæ obſervanda ſunt, ſi quis ſtudio Matheſeos intellectum perficere velit. Eadem de cauſa non addimus exempla, quæ ex commentatione, quam modo diximus, peti poſſunt, nec analyſin demonſtrationum exemplis illuſtramus, cum idem fecerimus jam alibi (*not.* §. §. 551. 552. 553. *Log.*). Nonnulla ſaltem adhuc annotare lubet, quæ ad claritatem in notionibus & evidentiam in demonſtrationibus conſervandam requiruntur, ut non modo penitus intelligamus, quæ cognoſcuntur, ſed etiam veritatis pleniſſime ſimus convicti, ſicque in luce meridiana verſemur, notiones habeamus adæquatas & aſſenſus firmus ſit atque immotus. Nimirum in definitionibus, quæ alias non ſupponunt, vocabula adhibentur, quibus reſpondent notiones confuſæ ſenſu perceptibilium, quæ tanquam in alias irreſolubiles per ſe intelliguntur & propria claritate fulgent. Has definitiones ubi tibi familiares reddideris, ut de definito cogitantibus, ſeu eodem audito quaſi ſponte ſua ſuccurrant, ſi definita, ſeu termini per eas definiti in definitionibus ſequentibus occurrant; hæ definitiones per illas intelligibiles redduntur, & illorum claritas per has diffunditur. Atque ita continuo claritas primarum definitionum diffunditur per ſequentes, ut nulla remaneat in ſequentibus obſcuritas. Quamvis vero, ubi definitiones primas ſatis familiares experiris, non diſtincte eorum tibi conſcius es, quæ in iſtis continebantur, claritatem tamen, cujus antea apperceptæ memoriam habes, confuſe percipis, quatenus ideis vocabulorum adhæret, & hoc nobis volumus, quando dicere ſolemus, quod ſenſum claritatis ſecum trahant. Et quia termini definiti continuo ingrediuntur definitiones ſequentes, quæ in ſequentibus ſumuntur tanquam notæ reſolubiles retro ſunt in eas notas, quæ in antecedentibus continebantur, donec in irreſolubilibus in primis definitionibus aſſumtis terminentur.

Atque hoc modo acquiruntur notiones adæquatæ (§. 95. *Log.*), ut peculiari ſtudio atque labore ad eas acquirendas non ſit opus. Quod de claritate notionum diximus, quæ definitionibus reſpondent, idem intelligitur de claritate propoſitionum, quæ per definitiones ſunt explicabiles & eam a definitionibus mutuantur. Propoſitiones evidentiam ſuam habent, ſi tanquam veræ ſpectantur, a demonſtrationibus. Unde non abſimili modo intelligitur, quomodo evidentia propoſitionum primarum diffundatur per ſequentes, & propoſitiones per anteriores demonſtratæ ſenſum evidentiæ ſecum trahant, ut ita ſucceſſive naſcatur aſſenſus firmus atque immotus evidentiæ iſti unice debitus. Si quis modum, quo intellectus ſtudio Matheſeos perficitur, conferre voluerit cum modo, quo intellectus perficitur, dum pueri legere diſcunt, illum ab hoc minime differre deprehendet, ſed hoc eundem tantum magis perfici, & legitimum intellectus uſum, qui illius ope inceperat, ulteriora atque magis præclara incrementa capere. Multa adhuc de eo hic dici poterant, niſi obſtaret prolixitas. Quamobrem nobis ſufficit, quemadmodum in aliis quoque bene multis facere ſolemus, aliorum attentionem excitaſſe.

§. 100.

De intellectu ſtudio philoſophiæ, aliisque ſtudiis literariis perficiendo.

Si ſcripta philoſophica vel alia quæcunque eadem methodo fuerint concinnata, qua Euclides *& Geometræ veteres uſi ſunt; qui eodem modo in iisdem verſatur, quo intellectus perficiendi cauſa in Matheſi, ac inprimis in Geometria verſandum eſſe diximus* (§. 99.); *intellectus quoque ſtudio philoſophiæ & ſtudiis literariis aliis perficitur.* Quodſi enim libri philoſophici vel alii quicunque eadem methodo fuerint conſcripti, qua *Euclides* & Geometræ veteres uſi; definitiones quoque perinde ac in Matheſi ſunt accuratæ terminorum explicationes (§. 116. *Diſc. prælim.*), propoſitiones ſunt accurate determinatæ (§. 121. *Diſc. prælim.*), & in earum demonſtrationibus propoſitio-

tiones ſingulæ eo ordine collocandæ, quo ſubeunt animum demonſtrationem concipientis (§. 124. *Diſc. prælim.*). Definitiones ſequentes ſunt reſolubiles in antecedentes (§. 119. *Diſc. prælim.*), nec in demonſtrationibus ſumitur, niſi quod in antecedentibus fuerit demonſtratum (§. 120. *Diſc. prælim.*), conſequenter definitiones ſequentes atque propoſitiones claritatem mutuantur a præcedentibus definitionibus & demonſtrationes evidentiam a propoſitionibus antecedentibus. Quamobrem patet, ſi ſcripta philoſophica vel alia quæcunque eadem methodo fuerint concinnata, qua *Euclides* & Geometræ veteres uſi; nos perficiendi intellectus cauſa eodem modo in iisdem verſari poſſe, quo in Geometria eo fine verſandum eſſe diximus (§. 99.). Quodſi ergo quis hoc fecerit, intellectum etiam ſtudio philoſophiæ & ſtudiis literariis aliis non minus, quam Matheſeos ſtudio perficiet.

Quod methodo debetur, non tribuendum eſt objecto. Matheſeos ſtudium non perficit intellectum, quia de figuris & numeris agit; ſed quia in eodem veræ methodo ſatisfit. Quamobrem quoque jam monuimus, ſi de figuris & numeris absque hac methodo agatur, vel in Matheſi addiſcenda non obſerventur, quæ ad methodum ſpectant; eam perfectionem intellectus non acquiri, quæ ſtudio Matheſeos acquiri poterat. Quodſi ergo philoſophia, immo ſi ipſa Grammatica, præſertim univerſalis, ea methodo tradatur, qua veteres Geometræ cum *Euclide* uſi; nulla ſane ratio eſt, cur non eodem modo intellectui perficiendo inſervire debeat, quemadmodum Geometria cum aliis Matheſeos partibus. Quemadmodum vero, qui intellectus perficiendi cauſa ad Geometriam accedit, ſibi cavere debet, ne ſibi eligat ducem, qui rigorem methodi neglexit, aut leges ejus ubivis violavit; ita ſimiliter omni ſollicitudine opus eſt, ne cœco duce utatur, qui philo-

ſo-

ſophiæ ſtudio intellectum perficere intendit. Non ignotum eſt, ante nos communem invaluiſſe opinionem, quaſi Matheſi propria quædam methodus ſit propter objectum, quod ſunt figuræ ac numeri, eamque ad philoſophiam vel diſciplinas alias transferri non poſſe. Poſtquam vero in Diſcurſu præliminari de philoſophia, quem Logicæ præmiſimus, integro capite quarto de methodo philoſophica agentes oſtendimus, quibus ea regulis nitatur, atque hinc tandem identitatem methodi philoſophicæ & mathematicæ palpandam dedimus, ut nonniſi utriusque ignarus de ea dubitare poſſit (§. 139. *Diſc. prælim.*), ac præterea philoſophiam ea methodo tradere cœpimus, & opus cœptum continuamus, ſicque fidem oculatam fecimus; plurima indies prodeunt ſcripta, quæ methodo mathematica feruntur confecta. Dolendum vero eſt, quod longe plurimi plus ſperant de facultatibus ſuis, quam in iis eſt, & rem arduam levi brachio perfici poſſe ſibi perſuadent. Magna igitur cautione opus eſt, ne credulitati aliorum obnoxiam habeat fidem, qui intellectum perficere voluerit, ut rectum ejus facere poſſit uſum. Veritatis igitur, non vanæ gloriæ amore iis, quibus intellectum continuo magis perficere curæ cordique eſt, opera noſtra philoſophica, Latino inprimis idiomate conſcripta, commendavimus in Commentatione de ſtudio Matheſeos recte inſtituendo (§. 110. *Comment. iſtius.*). Suademus tamen, ut, qui ſine moleſtia opus tam arduum aggredi voluerit, a Geometria & Arithmetica incipiat, antequam ad philoſophiam pedem promoveat, quia notiones figurarum & numerorum ſimpliciores ac ſenſui magis conſpicuæ ſunt, quam abſtractæ illæ, a quibus ſtudium philoſophicum incipiendum, ſi eodem tramite progredi volueris, quo in Geometria & Arithmetica incedendum, ubi ejus ſtudio perfectio intellectus intenditur. Quodſi quis eo modo operam conſumſerit in ſtudio Matheſeos, quemadmodum urget propoſitio præcedens (§. 99.); is facile ſibi præcavebit, ne credulitati imperitorum obnoxiam habeat fidem,

fidem, ubi ſtudio philoſophiæ intellectum ulterius perficere decreverit.

§. 101.

Ad uſum rectum intellectus faciendum & eundem poteſtati ſuæ ſubjiciendum conducit cognitio veræ Logicæ. Etenim Logica docet, quomodo facultas cognoſcitiva ſit dirigenda in cognoſcenda veritate (§. 1. *Log.*), conſequenter quinam ſit rectus intellectus uſus & quonam facultatum inferiorum miniſterio habeat opus. Quamobrem ſi quis Logicæ ſcientiam ſibi comparavit, cum jam diſtincte norit, quales actus ad rectum intellectus uſum requirantur; quin ad eum faciendum hæc ſcientia conducat, dubitandum non eſt. *Quod erat unum.* *De uſu Logicæ in intellectu perficiendo.*

Enimvero qui novit, quales actus facultatis cognoſcitivæ hic & nunc ad rectum intellectus uſum faciendum requirantur; is eos, prouti neceſſe fuerit, aut e re eſſe judicaverit, determinare poteſt. Quamobrem cum in poteſtate noſtra ſit, quod facultatum & virium noſtrarum ope conſequi poſſumus (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*); cognitio veræ Logicæ uſum intellectus poteſtati noſtræ ſubjicit.

Logica artificialis vera praxi veterum Geometrarum conformis eſt (§. 26. *Log.*), et revera diſtincta explicatio ejus methodi, qua iſti utuntur & qua utendum eſſe oſtendimus in philoſophia (§. 115. *& ſeqq. Diſc. prælim.*). Nemo vero in dubium vocare poteſt niſi inexpertus, ſecundum regulas præſcriptas agere multo facilius eſſe, nec tam facile metuendum lapſum, ſeu aberrationem a regula, quam ſi quis aliorum facta imitari tantummodo velit, quorum ideam quandam exemplarem animo impreſſit, quæ diſtincte per regulas explicatur. Velim ut attente perlegantur & probe perpendantur, quæ de

Logica naturali & artificiali tam docente, quam utente dicta ſunt in prolegomenis Logicæ (§ 6. *& ſeqq. Log.*): etenim haud parum lucis affundent propoſitioni præſenti. Veritatem vero in ſeipſo experietur, qui, ubi in exercitiis, quæ ope Geometriæ intellectus perficiendi cauſa præſcribimus (§. 99.), induſtriam ſuam pro virili exercuit, Logicæ notitiam ſibi comparavit. Cum vero interſit, ne nubem pro Junone amplectatur, dum animum ad Logicam diſcendam appellit; ideo criteria veræ Logicæ in prolegomenis (§. 26. *& ſeqq. Log.*) tradidimus. Inter hæc criteria primum locum obtinet conformitas Logicæ cum methodo veterum Geometrarum (§. 26. *Log.*). Quamobrem ſi quis ante ope ſtudii Geometriæ intellectum perficere ſtuduit (§. 99.); is notionem diſtinctam hujus methodi jam conſecutus Logicam genuinam a ſpuria facile dignoſcet. Suadendum igitur, ut quis intellectui ope ſtudii Geometriæ ac Arithmeticæ ante perficiendo vacet, quam ad Logicam addiſcendam progrediatur. Ita nimirum non modo dogmata logica penitus intelliget, verum etiam eadem ſtatim applicare poterit (*not.* §. 1230. *Log.*). Idea exemplaris, quæ iſto ſtudio animo inſinuata fuit, reddetur magis diſtincta & omni ex parte perficietur. Nos ideo in opere logico majore, quæ prima pars operum noſtrorum philoſophicorum eſt, exempla geometrica fere ubivis dedimus, ut conformitas Logicæ cum methodo *Euclidis* evaderet manifeſtior, atque ſic uſus Logicæ non eſſet difficilis, qui quantus ſit abunde elucet ex iis, quæ maxima operis logici parte demonſtravimus ante nos a Logicis prorſus neglecta. Qui habitu quodam utendi Logicæ præceptis ſtudio Matheſeos acquiſito inſtructus ad eandem accedit; eidem quoque manifeſtum erit, quantum conducat ad rectum intellectus uſum in diſciplinis Logica artificialis & quantum a vero aberrent, qui naturalem ſufficere arbitrantur & artificialem contemnunt, immo naturalem artificiali præferunt. Uſum vero logicæ artificialis ubi intime perſpexerit, ipſi non amplius obſcurum erit, cur in Matheſi verſati, aſt non ita, quemadmodum nos præ-

ſcri-

ſcripſimus (§. 99), Logica naturali utente magis quidem polleant aliis, qui eandem vel prorſus non, vel non ſcientifice pertractarunt, extra ſphæram ſuam tamen progreſſi hinc inde ceſpitent, immo haud raro miſere vapulent. Immo videbit etiam, per errorem ſtudio Matheſeos ſoli hic tribui ſæpiſſime, quod ad cauſas alias erat referendum, & cur contingat, ut, ſi qui in Matheſi aliis præſtant, ipſis in eadem longe inferiores in aliis nonnullis ad Matheſin non ſpectantibus ſint multo acutiores. Nec minus patebit, cur Mathematici excellentes uſum ſyllogiſmi in demonſtrando non animadverterint, nec veram demonſtrationis formam animo conceperint, quamvis tot demonſtrationes legerint. Quemadmodum vero omnis habitus ſucceſſive comparatur, ita idem obtinet tam in Logica docente, quam utente artificiali (§. 1234. *Log.*). Et oppido falluntur, qui ſtudium Logicæ nonniſi puerorum eſſe exiſtimant, quaſi rectus intellectus uſus inter res facillimas ſit referendus. Præjudicium hoc ſtatim deponet, qui intellectui ſtudio Matheſeos perficiendo operam navavit, & genuinæ Logicæ addiſcendæ eandem poſtea impendit.

§. 102.

De intellectu analyſi grammatica perficiendo.

Si adoleſcentes in lectione Autoris, dum linguam Latinam diſcunt, vel Græcam, aut aliam quamcunque exoticam, ad vocabula & earum combinationes definitiones & regulas grammaticas eo fere modo applicare docentur, quo pueri legere diſcentes in agnoſcendis literis & compoſitione vocum ex ſyllabis utuntur (§. 98.), *ſeu in demonſtrationibus geometricis expendendis definitiones & propoſitiones anteriores applicantur; analyſi grammatica intellectus perficitur.* Etenim dum ad vocabula & eorum combinationem animum advertunt, & ſuper illorum qualitate & modo combinationis reflectunt, de qualitate illorum & combinationis modo judicia formant, & definitiones ac regulas in memoriam ſibi

revocantes inferunt, quod ipſis competat hoc definitum, & quod hoc modo combinari debeant. Quare exercitia hæc conveniunt cum uſu Logicæ, quem in praxi vitæ præſcripſimus in Logica ad definitiones (§. 1218. *Log.*) & propoſitiones tam categoricas (§. 1223. *Log.*), quam hypotheticas applicandas (§. 1224. *Log.*). Quamobrem cum in iſtiusmodi analyſi grammatica continuo eliciantur omnes tres mentis operationes una cum actibus ad miniſterium ſenſuum, imaginationis atque memoriæ ſpectantibus, & actibus intermediis attentionis ac reflexionis, prouti harum rerum gnaro haud difficulter patet, ut prolixa demonſtratione non videatur opus; intellectus illa analyſi perficitur.

Quod de exercitiis diximus, quibus Geometriæ operam navantes intellectum perficiunt (*not.* §. 99.), idem tenendum eſt de analyſibus grammaticis. Nimirum analyſes grammaticæ non quovis modo inſtitutæ intellectum perficiunt; ſed neceſſe eſt, ut eo modo inſtituantur, quo cogitationes naturaliter ſeſe invicem conſequuntur, & cum quo mathematicæ demonſtrationis formam, immo in genere methodum mathematicam convenire dudum monuimus (*not.* §. 27. *Log.*). Qui Logicæ non imperitus eſt, modum inſtituendi analyſes grammaticas perficiendi intellectus cauſa ignorare nequit, ne in eliciendis operationibus intellectus & actibus miniſterialibus atque intermediis præternaturaliter procedatur. Naturalem quoque procedendi modum ipſa demonſtratio propoſitionis præſentis inſinuat, quantum ſufficit iis, qui in Logica & Pſychologia non ſunt peregrini ac hoſpites. Eidem quoque lucem affundunt ea, quæ de modo perficiendi intellectum ſtudio Matheſeos (§. 99.), immo eo, quo legere diſcimus, uberius expoſuimus (§. 98.). Equidem ſi ſummus rigor obſervari deberet, ſupponenda eſſet Grammatica, in qua exacte terminorum extarent definitiones; quæ tamen ad captum puerorum

rum & adoleſcentium, qui eam addiſcunt, non foret, cum præſupponeret terminos in philoſophia prima explicandos, ex qua etiam principia petenda, ſi quis Grammaticam univerſalem demonſtrationibus exornare voluerit. Qui hebetior eſt, quam ut hoc capere poſſit, is ſaltem evolvat *Melanchthonis* Grammaticam & perpendat definitiones in eadem traditas & fidem habebit oculatam. Sicuti rerum omnium cognitio philoſophica poſſibilis; ita quoque cognitio philoſophica rerum grammaticarum in eorum numero eſt, quæ dari poſſunt. Quoniam vero Grammatica tractat ſigna rerum cognoſcibilium; quid mirum, ſi ea ſupponit, quæ ad ſcientiam entis in genere ſpectant, in philoſophia prima tradenda? Quemadmodum vero in exercendo intellectu tyronum a ſummo rigore tantiſper recedendum, id quod etiam in tradendis diſciplinis obſervandum, modo nil committatur, quod rectum intellectus uſum pervertit, quatenus nempe confuſe percepta admittuntur tanquam in ſimpliciores notiones irreſolubilia, & per confuſas notiones obvia agnoſcuntur & nominibus ſuis compellantur; ita idem quoque tenendum in analyſibus grammaticis. Etenim hoc minime obſtat, quo minus intellectus perficiatur; ſed ſaltem quo minus magis perficiatur. Succeſſive autem cum ſit perficiendus, ſufficit ne quid committatur, quod incrementis ulterioribus quodammodo officere poſſit. Ceterum non opus eſt, ut horum exercitiorum utilitatem prædicem: qui enim animum ad ante dicta attendit, eandem per ſe videt, modo non hebetior ſit, quam ut ante dicta perſpicere poſſit. Utiliſſimum omnino foret, ſi naturalem cogitandi morem in omnibus, quæ diſcuntur, obſervaremus: ita enim rectus intellectus uſus mirifice conſervaretur & amplificaretur, naturæ conſuetudine ſua continuo capiens incrementa, quæ cum ſingula inſenſibilia ſint, aut, ſi mavis, imperceptibilia, tandem in conſpectum prodeunt.

§. 103.

Impedimentum perficiendi intellectum per Matheſin.

Si quis Geometriæ operam navans definitiones ac propoſitiones magis conſpectu figurarum, quam ſufficiente attentione & reflexione intelligere ſtudet, & in demonſtrationibus animum primo attendit ad concluſiones, & deinde rationem quærit, quam citationes ſuggerunt, vel etiam quod ab autore adjicitur, cur eædem ſint veræ; is nec diſtincte leges veræ methodi cognoſcit, nec genuinam formam demonſtrationis animo concipit, nec rectum intellectus uſum poteſtati ſuæ ſubjicit. Etenim qui definitiones ac propoſitiones magis conſpectu figurarum, quam ſufficiente attentione & reflexione intelligere ſtudet; is nonniſi notiones confuſas adhibet ad res agnoſcendas & propoſitiones intelligendas, minime autem diſtinctas (§. 88. *Log.*), conſequenter non elicit eos actus, qui præcipue ad intellectum pertinent (§. 275. *Pſych. empir.*). Similiter ſi quis ad concluſionem primum animum attendit, ac deinde ſollicitus eſt de ratione, cur ea ſit vera, quam per propoſitionem citatam, vel in medium adductam attentione adhibita ſibi perſpicere videtur, & eodem modo pergit, nulla attentione ad concatenationem ratiociniorum allata; is nec actus intellectus eo ordine elicit, quo recte ratiocinando fieri debet (§. 359. *& ſeqq. Pſych. empir.*), nec quomodo ratiocinia concatenentur perſpicit. Quamobrem cum leges veræ methodi exigant accuratas definitiones (§. 116. *Diſc. prælim.*) & propoſitiones determinatas (§. 121. *Diſc. prælim.*), eo ordine collocatas, ut definitiones præmittantur, per quas explicandæ ſunt ſequentes (§. 119. *Diſc. prælim.*) & propoſitiones præcedant, per quas ſequentes demonſtrantur (§. 132. *Diſc. prælim.*), in demonſtrationibus autem ſingulæ propoſitiones eo ordine collocari debeant, quo ſubeunt animum demonſtrationem concipientis (§. 124. *Diſc. prælim.*): qui

qui Geometriæ operam navans definitiones ac propoſitiones magis conſpectu figurarum, quam ſufficiente attentione & reflexione intelligere ſtudet, & in demonſtrationibus animum primum attendit ad concluſiones, deinde rationem quærit, quam citationes ſuggerunt, vel etiam quæ ab autore adjicitur, cur eædem ſint veræ, is diſtincte leges veræ methodi non cognoſcit. *Quod erat primum.*

Et quoniam actus intellectus in demonſtrationibus concipiendis non eo ordine elicit, quo recte ratiocinando fieri debet, conſequenter non animadvertit, concluſiones per ſyllogiſmum inferri, nec quomodo ratiocinia ſeu ſyllogiſmi concatenentur perſpicit, *per demonſtrata*, forma autem demonſtrationis in concatenatione ſyllogiſmorum conſiſtit, quorum præmiſſæ ſunt definitiones, experientiæ indubitatæ, axiomata & propoſitiones jam antea demonſtratæ (§. 498. *Log.*); qui Geometriam eo modo addiſcit, quem ſumſimus in propoſitione præſente, genuinam demonſtrationis formam animo non concipit. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum rectus intellectus uſus in eo conſiſtat, ut ſinguli ejus actus eo ordine eliciantur, quo ad definitiones & propoſitiones intelligendas & ad recte ratiocinandum atque ratiocinia concatenandum ſeſe invicem ſequi debent, id autem minime fit, ſi Geometria eo modo addiſcatur, qui in propoſitione præſenti ſumitur, *per demonſtrata*; in hypotheſi propoſitionis præſentis rectus quoque intellectus uſus diſtincte non agnoſcitur, conſequenter nec poteſtati noſtræ ſubjicitur. *Quod erat tertium.*

Ex propoſitione præſente patet, cur non omnes, qui Geometriæ addiſcendæ operam navant, veræ methodi leges ſatis cognoſcant, & cur genuinæ demonſtrationis formam ignorent, etiamſi

etiamſi præclaros in Matheſi fecerint progreſſus. Immo hinc porro patet, cur ipſe *Carteſius* & *de Tſchirnhauſen* nullum ſyllogiſmo locum in demonſtrando concedere voluerint, quaſi ſyllogiſmi puerorum uſui ſaltem inſerviant, immo *Lockius*, etſi Matheſeos ſtudium ad perficiendum intellectum maximopere commendet, hoc tamen non obſtante ſyllogiſmos ad ratiocinia nugatoria referat, quaſi iisdem ſemper idem probetur per idem. Nec amplius mirabimur, cur *Carteſius* ſuadente *Merſenno* demonſtrationem, quam de Deo ſe dediſſe prætendebat, in formam demonſtrationis geometricæ redacturus talia in medium protulerit, quæ a methodo *Euclidea* prorſus abhorrent, non ſecus ac ſi ab eo prolata fuiſſent, qui eandem nonniſi per transennam conſpexit. Nimirum modus ille addiſcendi Geometriam communis eſt, quem in propoſitione præſenti ſumſimus, & nobis ipſis multum negotii faceſſit, antequam genuinas methodi leges intime perſpicere poteramus. Quamvis itaque negare non poſſimus, iſto etiam pacto intellectum aliquatenus perfici, ut uſus ejusdem fiat facilior & eodem rectius utamur aliis, niſi de iis nobis judicium ſumamus, quæ non intelligimus, extra ſphæram noſtram progreſſi; ipſa tamen experientia confirmat, quantopere adhuc hallucinentur, qui confuſa methodi idea hoc modo acquiſita regularum loco utuntur. Ceterum notandum eſt, quando vulgo admodum vage dicitur ſtudio Matheſeos perfici intellectum, id ita eſſe intelligendum, ut, ſi duo eodem ſtudio ac labore verſentur in aliqua diſciplina, vel certo cognitionis genere, quorum unus in Matheſi induſtriam ſuam exercuit, alter ne quidem primis labris eandem deguſtavit, & cetereroquin dotibus naturalibus fuerint pares, illum hoc accuratius diſcutere poſſe ea, quæ ad diſciplinam iſtam vel iſtud cognitionis genus pertinent, & facilius in iis addiſcendis progredi poſſe. Quamobrem oppido falluntur, qui ſibi perſuadent, ſe eodem acumine diſcernere poſſe verum a falſo in iis diſciplinis, in quibus prorſus ſunt alieni ac hoſpites. Multo magis autem falluntur, ſi, neglecta veterum Geometrarum methodo, in calcu-

culis algebraicis tantummodo ætatem omnem conſumſerunt. Præjudicium iſtud clarius eluceſcet, quando deinceps de ſcientia acturi ſumus.

§. 104.

De ſtudio diſciplinarum vulgari.

Si quis diſciplinas perdiſcit ex libris, in quibus vel prorſus deſunt definitiones, vel quæ dantur non ſunt ſatis exactæ, in propoſitionibus adhibentur termini nondum explicati, & ipſæ propoſitiones non rite determinantur, ut ſcilicet per notionem ſubjecti determinetur prædicatum, nec probationes earundem ex notione ſubjecti per legitima ratiocinia derivantur, aut experientia indubitata confirmantur, in probationibus autem aſſumuntur, quæ nondum ſunt ſufficienter probata, aut independenter ab iis ſaltem in ſequentibus demonſtrantur; is ſtudio ac labore ſuo rectum intellectus uſum minime conſequitur, & multo minus eundem poteſtati ſuæ ſubjicit, immo eundem prorſus pervertit. Etenim ſi libri, ex quibus perdiſcendæ ſunt diſciplinae, ea methodo fuerint conſcripti, quemadmodum ſumitur in propoſitione præſente, a methodo philoſophica, cum methodo mathematica eadem (§. 139. *Diſc. prælim.*), in totum recedit (§. 116. & *ſeqq. Diſc. prælim.*). Quamobrem ea, quæ diſcuntur, nec ſufficienter intelligi, nec evidenter vera agnoſci poſſunt (§. 136. *Diſc. prælim.*). Quoniam itaque rectus intellectus uſus in eo conſiſtit, ut res diſtincte ſibi repræſentet (§. 275. *Pſych. empir.*), conſequenter notiones diſtinctas eorum, quæ cognoſcit (§. 88. *Log.*), ſive ad definitiones pertineant (§. 152. 88. 92. *Log.*), ſive propoſitionibus reſpondeant (§. 520. *Log.*), quarum veritas in determinabilitate prædicati per notionem ſubjecti conſiſtit (§. 524. *Log.*), per demonſtrationem in apricum deducenda (§. 544. *Log.*), vel experientia indubitata manifeſtandi (§. 517. *Log.*); qui diſciplinas perdiſcit ex libris ea me-

thodo conſcriptis, quemadmodum in propoſitione ſumitur, is ſtudio ac labore ſuo rectum intellectus uſum minime conſequitur.

Idem brevius oſtenditur hoc modo. Qui Logicam veri nominis didicit, cujus lapidem lydium dedimus alias (§. 26. *& ſeqq. Log.*), is ſtatim animadvertet, ſi libri ea methodo fuerint conſcripti, quemadmodum in hypotheſi propoſitionis præſentis ſumitur, ubivis contrarium ejus fieri, quod in Logica præcipitur, ut eundo per ſingula id oſtendi minime ſit opus. Quamobrem cum Logica veri nominis dirigat facultatem cognoſcitivam in cognoſcenda veritate (§. 1. *Log.*), conſequenter rectum intellectus uſum doceat; qui diſciplinas perdiſcit ex libris ea methodo conſcriptis, quemadmodum in hypotheſi propoſitionis ſumitur, dum continuo a recto intellectus uſu aberrat, eundem ſtudio ac labore ſuo acquirere nequit. *Quod erat primum.*

Et quoniam continuo a recto intellectus uſu aberrans notionem diſtinctam uſus recti acquirere nequit, conſequenter non intelligit, quomodo eodem ſit recte utendum, ut actus ad eum ſpectantes in caſu quovis recte elicere poſſit; multo minus rectum intellectus uſum poteſtati ſuæ ſubjicit ſtudio ac labore ſuo. *Quod erat ſecundum.*

Immo cum continuo a recto intellectus uſu aberret, iſtiusmodi autem actibus acquiratur habitus intellectu minus recte utendi (§. 430. *Pſych. empir.*); in hypotheſi propoſitionis praeſentis uſus intellectus prorſus pervertitur. *Quod erat tertium.*

Nemo eſt, qui ignoret, libros hactenus in omni ſcientiarum genere non alia methodo fuiſſe conſcriptos, quam quæ in hy-

hypotheſi propoſitionis præſentis ſumitur. Immo in vulgus notum eſt, longe plurimos in ea eſſe opinione, quaſi methodus geometrarum veterum, conſequenter ea, quam Logica veri nominis præſcribit, ſoli Matheſi conveniat: nec deſunt, qui eandem prorſus damnant, neſcio quod periculum veritati in ceteris diſciplinis imminens ſibi imaginantes, provocando ad exemplum *Spinoſæ*, qui Ethicam ſuam methodo mathematica conſcripſit, famoſiſſimi athei nomen unanimi Theologorum conſenſu dudum adeptus. Sunt etiam alii, qui diſciplinarum ſtudium ea methodo difficile reddi arbitrantur, ut diſcentes ejus potius efficiantur deſertores, quam ut ad idem alliciantur. Equidem nunc in Germania noſtra plurima in dies prodeunt ſcripta, quæ methodo mathematica confecta dicuntur; quæ tamen, ut exteri non male judicant, vel externam tantum ſpeciem ejus mentiuntur, vel eandem prorſus deridendam aliis propinant. Deſinas igitur mirari, eos, qui ſtudiis literariis operam dant, rectum intellectus uſum minime conſequi, ſed eundem potius pervertere, ac ideo abſurdas opiniones tanquam pro aris & focis defendere, ſe in iis, quæ nondum intelligunt, acutiores aliis exiſtimare, qui nonniſi omnibus ſatis diſcuſſis certi quid ſtatuunt, poſtquam rectum intellectus uſum in poteſtatem ſuam redegerunt, de iis ſibi judicium ſumere, quæ captum ipſorum longe tranſcendunt & magnum opus aggredi, ad quod gloria, quam affectant, vires dare nequit, quid ferre poſſint humeri, quid ferre recuſent neſcientes. Immo non alia de cauſa videas homines illiteratos in iis, quæ ad ipſorum vitæ genus pertinent, rectius uti intellectu, quam eos, qui doctiſſimi audiunt in illis, quæ ad ipſorum forum pertinent. Sequuntur illi naturalem ordinem in eliciendis operationibus intellectus, quem hic perverſo ſtudendi modo turbarunt infima ſummis miſcentes. Præjudicium illorum, quaſi methodus mathematica ſaltem conveniat Matheſi, jam ante ſuſtulimus (*not.* §. 100.). Quos vero exemplum *Spinoſæ* deterret & metum injicit, ne methodo mathematica uſi in peſſimos incidant errores, iis adhuc demendus eſt metus. Supra

jam monuimus (*not. §. cit.*) & modo diximus, non omnes methodo mathematica revera uſos eſſe, qui eadem ſe uſos eſſe prætendunt, & de *Spinoſa* in ſpecie jam oſtendimus, cum *Spinoſiſmum* confutaremus (§. 671. *& ſeqq. part. 2. Theol. nat.*), quantum impegerit in leges methodi mathematicæ tam in definiendo, quam in demonſtrando. Præterea probe notandum eſt, ſi ſumas definitiones, quarum realitatem non evicisti, aut falſas quasdam propoſitiones absque probatione, vel ſaltem non ſufficienter probatas, te nonniſi ſyſtema errorum condere, etiamſi in demonſtrando leges veræ methodi rigoroſius obſerves, quam *Euclides*, vel *Archimedes*, ut nimirum demonſtrationes ſingulæ ſint tales, quas conſummatas appello (§. 855. *& ſeq. Log.*). Aſt leges methodi violat, qui definitiones admittit in numerum principiorum demonſtrandi, quarum realitatem nondum evicit, & qui pro vero ſumit, quod ſufficienter probatum non eſt. Vera igitur methodus non ſeducit in errores, ſed violatio ejusdem culpæ utentis tribuenda. Sane *Euclides* via demonſtrationis non incidit in errores, quia definitionum nominalium realitatem demonſtravit, nec absque probatione ſumſit, quæ absque ea ſumi minime poterant, conſequenter quia veræ methodi legem nullam violavit. Qui denique argutantur, methodo mathematica ſtudium diſciplinarum reddi difficile; iis ſufficere poterat reſponſio, quod non detur via regia ad ſcientiam, conſequenter quod difficultas pro nulla habenda ſit, ſine qua veritas certo cognoſci nequit: attamen id probe notandum eſt, initio ſaltem rectum intellectus uſum, qui naturæ animæ maxime convenit, difficilem apparere, quia ad cognitionem univerſalem adſpiranti inſuetus eſt, omnem autem difficultatem evaneſcere, ubi eidem adſuevimus. Immo adſuetis difficilia ſunt ſcripta reliqua, quia ubivis occurrunt, quæ non ſatis intelliguntur, & quorum veritas extra omnem dubitationis aleam poſita non eſt, ut hæſitent, utrum aſſenſum dare, an denegare debeant. Nec alia de cauſa contingit, ut in Matheſi verſati ceteras diſciplinas faſtidiant, & qui has perdidicerunt, antequam ad Matheſin animum

mum appellerent, in ſcepticiſmum facile prolabantur: id quod deinde a Mathematum ignaris perperam Matheſi imputatur, quod vitio methodi in diſciplinis aliis erat tribuendum, & ipſos Mathematicos atheiſmi ſuſpectos reddit, ita ut non deſint, qui neſcio quæ maledicta in Matheſin congerant, & elementa *Euclidis*, pretioſiſſimum antiquitatis monumentum, ex toto orbe extirpata mallent, qui tamen fidiſſimus dux eſt ad rectum intellectus uſum poteſtati noſtræ ſubjiciendum (§. 99.), Tantum veſaniam ſuadere potuit indocta pietas! Aliter profecto de Matheſeos neglectu *Melanchthon*, Theologus doctus, moderatus & pius, quemadmodum alibi (*ad præfat. Element. Matheſ. univ*) me monuiſſe memini, qui de eodem conqueſtus eidem tribuit, quod in Eccleſia ſpargantur & defendantur opiniones abſurdæ & confuſaneæ, ex quibus magna certamina & magnæ diſſenſiones exiſtunt, quorum nullus erit finis, niſi juventus ad veram ſtudiorum rationem ope demonſtrationum geometricarum revocetur, ſine quarum cognitione nemo, ut candide ac recte pronunciat, erit artifex methodi.

§. 105.

Qui ſtudio Matheſeos & verioris philoſophiæ intellectum perfecit & genuinam Logicam didicit; is intellectum ulterius perficere poteſt legendo ſcripta modo vulgari confecta. Qui enim Logicam genuinam didicit, is novit regulas, juxta quas dirigendus intellectus, ut rectum ejus uſum facere poſſit (§. 101.) Quodſi præterea ſtudio Matheſeos & verioris philoſophiæ eundem perfecit, habitum ſibi comparavit rectum intellectus uſum faciendi (§. 99. 100.), conſequenter regulas logicas recte applicandi. Quamobrem cum in libris vulgari more conſcriptis continuæ fere occurrant aberrationes a regula, ac ideo nunc obſcuritas inſit dictis, ut ea vel prorſus intelligi nequeant, vel non ſatis intelligantur, vel ambi-

Quid libri methodo accurata non conſcripti ad perficiendum intellectum conferre poſſint.

guæ ſint interpretationis, nunc notiones fingantur deceptrices, nunc rationes afferantur, quæ vel nullæ ſunt, vel ſaltem non ſufficiunt, nunc opiniones defendantur abſurdæ, nunc falſum pro vero, minus probabile pro probabili venditetur, nunc probationes afferantur, quæ non evincunt, quod erat probandum, & quæ ſunt his gemina, quemadmodum methodi artifex libros iſtiusmodi perlegens ſatis ſuperque deprehendit; ideo qui ſtudio Matheſeos & verioris philoſophiæ intellectum perfecit & genuinam Logicam didicit, non modo diſtincte agnoſcit, quot modis a regulis Logicæ aberrari poſſit, verum etiam rationem perſpicit, cur ita aberretur, conſequenter ab iſtis aberrationibus ſibi cavere diſcit. Quamobrem cum ad perfectionem intellectus utique pertineat, ne a regularum obſervantia, in qua rectus ejus uſus conſiſtit, aberretur, vel non eliciendo actus ad eundem neceſſarios, vel hiſce contrarios (§. 198. 209. *part. 1. Jur. nat.*); qui ſtudio Matheſeos & verioris philoſophiæ intellectum perfecit & genuinam Logicam didicit, intellectum ulterius perficere poteſt legendo ſcripta modo vulgari confecta.

Ipſa hypotheſis propoſitionis præſentis inſinuat, exercitia hæc non convenire niſi illis, qui rectum intellectus uſum ſatis familiarem experiuntur, & habitu pollent regulas genuinæ Logicæ dextre applicandi: alias enim ad ea minus apti ſunt, immo verendum, ne, dum aberrationes aliorum a regula cognoſcere ſtudent, iisdem ipſimet aſſuefiant. Præterea notandum eſt exercitiorum horum cauſa non eligendos eſſe libros, in quibus agitur de rebus ad iſtiusmodi diſciplinas ſpectantibus, in quibus prorſus peregrini ac hoſpites ſumus ignari eorum, quæ ab autore recte præſupponuntur: id enim perinde foret, ac ſi quis intellectus perficiendi cauſa eligere velit inſtitutiones aſtronomicas, cum elementa Geometriæ neſciret. Quam-

vis

vis vero hoc adeo abſurdum ſit, ut Mathematum peritis abſurditas ſtatim in oculum incurrat; videas tamen ſubinde Mathematicos in calculo ſupra alios eminentes, qui judicium ſibi ſumunt de rebus metaphyſicis abſtruſiſſimis, cum tamen Metaphyſicam ne primis quidem labris deguſtaverint, & primorum hujus diſciplinæ principiorum prorſus ignari ſint: id quod non alia de cauſa contingit, quam quod Matheſin eo pertractaverint modo, quo intellectum perfici non poſſe oſtendimus, ut rectum ejus uſum conſequamur & poteſtati noſtræ ſubjiciamus (§. 103.), nec genuinam didicerint Logicam, ut regulas recte utendi intellectu diſtincte cognoſcerent (§. 101.) Iidem nimirum neſcio quod lumen internum ſibi imaginantur quaſi cœlitus affuſum, quo intellectus perfuſus videat, quæ aliorum oculis ſubducuntur, ſufficiens ad abſtruſiſſima quæque pervidenda. Veritatem propoſitionis præſentis abunde confirmant cenſuræ præcoces eorum, qui, ubi nondum ſatis concoquerunt, quæ didicerunt, ab aliis recte tradita perſtringunt, etſi nondum intellecta, aut intellecta non ſatis, eademque emendare volunt, infelici ſane ſucceſſu. Arduum enim hoc aggrediuntur opus, antequam ſtudio Matheſeos habitum recte utendi ſibi comparaverunt, & regulas veræ Logicæ poteſtati ſuæ ſubjecerunt; immo earundem prorſus adhuc ignari, vel ipſas regulas Logicæ acumine, quod ſomniant, ſuo miſere corrumpentes, utpote lapide Lydio verioris Logicæ deſtituti, de quo diximus alias (§. 26. *& ſeqq. Log.*). Id præterea notandum eſt praxi huic non convenire libros, in quibus tantummodo definitiones & propoſitiones nonnullæ recenſentur, non eo ordine collocatæ, qui ſcientiis convenit (§. 132. *Diſc. prælim.*), ſed unicuique illarum locum ſuum aſſignant in eo capite, cujus inſcriptioni ea convenire videtur. Hiſce enim autoribus non aliud propoſitum eſt, ſaltem eſſe nequit, ſi vel maxime ex inſcitia aliud intendant, quam ut memoriam diſcentium onerent talibus, quæ non intelligunt, ſaltem non intelligunt ſatis, & quorum veritatem perſpicere nequeunt. Non penitus damnamus hujus farinæ libros,

Marco, di Adriano padre, accanto alcui sidedeva di sua
mano, e di Antonino Pio, e di Faustina sua moglie, e
madre di Marco, e di Lucio Vero, e di Commodo, e
di Crispina sua moglie, e di Giulia Domna moglie di
esso Severo, e di Geta suo secondo figliuolo, e di Plau-
tilla moglie di Caracalla, e di Giulia Mesa, e di Giulia
Soemia madre di Eliogabalo, e di Giulia Mammea
madre di Alessandro Severo, e di Giulia Paola moglie
di Eliogabalo, e di Orbiana moglie di Alessandro Se-
vero, e di Giulia Avita, e in fine nel medesimo fo-
glio, e nel seguente, di Filippo padre, e di Filippo
figliuolo, e di Otacilia moglie di Filippo padre, e di
Erennia Etruscilla moglie di Decio, e di Erennio Etru-
sco figliuolo di Decio, e di Ostilio, con tutti quanti
gli altri Imperadori, e Imperadrici, che vi sono fino
a Costantino Magno, e a Costantino Giovane, e a Co-
stanzo, e a Costante, e a Costanza, e a Elena, e a Fau-
sta, e a Costanzo Cloro, e a Teodora, e a Massimiano
Erculeo, e a Massenzio, e a Valeria, e a Massimino
Daia, e a Severo, e a Galerio Massimiano, e a Licinio
padre, e a Licinio figliuolo, e a Costantino, con tutti
quanti gli altri Imperadori, e Imperadrici, che vi so-
no fino a Valentiniano, e a Valente, e a Graziano.

Jo. de Cam. de re Num. lib. 1. cap. 1.

Il medesimo Autore afferisce nel medesimo luogo, che Giulio Cesare fu il primo, che facesse battere monete d'oro, e d'argento, e di rame, e che Augusto fu il primo, che facesse battere monete di bronzo, e che Tiberio fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Nerone fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Vespasiano fu il primo, che facesse battere monete di bronzo, e che Adriano fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Antonino Pio fu il primo, che facesse battere monete di oro, e che Commodo fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Caracalla fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Eliogabalo fu il primo, che facesse battere monete di bronzo, e che Alessandro Severo fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Filippo padre fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Decio fu il primo, che facesse battere monete di rame, e che Ostilio fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Valeriano fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Gallieno fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Claudio fu il primo, che facesse battere monete di bronzo, e che Aureliano fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Probo fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Carino fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Numeriano fu il primo, che facesse battere monete di bronzo, e che Diocleziano fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Massimiano Erculeo fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Costanzo Cloro fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Galerio Massimiano fu il primo, che facesse battere monete di rame, e che Licinio padre fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Licinio figliuolo fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Costantino fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Costanzo fu il primo, che facesse battere monete di bronzo, e che Costante fu il primo, che facesse battere monete di piombo, e che Costanza fu la prima, che facesse battere monete di oricalco, e che Elena fu la prima, che facesse battere monete di argento, e che Fausta fu la prima, che facesse battere monete di rame, e che Teodora fu la prima, che facesse battere monete di piombo, e che Valentiniano fu il primo, che facesse battere monete di oricalco, e che Valente fu il primo, che facesse battere monete di argento, e che Graziano fu il primo, che facesse battere monete di bronzo.

eos pro lubitu elicere nequit. Quamobrem cum opinione ſibi perſuadeat, ſe rectum intellectus uſum facere, quando non facit; vires ſuas ſufficere arbitratur ad ea cognoſcenda & dijudicanda, ad quæ minime ſufficiunt. *Quod erat primum.*

Contra qui vires ſuas ſufficere arbitratur ad ea cognoſcenda & dijudicanda, ad quæ cognoſcenda & dijudicanda non ſufficiunt, is ſibi videtur rectum intellectus uſum facere, quando non facit, conſequenter ignorat, quinam præciſe actus ſint hic & nunc eliciendi & quo ordine elici debeant. Quamobrem cum rectus intellectus uſus in eo conſiſtat, ut in dato caſu eliciantur actus ad cognitionem rei neceſſarii (§. 198. *part. 1. Jur. nat.*); rectum intellectus uſum animo diſtincte non comprehendit, qui ad ea cognoſcenda & dijudicanda vires ſuas ſufficere arbitratur, ad quæ non ſufficiunt. *Quod erat ſecundum.*

Denique ſi quis magno ſtudio multaque opera addiſcit ea, quæ ab aliis intellectu recte utentibus tradita ſunt, confuſam quandam ideam intellectu recte utendi acquirit, juxta quam ſi ulterius pergit in eo ſcientiarum genere, in quo eandem acquiſit, ea cognoſcere poteſt, quæ a principiis antea cognoſcendis, quam detur progreſſus ad ulteriora, longius remota ſunt, ac ideo in iſto ſcientiarum genere præclara præſtare poteſt, hoc eſt talia, ad quæ non unicuique facilis eſt acceſſus. Quoniam tamen ulteriori progreſſu idea iſta confuſa recte utendi intellectu, deficiente quippe attentione & reflexione ad eandem, cum de eo non cogitet (§. 237. 257. *Pſych. empir.*), non efficitur diſtincta (§. 716. *Log.*); rectum intellectus uſum animo diſtincte non comprehendit. Quamobrem contingit, ut vires ſuas ſuffi-

non videntur ad ea pertinere quæ de Mercurio, qui apud Gallos præcipue colitur, ab auctoribus traduntur. Cæsar enim dicit, Mercurium esse inventorem artium, ducem itinerum atque negotiorum, apud eosque tantum habere ad quæstum pecuniæ mercaturasque vim.

Tres alios præterea deos Gallos colere dicit, quorum quidem unum Apollinem, alterum Martem, tertium Jovem nominat. Quæ autem de his tradit, ea ad eorum vim ac naturam, quam Gallis tribuit, non videntur pertinere. Nam Apollinem morbos depellere, Martem bella regere, Jovem imperium cœlestium tenere, quæ ad eorum nomina fingit, ea ne ad Romanos quidem, nedum ad Gallos, pertinent. Quæ autem de Dite patre dicit, ea ad Gallos pertinere videntur. Nam Dis patris, inquit, omnes Galli prædicant se esse progenitos, idque a Druidis proditum dicit. Quæ cum ita sint, non videtur ab ea religione, quam Gallis tribuit, abhorrere, ut Dis patris animæ hominum putentur, atque ad eum post mortem commigrare. Quæ autem de Dite patre dicit, ea ad Gallos pertinere videntur. Nam Dis patris, inquit, omnes Galli prædicant se esse progenitos, idque a Druidis proditum dicit. Quæ cum ita sint, non videtur ab ea religione, quam Gallis tribuit, abhorrere, ut Dis patris animæ hominum putentur, atque ad eum post mortem commigrare.

ōmnes, cum tamen eodem male, immo peſſime haud raro utantur, ſpeciem acuminis præ ſe ferentes, quo decipiunt ignaros atque incautos? Quod vero perperam colligatur, ſi quis in uno quodam ſcientiarum genere excellit, eum eſſe aptum in quolibet alio ſcientiarum genere ad veritatem dijudicandam; exempla docent Mathematicorum, præſertim Geometrarum calculis algebraicis tempus omne terentium, quando ſibi judicium ſumunt de iis, in quibus ex calculo nullum præſidium petere licet. Docent idem exempla aliorum eruditorum, qui, cum quodammodo in ſuo genere intellectu uti poſſint, de rebus omnibus extra ſphæram ſuam poſitis ſibi judicium ſumunt & nunc inter inutiles nugas referunt ea, quæ non intelligunt, & quorum utilitatem proſpicere nequeunt, nunc ſubtilitates inanes appellent, ſi quorum differentiam non capiunt, aut cur a ſe invicem diſtinguenda ſint neſciunt, nunc impoſſibile pronunciant, quod quomodo fieri poſſit ignorant, ut alia iſtiusmodi judicia præcipitata ob defectum recti uſus intellectus taceamus. In eundem cenſum veniunt, qui ſe ad omne officium civile aptos exiſtimant, ſi præter jus civile nihil didicerunt. Huc etiam pertinent JCti, aut, ſi mavis, Juris Doctores, qui ſtudioſis Juris perſuadere conantur, quaſi in addiſcenda philoſophia tempus fallant & oleum atque operam perdant, cum tamen dudum rectius judicaverit *Cicero*, non ex duodecim tabulis, nec ex edictis prætorum (adde: nec ex opinionibus doctorum), ſed penitus ex intima philoſophia juris ſcientiam hauriendam eſſe: cujus judicii veritatem abunde evicimus in opere vaſto Juris naturæ & Gentium, ac hebetioribus palpandam dedimus in Inſtitutionibus Juris naturæ & gentium. Quidni etiam in eundem cenſum referas eos, qui Theologi audiri volunt, ac philoſophiæ uſum in Theologia non modo nullam eſſe contendunt, verum etiam prorſus damnant, cum tamen dudum Theologi alii auditoribus ſuis inculcaverint, philoſophum plura videre in ſcriptura ſacra, quæ philoſophiæ ignarorum viſum effugiunt, quos inter ſolum *Neumannum*, Inſpectorem quondam Eccleſiarum & Scho-

tum Tribunalium dignitate confulat ordinem & Ad. Anno
Senatum, ut ipfe ordo Senatui, Senatus Principi 1548.
ac Reipublicæ, Princeps Deo & Reipublicæ ſuæ
ſervire poſſit. Quod ut fiat, ſtatuimus & ordi-
namus, ut omnes, tam in ſecundum quam primum
Tribunal, ſecundum ordinem, quo ſunt ſcripti,
ſuccedant, ſi quis autem ex ſcriptis ſine legitima
cauſa ſuccedere recuſaverit, ſcriptus ultimo loco
ponatur.

De ordine ſuccedendi in Tribunalibus.

Ad ordinem hunc nobis præſcriptum non obſtante, quod Ordinatio Caroli V. Imperatoris de anno 1548. ſtatuat, ut Aſſeſſores Camerales ex Nobilibus, Comitibus & Baronibus, ſi fieri poſſit, eligantur, ut ſcilicet ex Nobilibus Nobiles judicent (cf. cap. 30. §. 1. n. 3.), ſtatuimus & ordinamus, ut ſi quis ex Nobilibus, Comitibus & Baronibus ſcriptus ſit, ſuccedere debeat, ſi ſine legitima cauſa ſuccedere recuſaverit, ultimo loco ponatur. Quod ſi ſcripti ſint Nobiles, Comites & Barones, ſi fieri poſſit, ut ſcripti ſunt, ſuccedant, ſi ſine legitima cauſa ſuccedere recuſaverint, ultimo loco ponantur.

Ad ordinem hunc nobis præſcriptum non obſtante, quod Ordinatio Caroli V. Imperatoris de anno 1548. ſtatuat, ut Aſſeſſores Camerales ex Nobilibus, Comitibus & Baronibus, ſi fieri poſſit, eligantur, ut ſcilicet ex Nobilibus Nobiles judicent (cf. cap. 30. §. 1. n. 3.), ſtatuimus & ordinamus, ut ſi quis ex Nobilibus, Comitibus & Baronibus ſcriptus ſit, ſuccedere debeat, ſi ſine legitima cauſa ſuccedere recuſaverit, ultimo loco ponatur. Quod ſi ſcripti ſint Nobiles, Comites & Barones, ſi fieri poſſit, ut ſcripti ſunt, ſuccedant, ſi ſine legitima cauſa ſuccedere recuſaverint, ultimo loco ponantur.

ignorantiam eorum, quæ nobis cognita eſſe debent, ut recte judicemus, & per conſequens recte agamus. Qui enim intellectu recte uti didicit, is etiam novit, quænam tanquam cognita præſupponantur, ut verum de eo, quod agendum, judicium ferre poſſit, nec in judiciis diſcurſivis ſumit principia, quorum veritatem nondum perſpexit. Patet præterea in propoſitione præſente potiſſimum reſpiciendum eſſe ad actiones illorum, qui non ex præſcripto agunt, ſed quorum judicio relinquuntur, quæ agenda ſunt. Quanto majus momentum ea habent in Rep. eo majora quoque dantur damna, ſi rectus intellectus uſus deficiat. Damna iſta abunde patent, ſi quis animum attendere velit ad ea, quæ ubivis obvia ſunt; ipſa enim damna in oculos incurrunt & non recte judicantium inſcitiam produnt. Conſulto igitur iis recenſendis ſupersedemus. Sed ne deſit exemplum, unum ſaltem commemorare lubet. Si Profeſſores in Academiis, quorum eſt formare ſtudia juventutis, ut ad officia publica rectè obeunda efficiantur apti, rectum intellectus uſum in poteſtate ſua minime habent, ex eorum diſciplina proficiſcuntur in patriam ipſis ſimiles, recto nimirum intellectus uſu minime pollentes & neſcientes ea, quæ ſcire debebant. Inde contingit, ut Theologiæ Profeſſores corrumpant Eccleſiam atque Scholas, ceteri autem Rempubl. quamvis etiam damna Eccleſiæ & Scholis data obſcure per Rempubl. ſerpent. Plurimum itaque intereſt tam Eccleſiæ, quam Reip. ut ſtudioſa juventus in academiis ad rectum intellectus uſum perducatur, & in ſcholis inferioribus tam pueri, quam adoleſcentes ad eundem præparentur. Ceterum propoſitio præſens motivum eſt perficiendi intellectus iis, qui curæ cordique habent, ut officio publico in Eccleſiæ ac Reip. utilitatem fungi poſſint, & quos recte agendi gloria delectat. Damna vero, quæ dantur per inſcitiam, ſignum ſunt deficientis recti intellectus uſus. Quamobrem ut ad intellectum perficiendum incitantur juvenes, ipſis inſtillandus eſt recte agendi amor: id quod hoc in loco nondum diſtinctius exponi poteſt.

§. 108.

De iis, qui Logicam artificialem inutilem eſſe exiſtiment.

Qui Logicam artificialem inutilem eſſe exiſtimant, aut docentem genuinam non didicere, aut utente non pollent. Etenim Logicæ artificialis nullam eſſe utilitatem ſi quis exiſtimat, is inutilitatem ſe experiri arbitratur, aut ita ſentientibus autoritate ipſorum commotus calculum ſuum adjicit. Enimvero qui Logicæ artificialis inutilitatem ſe experiri arbitrantur, illi vel Logica utente deſtituuntur, vel docentem didicere, quæ regulas dirigendi facultatem cognoſcitivam non diſtincte explicat (§. 25. *Log.*), conſequenter quæ genuina non eſt (§. 28. *Log.*). Quamobrem qui Logicam artificialem inutilem eſſe exiſtimant, aut docentem genuinam non didicerunt, aut utente non pollent. Per ſe autem patet, quod genuinam non didicerit, conſequenter nec habitu eandem applicandi, hoc eſt, utente (§. 12. *Log.*), polleat, qui autoritate aliorum commotus Logicam artificialem inutilem pronunciat.

Logicæ inutilitatem nemo accuſare poteſt, niſi qui exiſtimat, eam ſibi nullius eſſe uſus, aut ſe vel alios intellectu recte uti poſſe, etiamſi Logicam non didicerit, aut qui ab aliis dicta pro vero habet. Etenim ſolenne eſt plerisque, ut inutile pronuncient id omne, cujus utilitatem nullam proſpiciunt. Illi igitur propria nituntur experientia; horum credulitas in experientiam illorum reſolvitur. Quodſi quis Logicam didicit genuinam, aut genuinam non recte didicit, aut de habitu eandem dextre applicandi ſibi comparando minime ſollicitus fuit. Ne nobis patiamur obtrudi Logicam adulterinam pro genuina; ideo dedimus Logicæ genuinæ criteria (§. 26. *& ſeqq. Log.*), quæ ſi quis difficiliora experitur, quam ut ex iis de pretio Logicæ ejus, quam didicit, ſtatuere poſſit; is judex minime competens eſt, quando de utilitate Logicæ pronuncian-

cianda ſententia. Quodſi quis argutetur, ſufficere Logicam naturalem, immo naturalem artificiali longe præferat, is ea, quæ dicit, ipſemet non ſatis intelligit, cum Logica artificialis docens non ſit niſi diſtincta Logicæ naturalis explicatio (§. 11. *Log.*), conſequenter non differat naturalis ab artificiali, niſi quemadmodum confuſa notio ejusdem rei a diſtincta, ut ideo perinde ſit, ac ſi aſſereret, non opus eſſe in diſciplinis notionibus diſtinctis, ſed ſufficere confuſas, immo rerum cognitionem confuſam diſtinctæ præferendam eſſe: quod nemo affirmaverit niſi qui expertus nondum eſt, quantum præſtent notiones diſtinctæ confuſis, & ignorat, quod proprie loquendo intellectus non ſit niſi facultas res diſtincte cognoſcendi (§. 275. *Pſych. empir.*). Ut quis Logicam recte diſcat, non ſufficit, ut regularum, quæ in ea traduntur, notitiam ſibi comparet, ſed earundem quoque veritatem agnoſcere tenetur. Ac ideo easdem demonſtravimus, ne, quod Logica aliis diſciplinis præſtare vult, in eo ſibimetipſi deſit. Atque hoc pacto præcavebitur, ne quis Logicæ tribuat, quod impotentiæ eandem ad praxin transferendi erat imputandum, ſimulque obtinebitur, ut ad habitum eandem ad praxin transferendi acquirendum incitetur, nonniſi multo ſtudio atque labore, nec niſi ſucceſſive comparandum (§. 1234. *Log.*). Agnoſcet nimirum veritatis regularum Logicæ convictus earundem utilitatem, ſed impotentiæ ſuæ easdem ad praxin transferendi ſibi conſcius eandem ſibi adhuc inutilem judicabit, etſi vix fieri poſſit, ut nullam prorſus ejus utilitatem experiatur, modo ſibi caveat, ne ex ſe de aliis omnibus ſtatuat, quemadmodum vulgo fieri ſolet. Ab hac præcipitantia in judicando autem facile ſibi cavebit, ſi animum attendit ad ea, quæ in Logica didicit. Cum in parte altera Logicæ ejus uſum ampliſſimum demonſtraverimus, Logicam vero qui recte addiſcere vult, partem ejus practicam negligere non debeat; qui Logicam recte didicit utilitatem ejus ignorare nequit. Juvenes in academia ab initio ſtudiorum ſuorum Logicæ operam navant, & plerumque aliis diſciplinis perdiſcendis una incumbunt, veluti Juri civili. Quodſi

ergo

ergo contingat, quemadmodum vulgo fieri ſolet, a docentibus non obſervari methodum, quam Logica præſcribit, nullam ejus in aliis addiſcendis utilitatem experiuntur, ac per conſequens ſibi perſuadent, quaſi nulla ſit Logicæ utilitas, ſed ea tantummodo addiſcatur in ſpem futuræ oblivionis. Atque hoc tanto facilius ſibi perſuadent, ſi docentis accedat autoritas. Quamobrem utile foret, ut ante Geometria eo modo pertractaretur, quo intellectus perficitur (§. 99.), ut non modo ideam quandam, etſi nondum ſatis diſtinctam, genuinæ Logicæ animo imprimerent (§. 26. *Log.*), verum etiam habitum quendam Logicæ præcepta ad praxin transferendi ſibi compararent diſcentes, quemadmodum jam ſupra monuimus (*not.* §. 101.). Recta ſtudendi methodus adhuc admodum rara eſt, nec in diſcentium poteſtate, quamdiu deſunt docentes, qui officio ſuo ex aſſe ſatisfacere norunt. Quodſi objicias, dari etiam Mathematicos, inprimis Geometras maximos, qui Logicam artificialem contemnunt, hoc tamen non obſtante continuo eruere veritates in profundo maxime latentes; haud difficilis eſt reſponſio. Cum in Matheſi regulæ genuinæ Logicæ obſerventur, quæ extra eandem in aliis diſciplinis negliguntur (§. 26. *Log.*); qui Matheſin addiſcit, per exempla genuinæ Logicæ uſum acquirit, ut ſecundum regulas agat, quas ſaltem diſtincte non cognoſcit, quemadmodum qui Arithmeticam practicam per exempla addiſcunt, ſecundum easdem regulas operantur, quæ in Arithmetica præſcribuntur, utut regulas iſtas diſtincte explicatas non didicerint, nec in computando, quando ex habitu agunt, earum ſibi ſint conſcii, & ſicuti vulgus judicat ſecundum notiones communes, quas *Euclides* in numerum axiomatum retulit, quamvis confuſæ tantummodo ipſis ſint notiones, nec terminis abſtractis diſtincte enunciatæ ab eodem intelligantur. Accedit quod in Matheſi, ubi imaginationis multæ ſunt partes in præcavendis aberrationibus intellectus a vero tramite tum propter objectum imaginarium, circa quod verſatur, tum quia imaginatio figurarum conſpectu plurimum juvatur, & figuræ ac numeri

ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΗ, ἢ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙ ΘΕΩΝ, ἱερῶν, καὶ ἑορτῶν, καὶ θυσιῶν, καὶ ἀγώνων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν εἰς τὴν θρησκείαν αὐτῶν ἀνηκόντων. Antiquitates Graecae, sive de Diis, Templis, Festis, Sacrificiis, Ludis, et caeteris omnibus, quae ad Religionem Graecorum pertinent. Auctore Nicolao Pagio. Genevae, sumptibus Samuelis Chouet, 1685. 8. pp. 1-8. 1-1000. 1-16. Ind. 1-4. Tab. 1-3.

Nicolaus Pagius, Petri Pagii Gallici Theologi filius, natus Aquis Sextiis in Provincia, anno 1654. Mense Octobri, Genevae Philosophiae Professor, ibique mortuus anno 1721. Mense Augusto. Hujus Opus, quod Antiquitatum Graecarum nomine inscribitur, ex Ciceronis Oratore, Lib. III. cap. 33. Quis enim non videt, quae sit in Oratore, quae in Historia, quae in Poëmate, quae in Philosophia, quae in Antiquitatibus, quae in Civili scientia, quae in Rhetorica, quae in Epistolis, quae in Sermone, quae in Sententiis, quae in Verborum delectu, quae in Compositione, quae in Numero, quae in Varietate, quae in Gravitate, quae in Lenitate, quae in Exercitatione, quae in Memoria, quae in Actione, quae in Gestu, quae in Vultu, quae in Oculis, quae in Ipso denique Risu, Decora sint? Ubi vero Antiquitates Graecae? Ubi Romanae? Ubi Sacrorum, ubi Sacerdotum, ubi Augurum, ubi Auspiciorum, ubi Fulgurum, ubi Prodigiorum, ubi Religionum, ubi Fanorum, ubi Sacrificiorum, ubi Ludorum, ubi Caeremoniarum, ubi Sacrarum, ubi Profanarum, ubi Publicarum, ubi Privatarum, ubi Locorum, ubi Agrorum, ubi Urbium, ubi Moenium, ubi Portuum, ubi Navium, ubi Classium, ubi Militiae, ubi Imperii, ubi Triumphorum, ubi Foederum, ubi Pacis, ubi Belli, ubi Jurisconsultorum, ubi Juris, ubi Legum, ubi Judiciorum, ubi Senatus, ubi Populi, ubi Comitiorum, ubi Tribuum, ubi Centuriarum, ubi Magistratuum, ubi Potestatum, ubi Ordinum, ubi Disciplinae, ubi Dom

Exempl. Quidam Rethorum inferiorum (§. 10.) Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse. Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse.

Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse. Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse.

Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse. Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse.

Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse. Quidam Rethor inferior dicebat, Cicerone & Demosthene nemine de medio sublato, se ipsum & Ciceronem & Demosthenem esse.

num cõrporum actiones animæ reducunt, immo ad ſimilitudinem actuum machinarum.

§. 110.

Qui rectum intellectus uſum facere didicit; is a notionibus deceptricibus ſibi cavere poteſt. Qui enim rectum intellectus uſum facere poteſt, is poſſibilitatem notionis vel a priori, vel a poſteriori ſtabilire valet (§. 717. *& ſeqq. Log.*), conſequenter notiones veras a deceptricibus diſtinguere aptus eſt. Quamobrem ſi uſum intellectus ſibi conceſſum facere velit, verendum non eſt, ne deceptricem pro vera habeat, ac per conſequens a notionibus deceptricibus ſibi cavere poteſt. *De modo a notionibus deceptricibus ſibi cavendis.*

Notionum deceptricium non exiguus numerus eſt paſſim in diſciplinis, quæ, dum verba ex captu vulgi rebus plerumque indita ſe in intellectum inſinuant, aut arbitraria vocabulorum combinatione effinguntur, aut falſis judiciis ortum ſuum debent. Huc referenda ſunt, quæ rerum ignari ex etymologia vocum de iis garriunt pſittacorum more dantes ſine mente ſonos, & loquendi formulis inſuetis, quibus notionem reſpondentem nullam habent, neſcio quas res abſtruſas ſe alios docere exiſtimant, quas qui audiunt tam parum intelligunt, quam qui eas proferunt, cum iis non denoteur, quod intelligi poſſit. Si quis igitur notiones iſtiusmodi deceptrices a veris non diſcernit, is abunde probat, ſibi deeſſe rectum intellectus uſum. Quamobrem qui ad veram ac utilem rerum cognitionem adſpirat, ubi perpendit, absque recto intellectus uſu ut quis ſibi caveat a notionibus deceptricibus fieri non poſſe; is eo ipſo incitabitur ad intellectum omni ſtudio atque opera perficiendum.

§. 111.

De præjudicio, quòd intellectus perfectio non requirat peculiare ſtudium.

Qui ſibi perſuadent rectum intellectus uſum acquiri poſſe, etiamſi peculiarem operam ſtudio perficiendi intellectum non dent; eundem perficere negligunt. Etenim qui ſibi perſuadent rectum intellectus uſum acquiri poſſe, etiamſi peculiarem operam ſtudio perficiendi intellectum non dent; illi operam, quæ eidem ſtudio impenditur, pro ſupervacanea habent. Quoniam itaque nolunt inanem operam ſumere, præſertim ſi adhuc aliæ concurrant rationes, quæ id diſſuadent; intellectum perficere negligunt.

Præjudicium hoc plurimorum occupavit animos, quamvis vix quicquam abſurdius eodem fingi poſſit. Nemo adeo veſanus eſt, ut ſibi perſuadeat ſe habitum ſaltandi acquirere poſſe, niſi artem ſaltandi doceatur a magiſtro, & in iſtiusmodi pedum, brachiorum ac totius corporis motibus producendis induſtriam ſuam exerceat, quales a magiſtro præſcribuntur. Multo difficilior autem eſt habitus recte utendi intellectu, quam ſaltandi habitus. Quodſi animum ad ea attendere velis, quæ de intellectu perficiendo antea demonſtravimus & prolixe ſatis in adjectis annotationibus inculcavimus; quam ardua hæc res ſit ſatis ſuperque videbit, & ultro fatebitur, abſurdam eſſe illorum opinionem, qui rectum intellectus uſum ſe conſequi poſſe contendunt, etiamſi ſtudio eum perficiendi peculiarem operam non dent. Hoc præjudicium vero tenet omnes, qui Logicæ artificialis nullam eſſe utilitatem criminantur, & ſtudium Geometriæ theoreticæ damnant, ſaltem abjecte de eodem ſentiunt, aut etiam rident modum tractandi eandem, qualem intellectus perficiendi cauſa ſupra præſcripſimus (§. 99.).

§. 112.

De iis, qui diſcendo di-

Qui putant addiſcendo diſciplinas rectum intellectus uſum ſe con-

conſequi; eum perficere negligunt. Qui enim putant, addiſcendo diſciplinas rectum intellectus uſum ſe conſequi, ſibi perſuadent ſtudio eum perficiendi operam peculiarem dandam non eſſe. Enimvero qui hoc ſibi perſuadent, intellectum perficere negligunt (§. 111.). Quamobrem qui putant addiſcendo diſciplinas rectum intellectus uſum ſe conſequi, eum perficere negligunt.

ſciplinas rectum intellectus uſum ſe conſequi putant.

Opinio hæc pervulgata eſt, ita ut plerique, qui ſtudiis literariis operam navant, omnem curam intellectus perficiendi abjiciant, & de eo ne quidem cogitent. Immo ſunt qui aliam intellectus perficiendi notionem non habent, quam quod diligenter verſari debeant in eo ſtudii genere, quod eligunt, ita ut etiam illi, qui in ſolis linguis eruditis, quas vocare ſolemus, Latina nimirum, Græca atque Hebraica addiſcenda omnem operam conſumunt, ſtudio ſuo ſe rectum intellectus uſum conſecutos eſſe exiſtiment, nec vereantur alios, qui tantum operæ in linguarum ſtudio non conſumſerunt, per contemtum ſemieruditos appellare. Sed mittamus eos, quorum nimis inſulſa eſt opinio: conſideremus ſaltem rationes illorum, qui non ſine omni mente dant ſonos, ſed opinioni ſuæ ſpeciem quandam veri, etſi fallacem, inducunt, eidem detrahendam. Putant nimirum ipſo uſu perfici omnium optime intellectum & magnum præſidium ſe inveniſſe putant in autoritate *Senecæ* aſſerentis: longum eſſe iter per præcepta, brevius per exempla. Enimvero tacite ſupponunt, diſciplinas omnes ea methodo tradi, ut, dum iis addiſcendis operam damus, continuum ſit uſus recti intellectus exercitium: quæ ſuppoſitio quantum fallat, non ignorat, qui vel tantiſper in Geometria elementari verſatus eſt, vel aliquam ſaltem notitiam regularum logicarum ſibi comparavit & juxta eas ab autoribus tradita examinat. Nec minus tacite ſupponitur, diſciplinas eo ordine perdiſci, ut nonniſi pertractatis iis, a quibus alia quædam dependet, ad hanc accedant diſcentes, & per

conſequens diſciplinas omnes jam inter ſe ita eſſe connexas, ut notiones in una reſolvantur in notiones ex aliis præmittendas, quemadmodum obtinet in diſciplinis mathematicis, prouti Mathematum ignari vel nudo oculo conſpicere poſſunt in Elementis noſtris Matheſeos univerſæ, ſi animum attendant ad citationes in demonſtrationibus occurrentes & ope indicis terminos in definitionibus diſciplinarum ſequentium obvios evolvere velint, quos in diſciplinis anterioribus explicatos deprehendent. Iſtiusmodi diſciplinarum omnium nexus adhuc in deſideratis eſt. Ego diſciplinas philoſophicas ita ordinare cœpi, ut Theologia atque Jurisprudentia cum philoſophia connecti poſſint, non tamen ſpero id futurum: nimis enim multa ſunt, quæ obſtant, quo minus id fiat, & prægnantes admodum ſunt rationes, quæ urgent, ut ſpem abjiciam, de quibus ut hic apertius dicam, parum conſultum videtur. Quamdiu itaque ſupponuntur, quæ ſupponi nequeunt, ſed quibus contraria potius obtinent, nec inde inferri poteſt rectum intellectus uſum addiſcendo diſciplinas ipſo uſu acquiri. Ingenue potius fatendum, præjudicium hoc maxime in cauſa eſſe, ut uſus intellectus pervertatur, & omnis veri uſus notio, quam ipſa natura hominibus inſinuat, in mente penitus deleatur. Quodſi objicias, Arithmeticam practicam ipſo uſu addiſci a plerisque, certe ab iis, qui Matheſi operam non dant, per exempla nimirum, non per præcepta, illos tamen non minus recte, immo haud raro multo expeditius computum abſolvere, quam eos, qui juxta regulas computare didicerunt; falſo tibi perſuades, te a pari argumentari: diſpar nimirum ratio eſt. Etenim dum computatio per exempla docetur, ea fieri jubentur, quæ regulæ præſcribunt, nec ab iis ulla fit aberratio; unde ſecundum regulas agunt primos diſcentes computos, etſi de iisdem non cogitent, propterea quod non reflectunt ſuper eo, quod agunt, immo tarda agitatione digitos deflectentes regularum defectum ſupplent, ad quas qui eos inſtruit animum non attendit, ut fieri juberet, quod ab initio erat faciendum. Cumque computus aliter abſolvi non poſſit,

[illegible] [illegible] [illegible] [

dent, quaſi ſtudio Matheſeos ſaltem comparetur habitus intellectu in Matheſi recte utendi.

§. 113.

De ſelectu verborum ad recte faciendum intellectus uſum.

Ad rectum intellectus uſum plurimum conducit, ut utamur vocabulis, quibus præciſe indigitatur id, quod ſignificare debent. Etenim quicquid agnoſcimus intellectus uſu, ad definitiones, propoſitiones & demonſtrationes redit, pro diverſitate trium intellectus operationum, notionis ſcilicet cum ſimplici apprehenſione, judicii & ratiocinii (§. 52. *Log.*). Jam in definitione enumerari notæ nec plures, nec pauciores, quam quæ ad rem definitam agnoſcendam & ab aliis diſtinguendam ſufficiunt (§. 153. *Log.*). In judicio determinato ſubjectum repræſentari debet ſub ea notione, ut in hac non plura, nec pauciora contineantur, quam per quæ prædicatum determinatur (§. 320. *Log.*), conſequenter ut prædicatum tale ſit, quale per ea, quæ in notione ſubjecti continentur, determinetur. Denique demonſtrationes conſtant ex ratiociniis inter ſe concatenatis (§. 498. *Log.*), ratiocinia autem ex propoſitionibus tribus, quarum duæ terminum habent communem, tertia vero combinantur termini in prioribus diverſi (§. 333. *Log.*). Brevitatis cauſa omittimus, quæ de ſyllogiſmis compoſitis adhuc dici poterant (§. 403. & *ſeqq. Log.*). Quodſi ergo rectum intellectus uſum facere volueris, neceſſe omnino eſt, ut verba, quæ adhibentur, in definitionibus præciſe indigitent eas notas, quæ easdem ingredi debent, ſignificatui vero eorundem nil adhæreat, quod ab iis abeſſe debet, nec ut iis minus ſignificetur, quam adeſſe debet, ac idem intelligitur de propoſitionibus, & per conſequens etiam de ſyllogiſmis, qui ex his componuntur. Etenim ſi ponamus, non præciſe in definitionibus per vocabula, quæ adhibentur, ea indigitari, quæ ad notas rerum

rum requiruntur, per ea aliter res repræſentatur, quam revera eſt, ac idem quoque intelligitur de propoſitionibus, ut in iis ſubjectum aliter repræſentetur, quam debebat, vel etiam prædicatum aliter, quam per notiones ſubjecti determinatur. Unde porro contingit, ut in ratiocinando ex definitionibus & propoſitionibus inde inferatur, quod inferri minime poterat. Quamobrem patet rectum intellectus uſum ad rerum cognitionem veram requiſitum exigere, ut vocabula præciſe indigitent id, quod ſignificare debent.

Major difficultas in eo eſt, ut ſingula, quæ cogitamus, per vocabula præciſe indigitemus, quam forſan putatur. Cum tamen & definitiones rerum, & propoſitiones memoriæ mandentur iis vocabulis, quibus efferuntur; facile contingit, ut eas animo recolentibus nobis vocabula imponant, & res aliter nobis repræſentemus, quam revera ſunt, & ſic inſcii a veri tramite deflectamus. In Matheſi facile eſt ſcopulos hoſce evitare, cum paucis opus habeamus vocabulis ad ea exprimenda, quæ in ea occurrunt, & quando vocabulorum meminimus ea quoque facile ſimul imaginamur, quæ per ea denotantur: id quod in aliis diſciplinis non ita obtinet. Quamvis enim in aliis diſciplinis, ſi intellectu rite uti velimus, res, de quibus agimus, ſint definiendæ, aut, ſi mavis, per definitiones explicandæ, cum tamen etiam definitiones ex verbis conſtent, & hæc ex communi loquendi uſu deſumantur, qui ex captu vulgi ſignificatum ipſis impoſuit, non adeo facile eſt aptare verba rebus, ut præciſe id ſignificent, quod per ea indigitare volumus. Atque hoc tanto difficilius accidit, niſi diſciplinæ omnes ita ſibi invicem ſubordinentur & inter ſe connectantur, prouti in Matheſi moris eſt. Rectum igitur intellectus uſum ſi facere volueris, non minima eſſe debet cura, ut vocabula ad ſignificandum apta ſeligantur. Abſonum igitur eſt res verbis, non verba rebus aptare velle Videant, annon in hunc ſcopulum impingant, qui contendunt verbis Ciceronianis aut alterius

autoris aureæ ætatis philoſophandum eſſe. Ego ita philoſophandum eſſe cenſeo, ut vocabula ſint vera ſigna eorum, quæ indigitare debent & optime eum loqui cenſeo, qui ita loquitur, ut mens ejus exacte intelligatur, nihil addendo notionibus ipſius, nihil demendo, cum *Cicerone* ajens: uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi. Obiter moneo, multos putare, quod cum *Cicerone* aut alio autore Latino loquantur, ſi iisdem verbis utantur, quibus is uſus fuit. In eo autem oppido falluntur: neque enim ſufficit, ut verba ſint eadem, ſed cum verba ſint ſigna ejus, quod mente concipimus, neceſſe omnino eſt, ut idem prorſus exprimant, quod autor, cum quo loqui prætendis, per ea ſignificare voluit. Quis, quæſo, affirmare auſit, autoribus Romanis fuiſſe eorum, de quibus verba fecerunt, notiones determinatas & fixas, ad quas ea aptarunt, niſi ignoret, quid ſint notiones fixæ & determinatæ, ſine quibus non ſubſiſtit rectus intellectus uſus? Multo profecto a nobis dici poterant eademque demonſtrari, quæ ad retundendam inſcitiam ſciolorum iſtorum faciunt, niſi verendum eſſet, ne ſurdo fabulam narremus. Ego nullus dubito fore, quin in verbis & loquendi formulis Ciceronianis eligendis nimium ſcrupuloſus notiones rerum *Ciceroni* vel incognitarum, vel non ſatis inſpectarum depravet & multas deceptrices pravis vocabulorum acceptionibus in intellectum inſinuet, quales *idola fori* appellat *Verulamius*, & quod eodem recte ſentiente difficillimum eſt, quod recto intellectus uſu evitari poteſt, ſicque in philoſophiam ab idolis iſtiusmodi omni animi ſollicitudine purgatam eadem magno agmine reducantur, & intellectus hac labe infecti uſus a rectitudine deflectat. Optime loquitur is, qui ita loquitur, ut penitus intelligatur, nec utitur vocabulis, qui vim inferunt intellectui, ne poſſit cernere verum, & ut ideo a veri tramite ſeducatur.

§. 114.

De arte diſputandi de

Qui operam navant arti de re qualibet in utramque partem di-

diſputandi: rectum intellectus uſum pervertunt. Cum enim impoſſibile ſit, ut idem ſimul ſit verum & falſum (§. 28. *Ontol.* & §. 505. *Log.*), ſed idem neceſſario aut verum ſit, aut falſum (§. 53. *Log.*); qui in utramque partem de eadem re diſputat, nunc aliis perſuadere vult id eſſe verum, quod mox falſum eſſe contendit. Quamobrem cum recto intellectus uſus, quem vera Logica poteſtati noſtræ ſubjicit (§. 101.), verum a falſo diſcernatur (§. 545. *Log.*), fieri non poteſt, ut qui de eadem re in utramque partem diſputat recte intellectu utatur. Quamobrem qui operam navat arti de re qualibet in utramque partem diſputandi, cum exercitiis comparetur habitus (§. 430. *Pſych. empir.*), is rectum intellectus uſum pervertit. *re qualibet in utramque partem.*

Laudatur eo nomine inter Græcos Philoſophos *Carneades*, quod pro falſo non minus, quam pro vero vires eloquentiæ intendere potuerit. Facile patet, id fieri minime poſſe, niſi argumentis ad ſpeciem veri compoſitis, quæ ad perſuadendum, minime autem ad convincendum ſufficiunt. Cum a recto intellectus uſu pendeat convictio, quemadmodum abunde patet ex iis, quæ de modo alios convincendi alias demonſtravimus (§. 982. *& ſeqq. Log.*), perſuaſio vero ab uſu perverſo & defectu recti proficiſcatur (§. 1002. *Log.*), qui arti de eadem re in utramque partem diſputandi operam navat, is rectum intellectus uſum minime conſequitur, ſed eundem potius pervertit. Conſtat ſectæ academicæ, in qua *Carneades* eminuit, apud Græcos hunc fuiſſe morem, ut de omnibus quæſtionibus probabiliter in utramque partem diſputarent: notum vero etiam eſt, eos ex inſtituto nihil definiviſſe, ſed aſſenſum ſuum ſuſtinuiſſe, & arte oratoria hanc in utramque partem probabiliter diſputandi facultatem conſecutos fuiſſe. Unde etiam *Carneades*, qui in hoc diſputandi genere excelluit, a *Cicerone* vocatur homo omnium in dicendo acerrimus

& copioſiſſimus & vim incredibilem dicendi atque varietatem eidem tribuit. *Lactantius* vero hoc in utramque partem diſſerendi ſtudium oratorium exercitii genus gravitati philoſophi, cujus firma & ſtabilis eſſe debet ſententia, parum conveniens recte pronunciat. Quamobrem improbandus omnino eſt mos illorum, qui cum artem oratoriam adoleſcentes docent oratoriis exercitiis idem nunc laudandum, nunc vituperandum, aut nunc defendendum, nunc impugnandum proponunt, ſubminiſtratis argumentis in utramque partem, ut de rebus, quas non intelligunt, diſſerere, rectius forſan dixeris, garrire diſcant, egregiam laudem merituri, ſi ex phraſibus *Ciceronianis* centonem conficiant, ſicuti etiam memini oratores quosdam ſacros ſibi & aliis ſemper cum ſcriptura loqui viſos fuiſſe, quorum ſermo non erat niſi cento ex dictis, vel phraſibus ſcripturæ confectus, nec deſunt qui de rebus arduis ac ſublimibus ſe diſſerere putant, quatenus tacita reductione eorum, de quibus loquuntur, ad alia iſtis ſimilia, loquendi formulis hiſce convenientibus utuntur de idolo ſuo verba facientes, quæ dant ſine mente ſonos, dum rem, de qua dicendum erat, ſe intelligibili modo explicaſſe videntur idolorum fabri, non veri doctores.

§. 115.

De influxu appetitus ſenſitivi & averſationis ſenſitivæ in aſſenſum.

Qui intellectu recte uti vult, is ſibi cavere debet, ne in aſſenſum influat appetitus ſenſitivus, aut in diſſenſum ſeu denegationem aſſenſus averſatio ſenſitiva. Etenim ſi cujus appetitus ſenſitivus influit in aſſenſum, is pro vero habet id, quod dicitur, vel cujus cogitatio animum ejus ſubit, quia id potius verum eſſe vult, quam oppoſitum. Aſſentitur igitur per præcipitantiam (§. 1003. *Log.*) ob rationes extrinſecas (§. 1004. *Log.*). Ex adverſo ſi averſatio ſenſitiva influit in denegationem aſſenſus, cum pro falſo ideo quid habeatur, quia verum eſſe nolumus, idem quoque intelligitur de influxu averſa-

ſationis ſenſitivæ in denegationem aſſenſus. Enimvero cum per præcipitantiam in judicando aſſenſus præbeatur propoſitioni nondum ſufficienter explicatæ ac probatæ (§. 1003. *Log.*), & ideo rationibus extrinſecis ad determinandum aſſenſum faciat locum, quia ſubjecti nonniſi confuſam notionem habet (§. 1001. *Log.*) & principia demonſtrandi, vel formam demonſtrationis ignorat (§. 1005. *Log.*); qui intellectu recte uti vult, is ſibi cavere debet, ne in aſſenſum influat appetitus ſenſitivus, aut in denegationem aſſenſus averſatio ſenſitiva.

Homines in iis, quæ inevidentia ſunt & quorum veritatem ideo inſpicere nequeunt, pro vero id habere, quod verum eſſe volunt, & contra pro falſo, quod verum eſſe nolunt, adeo manifeſta experientia conſtat, ut dudum in proverbium abierit: Quod quis maxime vult, id eundem maxime credere. Suſpendendum erat judicium, rationibus aſſenſus ſufficientibus adhuc deſideratis: horum igitur defectum ſupplet in affirmativis appetitus ſenſitivus, in negativis averſatio ſenſitiva. Rectum itaque uſum intellectus minime facit, qui in actuum ejus deficientium locum ſurrogat actus appetitus ſenſitivi & averſationis ſenſitivæ, & ſic intellectum ſubjicit facultatibus inferioribus, quæ ipſi miniſtrare debebant (§. 14.). Serpit autem frequentiſſime actus appetitus ſenſitivi & averſationis ſenſitivæ tacite in intellectum, ut aſſenſum faciat a ſe pendulum. Quamobrem qui ſtudio genuinæ Logicæ, accedentibus exercitiis ad habitum utendi acquirendum requiſitis (§. 98. *& ſeqq.*), rectum intellectus uſum poteſtati ſuæ non ſubjecit (§. 101.), nec Pſychologiæ ſtudioſe operam dedit, ut actus facultatum animæ a ſe invicem probe diſcernere poſſit, & quomodo determinentur ſufficienter norit; is ad aſſentiendum ſe trahi patietur ab appetitu ſenſitivo & ab aſſentiendo ſe retrahi ab averſatione ſenſitiva, ut utriusque in aſſenſum influxum non animadvertat. Studium ſane ſectarium

Theologorum non aliam cauſam agnoſcit quam influxum appetitus ſenſitivi & averſationis ſenſitivæ in aſſenſum, quatenus is vel præbendus, vel denegandus. Atque hinc pro vero ſumitur, quod nondum probatum, ac deinde demum quæruntur rationes, quibus probetur, quod precario aſſumtum verum eſſe. Ea ſane de cauſa contigit, ut ad probandum theſin adducantur loca ſcripturæ, quæ in contextu rite expenſa nihil minus probant, quam quod probandum erat, & ut cumulentur loca magno numero, in quo vix unus quæſito ſatisfacit, immo haud raro nullus deprehenditur, qui ſatisfaciat, ſicque in dubitationem adducatur id ipſum, quod verum eſt. Nimirum qui rectum intellectus uſum facere nequeunt, ideoque ignorant, quid ad convincendum requiratur, vim unitam eſſe fortiorem ſibi perſuadent, ita ut non deſint, qui ultro fatentur, nullam probationem id evincere, quod erat probandum, ſi tamen omnes ſimul ſumantur, tum validam prodire demonſtrationem. Non inexperta loquor, etſi ad exempla provocare jam nolim. Subinde in ipſam cumulationem argumentorum influit appetitus ſenſitivus & averſatio ſenſitiva, quia putatur hoc modo manifeſtius atque fortius redargui inſcientiam & pertinaciam adverſarii, quod id concedere nolit, pro quo tot rationes militant. Vix enim dici poteſt, quantum ineptiant eruditi, qui intellectu recte uti non didicerunt. Eadem de cauſa, quæ ſectarios in Theologia in transverſum agit, etiam Civiliſtæ, qui dicuntur, in Jctorum ordine in reddendis rationibus pueriliter ineptire ſolent, quemadmodum vel ex unico *Mantii* commentario in Inſtitutiones videre licet, qui rationes Doctorum ſtudioſe ubivis collegit. Sive enim e. gr. in Inſtitutionibus res, de qua agendum, definiatur, ſive nulla detur definitio, ſive illa recte definiatur, ſive definitio manifeſtis nævis laboret; hoc tamen non obſtante ſemper afferuntur rationes. quibus evinci debet, id recte fieri, utut rationes in uno caſu allatæ manifeſto contradicant iis, quæ afferuntur in altero, & quod uno in loco ſtabilitur, id in altero rurſus evertatur. Sumunt nimirum Civiliſtæ

Sine in ipsa divini numinis idea continua effe, ut nihil in ea re-
pugnans poffit, nec in eo deprehendatur, quod manus armen
dicitur habere atque. At deinde demum quaerunt rationes,
quibus probatur, quod praecepta fundentur. Partimne huc
etiam illi, qui permittuntur defendere, qui nullo modo in-
fanti poffunt, ne crudis voluntate: cum qui actionis intel-
lectus ufum faltem eorum corrigere malint, utro conferen-
tes omnes humanum eft, nihil non humanum a fe alie-
num. Sane Africanum, quibus unice cura confpicit eft vo-
tum, thoracis fuae cum obfervationibus mere fatisfactio ap-
per fuerint, eruendi eft, quibus ea cum obfervationibus
vocatur ipfum ad ufum eft, autoritas. Et hanc ipfarum pecu-
lia ftatum veritate ne minimum quidem dubitant. Noftra
non licet eft intuitivarum praecipitum, praefertim Chriftia-
no, qui de ea fubftant, quae nimium intelligunt, ne tamen
unufe voluntatis, mutatae affectu defendant, & tam ad vo-
luntem demum poft praeclufum: quod noftrum intellectus ufum
provenire debere in re patet, quae pugnat cum ipfa, quod
unufe is utamque partem de re eadem demonftrationes &
diffuafiones (§. 113.). Miferae fanae mali, qui hujusmodi
fuadarum humanarum ufum ignorant. Cautum hinc quo-
que intelligitur, quod rectum intellectus ufum ignorantes
dicuntur in peccatum fua habeant, qui contendant, abfolutam
ab aliquibus fenfibus dependentiam, atque hinc pene infini-
tum, intellectum fub ipfum effe voluntati, & nullo quod im-
portet voluntatis in intellectum fuque intellectus abfolutum
potentiae & intellectum abfolutum imperantem & parentem,
ne fubditorum in Republica.

§. 116.

Quoniam qui intellectus rectus eft vult, in fibi cave- De fubfi-
re debet, ne in actionem inftar reptilium fenfitivus, nec in ftentia mixti
obnoxiarum ejusdem vertitatis naturae (§. 113.). Ob- in utramque
partem.

intellectu recte uti vult, ejus animus indifferens eſſe debet in utramque partem.

Qui veritatem curæ cordique habet, ei perinde eſt, ſive id, de quo quæſtio eſt, ſit verum, ſive falſum, modo certo cognoſcat, utrum verum ſit, an falſum. Et in hac diſpoſitione animi conſiſtit indifferentia ejus, quæ ad rectum intellectus uſum requiritur, ut ea ſit abſentia proclivitatis in alterutram contradictionis partem. Iſtiusmodi indifferentia absque ulla difficultate ponitur in Geometra, cujus non intereſt, utrum hoc ſit verum, an falſum, quando figuras contemplatur, ut ideo non habeat, cur ſibi metuat ab appetitus ſeductione. Aliter vero ſeſe res habet in aliis veritatum generibus, ubi plerumque non una de cauſa intereſt, ut quis hanc partem contradictionis potius veram eſſe malit, quam alteram, quemadmodum loquuntur exempla, quæ modo dedimus (*not.* §. 115.). Pendet hæc indifferentia ab amore veritatis, qui maxime convenit natura inſitæ ſciendi cupiditati: falſum enim pro vero amplecti ſcire non eſt, ſed neſcire, immo pejus, quam neſcire, præſertim in philoſophia morali, ubi error infeliciratis parens eſt.

§. 117.

De recte intellectus uſu ad felicitatem conſequendum requiſito.

Sine recto intellectus uſu felicitatem conſequi non datur. Etenim pars felicitatis noſtræ eſt habere animum ab omni culpæ ſenſu vacuum (§. 685. *part. 2. Phil. pract. univ.*), conſequenter nullum notare defectum rectitudinis in actionibus ſuis quoad intellectum, qui vinci a nobis poterat (§. 717. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Similiter cum felicitatem legis naturalis cuſtodia conſequamur (§. 396. *part. 1. Phil. pract. univ.*), nec ſine ea eandem conſervare valeamus (§. 397. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ita ut ſine ea nemo felix eſſe poſſit (§. 399. *part. 1. Phil. pract. univ.*); qui felix eſſe vult, ſcire debet, quæ-

quænam actiones ſint legi naturali conformes, quænam eidem contrarientur, conſequenter verum a falſo diſcernere tenetur: id quod cum fiat, ſi intellectus dirigatur per regulas genuinæ Logicæ (§. 545. *Log.*), rectus intellectus uſus deſiderari nequit, ſi feliciter eſſe velimus. Patet itaque tum ſi ad culpam vitandam, tum ſi ad cuſtodiam legis naturæ animum attendis, fieri non poſſe, ut quis felicitatem conſequatur absque recto intellectus uſu.

Non eſt quod excipias, hoc pacto paucos homines fore felices, & homines indoctos omnis felicitatis fore prorſus incapaces, ſi tanta nimirum ad felicitatem conſequendam recti uſus intellectus ſit neceſſitas. Etenim non unum eſt, quod reſponderi poteſt ac debet. Nimirum primo in dubium vocari nequit, neminem hominum eſſe adeo felicem, quin ejus felicitas non ſæpiſſime interrumpatur. Inde enim ſunt tot ac tantæ de humana miſeria querelæ, quæ ſi non omnem felicitatis abſentiam arguunt, ejus tamen inconſtantiam & viciſſitudines ſatis produnt. Deinde notandum eſt, hominibus illiteratis non denegandum eſſe omnem intellectus rectum uſum. Quamvis enim eo deſtituantur, qui ad hoc ſufficit, ut veritatis convincantur (§. 998. *Log*), eo tamen pollent, qui ad veritates univerſales, quas didicere ab aliis & quas ſibi quomodocunque perſuaſerunt, applicandas requiritur: quo in caſu rectius haud raro intellectu utuntur quam literati, qui perverſo in addiſcendis diſciplinis uſu aliisque cauſis, a quibus illiteratis nihil metuendum, rectum intellectus uſum corruperunt &, ubi eundem facere poterant, quo minus faciant impediuntur. Ne autem quis objiciat talia, quæ ad rem præſentem minime ſpectant, probe perpendenda eſt differentia, quæ intercedit inter fortunatum & felicem (§. 409. *part. 1. Phil. pract. univ.* & §. 636. *Pſych. empir.*), nec non inter voluptatem veram & nocuam, ſeu apparentem (§. 514. *Pſych. empir.* & §. 383. *part. 1. Phil pract. univ.*). Niſi rectus intellectus uſus deſideraretur in mundo, omnia il-

la mala ceſſarent, ob quæ vulgo tempora accuſamus, & mala phyſica, quæ caſui debentur, efficerentur tolerabiliora. Quamvis enim plurima proveniant a mala hominum voluntate, non ſola culpa efficiantur: conſtat tamen ea, quæ a voluntate dependent, tandem in abuſum intellectus & ejus non uſum reſolvi, & de eo ex inſtituto agemus in parte ſequente Ethicæ, quæ de voluntatis emendatione erit. Propoſitio itaque præſens motivum maximum eſt perficiendi intellectum idque naturæ humanæ apprime conveniens, cum appetitus noſter generaliter determinatus ſit ad appetendam felicitatem, averſandi vero facultas determinata ſit ad averſandam infelicitatem: quod vero contra naturam appetamus, quæ hominem infelicem reddunt, id inde eſt, quod intellectu minus recte utamur.

§. 118.

De aptitudine ad dignoſcendum rectum intellectus uſum requiſita.

Qui intellectu recte uti nondum didicit, nec eum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ ſubjecit; is judicare nequit, utrum alius intellectu recto utatur, nec ne. Qui enim intellectu recte uti nondum didicit, is ignorat, in quonam is conſiſtat (§. 27. *part. 1. Phil. pract. univ.*), cum nemini natura ſit conceſſus, ſed exercitio demum acquirendus (§. 199. *part. 1. Jur. nat.*), & ſi eum diſtincte nondum cognovit, nec diſtincte cognitum poteſtati ſuæ ſubjecit, quæ de recto intellectus uſu præcipiuntur ad actus dijudicandos applicare nequit (§. 1218. *& ſeqq. Log.*). Quamobrem cum nonniſi eorundem applicatione innoteſcat, quantum quis intellectus uſum fecerit, conſequenter num rectum facere poſſit (§. 170. *Ontol.*); qui intellectu recte uti nondum didicit, nec eum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ ſubjecit, is judicare nequit, utrum alius intellectus recto uſu polleat, nec ne.

Ne propoſitio hæc in abuſum trahatur, nec diſceptationibus inanibus occaſionem det iis, qui ſibi acutiores videntur aliis, ubi

ubi cœcutiunt; quædam monenda ſunt. Intellectum hic conſideramus citra omnem reſpectum ad materiam, circa quam verſatur, quatenus ſe indifferenter habet ad cognoſcibile cujuscunque generis. Quamvis itaque aliquis ſcientia certi generis inſtructus verum a falſo diſcernere poſſit in eo ſcientiarum genere, in quo verſatur, quatenus animadvertit vel determinabilitatem ejus, de quo judicandum, num verum ſit, per ea, quæ ipſi nota ac familiaria ſunt (§. 524. *Log.*) vel repugnantiam cum iisdem (§. 526. *Log.*); non tamen propterea judicare poteſt, an is, qui vera dicit, intellectu recte uti poſſit, nec ne, non vero ſaltem intellectu ſatis recte utatur in iſto ſcientiarum genere, quatenus ex habitu agit, cujus nonniſi confuſam quandam ideam animo comprehenſam tenet. Exemplo eſſe poteſt *Carteſius*, qui, cum in Matheſi verum a falſo diſcernere poſſet, in philoſophia tamen rectum intellectus uſum in ſe deſiderari paſſus eſt, cumque demonſtrationem geometricis ſimilem de exiſtentia Dei dare vellet, re ipſa oſtendit, ſe notione diſtincta formæ demonſtrationis deſtitui, quæ absque recto intellectus uſu diſtincte cognito agnoſci nequit. Immo idem exemplo *Newtoni*, Geometræ profundiſſimi, confirmatur, dum de rebus metaphyſicis ſibi judicium ſumens influxum phyſicum animæ in corpus experientia netum pronunciavit, ſpatium pro organo ſenſario Dei declaravit, naturam deficientem manu Dei emendatrice indigere ſtatuit & in ſcholio quodam circa finem Principiorum Philoſophiæ naturalis mathematicorum de Deo affirmavit, quæ in ſe non intelligibilia ſunt. & Oratorem magis ſapiunt ingenio luxuriantem, quam Philoſophum. Hic nimirum nobis ſermo eſt de eo, num quis recto intellectus uſu ita polleat, ut ipſi conſtet, quandonam in dato caſu eum facere queat, vel nequeat, ne ſibi facere poſſe videatur, ubi ob hanc, vel iſtam cauſam facere prohibetur. Qui rectum intellectus uſum diſtincte cognovit & eum poteſtati ſuæ ſubjecit; is quoque agnoſcit, quod & cur eum facere nequeat in hoc vel iſto caſu emergente, ne aggrediatur opus, quod vi-

ribus ſuis impar, nec ſibi judicium ſumat de eo, quod a ſe dijudicari non poſſe ipſe rectus uſus intellectus eundem docet. Ex eo, quod quis de hoc vel iſto bene judicat, vel quod agnoſcit alterum non ſatis intelligere, de quo ſibi judicium ſumit, vel nonnullis non attentis per præcipitantiam ſtatuere, nondum colligitur, quod ipſe rectum intellectus uſum in poteſtate ſua habeat. Nemo hominum eſt, qui non ſubinde, aut in nonnullis intellectu recte utatur, & aliorum aberrationes quasdam agnoſcat. Sed aliud longe judicium eſt, quod ferendum, ſi quæritur, num quis polleat recto intellectus uſu. Uberior lux hiſce affundetur in ſequentibus, quando de virtutibus intellectualibus acturi ſumus. Sed ne quis hæſitet in iis, quæ ſatis manifeſta ſunt, modo ſufficiente acumine uti poſſit, argumento a pari ducto omnem dubitationem tollere lubet. Si quis judicare debet, utrum duo triangula, quorum latera proportionalia ſunt, ſint ſimilia; is non modo noſſe debet, quod hæc triangula habeant latera proportionalia, verum etiam theorema, quod duo triangula, quorum latera ſunt proportionalia, ſint ſimilia. Similiter itaque qui judicare debet, te hic & nunc intellectu recte uti, non modo noſſe debet, qualem nunc uſum intellectus feceris, verum etiam quod talem uſum faciens intellectu recte utatur, conſequenter ſi intellectu recte uti nondum didicit, nec definire poteſt, qualem intellectus uſum nunc feceris, &, ſi intellectus uſum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ non ſubjecit, & ideo ignorat, num talis intellectus uſus ſit rectus, inde inferre nequit, quod rectum intellectus uſum feceris. Abunde igitur liquet, etſi quis uſu ſibi comparavit habitum in aliquo ſcientiarum genere verum a falſo diſcernendi, eum tamen propterea nondum dijudicare poſſe, utrum alius recto intellectus uſu polleat, nec ne.

§. 119.

De aberratione ejus, qui

Qui rectum intellectus uſum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ ſub-

ſubjecit; hoc tamen non obſtante eodem ſubinde non recte utitur. Qui enim rectum intellectus uſum diſtincte cognovit, cum Logica genuina eundem doceat (§. 1. *Log.*), ei ex eadem perſpectæ ſunt regulæ in dato quolibet caſu applicandæ, quemadmodum clarius eluceſcit ex iis, quæ de multiplici Logicæ uſu in parte ejus altera demonſtravimus. Quodſi eundem poteſtati ſuæ ſubjecit, easdem quoque regulas, prouti neceſſe fuerit & quando libuerit, applicare poteſt (§. 175. *part.* 1. *Jur. nat.*). Enimvero intellectus utitur miniſterio facultatum inferiorum cognoſcendi, ſenſuum ſcilicet, imaginationis atque memoriæ, & facultatum intermediarum, nimirum attentionis & reflexionis (§. 14.), quas multis modis impediri poſſe, tum ex Pſychologia conſtat, tum unusquisque in ſe experiri poteſt. Quamobrem facile contingit, ut, ſi quidam in hoc miniſterio notetur defectus, regulæ, juxta quas intellectus dirigitur, non rite applicentur. Quamvis itaque rectum intellectus uſum diſtincte cognitum poteſtati noſtræ ſubjecerimus, hoc tamen non obſtante fieri poteſt, ut eodem ſubinde non recte utamur.

intellectu recte uti poteſt.

Ut veritas propoſitionis præſentis facilius percipiatur, exemplo Arithmeticæ eandem illuſtrare lubet, cum caſus hic particularis contineat univerſalem, qui propoſitioni præſenti reſpondet. Nimirum ſi quis non modo regulas Arithmeticæ diſtincte cognovit & habitu computandi excellit; hoc tamen non obſtante videmus, eum ſubinde in calculo errare, miniſterio facultatum inferiorum aut intermediarum minus recte ſe habente, veluti ſi lapſu memoriæ putet, novenarium ſeptiesſumtum efficere ſexaginta ſex, cum non efficiat niſi ſexaginta tria, aut ſi notam numericam ſumat pro alia veluti 3 pro 5 ſenſu male pictam non agnoſcente, vel alia quadam de cauſa. Paucæ hic ſunt regulæ, quæ in computando obſervandæ, & quarum numerus cum numero regularum, quibus rectus intel-

lectus uſus in genere continetur, quatenus ad omne cognoſcibile extenditur, minime comparandus. Quamobrem cum error calculi facile committatur, multo facilius error committi poteſt in diſciplinis, ubi nobis cum veritatibus univerſalibus, adeoque cum rebus, quæ non perinde ac notæ numericæ in ſenſum incurrunt, negotium eſt. Conſiderandum quoque hic eſt, quando ex habitu agimus, ob nimiam in agendo celeritatem nos minime conſcios eſſe omnium actuum, qui ad actionem aliquam requiruntur, &, quamvis per certas regulas determinentur, multo minus harum regularum conſcios exiſtere atque easdem diſtincta ratiocinatione applicare. Unde nobis non advertentibus contingit, ut miniſterium facultatum inferiorum & intermediarum depravetur, & ſic uſus intellectus vitiatur. Non facile eſt reperire cauſam, ad quam error calculi referendus, utut in nonnullis caſibus obvia ſit: at longe difficilius eſt detegere cauſam intellectus ſeductricem, ubi a recto uſu deflexit. Deſideratur adhuc theoria perfecta de impedimentis recti intellectus uſus, quem cognoviſti & poteſtati tuæ ſubjeciſti. Et ſi vel maxime theoria omnibus ſuis numeris abſoluta proſtaret, per eam tamen non ſublata eſſet difficultas in obſervando facto, ad quod ea applicanda. Hinc definitu difficillimum eſt, quantum ei imputanda ſit aberratio, qui intellectus rectum uſum diſtincte cognovit, eundemque poteſtati ſuæ ſubjecit. Quamobrem in tanta rerum obſcuritate & ambiguitate rectius eſt, ut non imputetur, ſed per humanitatem excuſetur: id quod æquitati eorum convenit, qui errare humanum eſſe pronunciarunt. Quemadmodum abſurdum foret, errorem in calculo commiſſum vertere in inſcientiam Algorithmi & defectum artis computandi; ita non minus abſurdum eſt, ut, qui rectum intellectus uſum ſe intimius perſpexiſſe abunde docuit, & experimento non uno comprobavit, ſe eundem poteſtati ſuæ ſubjeciſſe, ex qualibet aberratione redarguatur inſcientiæ ejus aut impotentiæ eundem faciendi. Iſtiusmodi imputationes a prava hominum voluntate proficiſcuntur: qui enim non malæ mentis ſunt, cum *Cicerone*

rone profitentur, quod carere debeat omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere. Sed malæ mentis hominum inprimis eſt aliena vitia in oculis habere, cum a tergo ſua ſunt.

§. 120.

Quoniam facile contingit, ut intellectu non recte utatur, qui rectum intellectus uſum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ ſubjecit (§. 119.); ideo *nec nobis nimium confidere, nec autoritati aliorum nimium tribuere debemus.*

De præjudicio nimiæ confidentiæ & autoritatis quoad uſum intellectus vitando.

De utroque præjudicio tam nimiæ confidentiæ, quam autoritatis alibi jam diximus (§. 1015. 1013. *Log.*), & quomodo utrumque evitari debeat, oſtendimus (§. 1014. 1016. *Log.*). Cautionis adhibendæ, ne in alterutrum incidamus, nos admonet proverbium: Bonus etiam interdum dormitat *Homerus.* Inſcii haud raro incidimus in præjudicium autoritatis, ut ſcire putemus, quod nonniſi aliorum autoritate permoti credimus. Maxime vulgari exemplo dictis fidem facere luber. Multi ſunt, quidni plurimi, qui, cum abacum Pythagoricum memoriæ mandarunt, non dubitant verum eſſe, quod ter ſex ſint octodecim, & ſe hoc ſcire pronunciant. Enimvero qui pro vero habent, quia in abaco Pythagorico extat, ter ſex eſſe octodecim; illi omnino aſſenſum ſuum reſolvunt in autoritatem ejus, qui abacum Pythagoricum conſtruxit, aut primus invenit, nec differt fides eorum a fide carbonaria, quam Proteſtantes objiciunt Catholicis, qua creditur, quod credit eccleſia, in cujus ideo autoritatem fides reſolvitur. Etenim qui ſcire vult, ut convictus ſit de veritate ejus, quod affirmat, v. gr. ter ſex eſſe octodecim, is non aliunde hoc ſcire poteſt, quam iterata additione ſenarii, quemadmodum abacus Pythagoricus iterata additione eorundem numerorum conſtruitur. Ut vero ſciat, veram eſſe ſummam, quæ ex iterata additione prodit, numerum alteri addendum in uni-

ta-

tates reſolvere ac ſingulas unitates numero, cui hic addendus, ſucceſſive annumerare tenetur. Non deſunt vero inter ipſos Mathematicos, qui bis duo eſſe quatuor, aut ſex cum novenario eſſe quindecim natura notum pronunciant. Optime obſervavit *Carteſius*, a primis fere incunabilis in mentem humanam irrepere notiones, quarum longe plurimæ nonniſi autoritate aliorum nituntur, ac ideo pro vero haberi, quod non eſt, & plurima erronea pro principiis nobis innatis, cum non amplius recordemur, a quibusnam menti noſtræ illata fuerint, & quomodo contigerit, ut adeo evidentia nobis videantur, ut non ſine quadam interna repugnantia in dubitationem adducantur. Atque propterea non inutiliter præcepit, in vita ſemel, quando ſcilicet intellectu recte uti didicimus, de omnibus eſſe dubitandum, & ea, quæ didicimus, examinanda, ut verum a falſo ſeparemus, ac per conſequens a præjudiciis nos liberemus. Recte autem monet, ſe hoc non tanquam regulam præſcribere, quam ſequi debeant omnes: neque enim omnes, quemcunque tandem vitæ terminum attingant, eum intellectus uſum conſequuntur, qui rigoroſo huic examini ſufficit. Qui neſciunt, in quo rectus intellectus uſus conſiſtat, & quanto ſtudio is acquiratur, immo quænam diſpoſitiones naturales ſupponantur, ut acquiri poſſit, & quomodo fortuna ſtudentes juvare debeat, ut actu acquirant; illi ſibi perſuadent, creſcere intellectum cum ætate inſtar corporis, non perpendentes, ſua corpori præbenda eſſe alimenta, ut creſcat, nec a voluntate noſtra dependere, ut ad certam ſtaturam excreſcat, & eas acquirat vires, quibus homines robuſtos valere videmus. Ignorantia ſcilicet naturali ſciendi cupiditate ſuffulta in cauſa eſt, ut ignota ad rerum obviarum ſimilitudinem reducamus, ita tamen ut omne ſimile plerumque ſit maxime diſſimile. Ceterum cum quilibet homo obligetur ad tentandum facultatum uſum omnem, quem ad perfectionem quandam acquirendam, vel imperfectionem vitandam facere cognoſcit (§. 197. *part. 1. Jur. nat.*); ita quoque in caſu præſenti nihil intentatum relinquendum, ut præjudicia autoritatis

& ni-

& nimiæ confidentiæ, quæ labem quandam adſperſerunt intellectui, detegamus.

§. 121.

Quoniam fieri poteſt, ut quis ſubinde intellectu non recte utatur, etiamſi rectum intellectus uſum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ ſubjecerit (§. 119.); *ex eo, quod quis animadvertit, alterum intellectu recte uſum non fuiſſe, minime colligi poteſt, quod is eodem altero rectius uti poſſit & habitu utendi eodem præſtet.*

An detegens aberrationem alterius a vero perfectione intellectus altero præſtet.

Ut veritas ejus, quod hic aſſeritur, clarius eluceſcat, illuſtrabimus id exemplo quodam obvio. Ponamus, quod poni poſſe experientia conſtat, tyronem animadvertere errorem calculi ab eo commiſſum, qui non modo Arithmeticam perfecte callet, verum etiam arte computandi excellit. Nemo ſanus inde inferet, tyronem rectius intelligere Arithmeticam & arte computandi vincere magiſtrum. Qua ergo fiducia tibi perſuades, aut te aliis perſuadere poſſe opinaris, te eſſe altero acutiorem, quod errorem ab ipſo commiſſum videre tibi contingit? Iſtiusmodi opinio non cadit niſi in eum, qui rectum intellectus uſum nondum plene intelligit, nec novit, quam facile ab eodem aberretur, & qua de cauſa alterum aberraſſe contigerit. Obſedit hæc opinio mentem illorum, qui per cenſuras virorum merito ſuo celeritatem nominis adeptorum ad gloriam contendunt, errores ab iis commiſſos traducunt, immo fingunt, qui non ſunt, ut eos vidiſſe videantur. Sunt utique homines malæ mentis, quibus raro dat Deus recto intellectus uſu egregii quid præſtandi facultatem. Deſunt iidem ſibimetipſis, dum de intellectus recto uſu acquirendo non cogitant, quod eum ſe jam conſecutos opinione ſibi perſuadent.

§. 122.

Cur a priori inventa a poſteriori confirmanda.

Similiter quia fieri poteſt, ut intellectu non recte utatur, qui rectum intellectus uſum vel maxime cognitum diſtincte poteſtati ſuæ ſubjecit (§. 119.), nec ideo nimium ſibi confidere debet (§. 120.); *ſi qua vi intellectus cognovimus, ea num experientiæ conſentanea ſint poſtea inquirendum*, conſequenter *perpetuum eſſe debet rationis & experientiæ connubium.*

Reſpondent experientiæ eo fine quæſitæ, ſive obſervando, ſive experimentando (§. 456. *Pſych. empir.*), examinibus computationum, quas *Probas* vulgo vocant, & partim Arithmetica docet, partim in caſibus particularibus circumſtantiæ inſinuant. Quemadmodum enim examina arithmetica oſtendunt, nos in computatione a regulis non aberraſſe; ita quoque obſervationes & experimenta probant, nos intellectu recte uſos fuiſſe. Notandum vero eſt, iſtiusmodi examina latius patere, quam vulgo creditur. Etſi enim vix uſurpentur niſi in Phyſica, ac ideo quoque Geometræ, quando problemata phyſico-mechanica calculo algebraico ſolvunt, formulas, quæ invenerunt, per experimenta recte examinant; habent tamen locum in Philoſophia quoque morali, immo in Metaphyſica & ipſa Theologia naturali: de revelata enim ut dicamus, non eſt hujus loci. Non tamen ignorata inter Theologos doctiores experientia ſpiritualis, quam dicunt, quamvis multa cautione hic opus ſit, ne fabuloſa habeantur pro factis veris & ne idola imaginationis nobis imponant, nec naturæ atque gratiæ limites confundantur.

§. 123.

De analyſibus logicis

Ob eandem rationem & quia habitus eodem modo perficitur, quo acquiritur (§. 430. 431. *Pſych. empir.*); *utile eſt,*

eſt, ut ſubinde analyſes logicæ inſtituantur, quæ in diſtincta regularum applicatione conſiſtunt, præſertim in iis caſibus, ubi non vanus eſt metus, ne forſitan a recto intellectus uſu aberraverimus, veluti ſi noviter aliquid a nobis fuerit inventum, vel etiam aliorum ſententiæ diſcutiendæ, aut errorum fontes detegendi. *ſubinde inſtituendis.*

Iſtiusmodi analyſes logicæ quodammodo aſſimilantur computationibus non ſine variatione iteratis, veluti ſi in ſerie numerorum addendorum primo initium fiat ab infimo continuo aſcendendo, donec ad ſupremum perveniatur, deinde vero ordine retrogrado deſcendendo a ſupremo ad infimum fiat computatio, aut ſi multiplicatio fiat cum ſubſidio abaci Pythagorici, tum absque eo. Quando ex habitu agimus, ſingulorum actuum ſimplicium, qui actionem compoſitam perficiunt, nobis minime conſcii ſumus, propter nimiam celeritatem, qua ſe invicem conſequuntur, particulis temporis, in quas id dividi deberet, nobis imperceptibilibus exiſtentibus. Quamvis itaque plerique habitus, ex quibus homines agere ſolent, tales ſint, ut non facile aberretur; longe tamen aliter ſeſe res habet cum habitu intellectu recte utendi, ubi ex eodem agenti nunc hæc, nunc alia objiciuntur impedimenta, quo minus actus omnes ad rectum intellectus uſum requiſiti vel adſint, vel recte ſe habeant. Abſit itaque, ut exiſtimes, exercitia iſtiusmodi, quales analyſes logicæ ſunt, tantummodo convenire adoleſcentibus ad rectum intellectus uſum adſpirantibus, dedecere vero viros. Oppido falleris, ſi te a pari argumentari credis provocando ad exempla ex habitu agentium, quæ magno numero cumulari poſſunt. Rationem enim diverſitatis jam indicavimus. Quodſi analyſes logicæ inſtituantur, ſinguli actus ad actionem ex habitu requiſiti ſeorſim expenduntur & cum regula conferuntur, atque ſic facilius pateſcit, utrum adſint omnes, an aliquis deficiat, & num ſinguli recte ſe habeant, hoc eſt, num tales ſint, quales vi regulæ eſſe debent. Si iſtiusmodi analyſes nimiam diffidentiam ſui arguere

videlicet, non ſolum ad animum revocatis animi conſtitutis rectis intellectus ulus haud raro inanes (§. 122.), ex ea praeſtim ratione, quia difficiores, quam cordatus, fed & fanus dum, quod modo diximus, illuminatis analyſin non tempere inquit, fed ſatem in ea caſibus, ubi cum quaeſtio fimul non efficax, ſaltem utilitas. Si qua per nonnumquam interveniunt, plures nobis ſtrata noſtra, nunquam omnium, quae ſuadent, tam praeſidere nobis videntur, immo dum in vocis adhuc haerimus ac noſtrum. Plurimi quoque quaeſtiones fere fanae ac nemo alia imaginandis, & latentur, ubi ſibi perſuadent, fe nervos ab ea contendisse diſcutiendo. In quibus nobis aliquantum ſenſi ſtui alia intellectus & fentiae, & ad obſervationes facile ſufficiunt, ut ideo indifferentiam ſuperſtitionem ſuperſtitionem ſuperſtitionem, quando intellectus nobis ea videtur (§. 118.). Pars itaque tanta, aut in praeſentiarum praeſtant analyſes logicas inprimis ingenium, quando noverit a nobis aliquid fuere inventum, ad ulterius ſpectandum ſcientiae, & omnium fanos denegandi. In caſu poſtremo inſtrumenta ſtudiorum, quae ſuppeditant, ſi ſcientiae ſuperſtitionem aliter deteguntur, quam fi ullandi poſſe, a quorum regulis ab alterum ſtudium. Id quoniam ſcientiae ſuperſtitionem, ſi quis pro vero ſumſit, quod non eſt, non tamen ſemper adeo obſervat, ut vehet in eruditum ſcientiae. Quamobrem dum vero grante ullum, quam dura aperta facimus, dumque artium ullo, qui ea ſcientiae accidunt, in eruam omnibus hominibus ſuam habere ullo accidentium, ut in vocamus, modo eadem praeſtare poſſimus & ſi vel maxime ſedem alia non ſuſpicemus. Sed de his egregius dicam a praeſenti noſtrum ſtatuam.

§. 124.

De probabili. Ad rationem intellectus ultra quaque pertinet, ut de re, quod *litur vele probabili ei, vele ſtatuamus.* Recte tuitur, non tamquam in dubitando, poterunt nobis probatum eſſe, ut de veritate judicii fanos

certi, non minus in diſciplinis, ubi judicia univerſalia formanda, verum etiam in negotiis vitæ humanæ, quando veritates univerſales ad ſingularia applicandæ, cum nemo id ignorare poſſit, niſi in diſciplinis prorſus alienus ac hoſpes fuerit, nec ad negotia humana indies obvia animum attendere voluerit, aut potuerit, vel ſufficientem attentionem afferre nondum didicerit. Enimvero ad judicium de eo, quod probabile eſt, ferendum non minus requiritur rectus intellectus uſus, quam ad diſcernendum verum a falſo (§ 578. *& ſeqq. Log.*). Quoniam itaque rectum intellectus uſum facere tenetur, qui de eo, quod probabile eſt, recte ſtatuere vult; ad rectum intellectus uſum quoque pertinet, ut de eo, quod probabile eſt, recte ſtatuamus.

Logica, quam nunc habemus, eas potiſſimum regulas tradit, quæ ad verum a falſo diſtinguendum inſerviunt. Et quamvis nos (§. 578. *& ſeqq. Log.*) etiam haud pauca tradidimus, quæ intellectum in cognitione probabilium dirigunt; non tamen ea ſufficiunt. Quamobrem quoque plus ſimplici vice monuimus, Logicam probabilium nondum in artis formam redactam eſſe, cujus ſaltem fundamentum in Logica jecimus. Etſi itaque intellectum ſtudio Matheſeos præſertim perfeceris, quemadmodum ſupra docuimus (§. 99.), & eundem ope veræ Logicæ diſtincte cognoveris (§. 101.); quando tamen in caſu probabilitatis certi quid ſtatuendum, hæſitabis. Quo enim magis polles habitu certum ab incerto diſtinguendi; eo magis quoque agnoſces fieri non poſſe, ut certo ſcias, quid verum ſit. Ea ſane eſt ratio, cur illi, qui in Matheſi unice verſati ſunt omneque tempus in eadem conſumſerunt, ſi de probabilibus ferendum judicium, quid ſtatuere debeant dubii ſunt, & nonniſi difficultates movent. Inde ortum traxit opinio, quod ſtudium Matheſeos reddat ſuos cultores ineptos ad negotia publica: id quod a vero non prorſus

abhorret, ſi quis exiſtimet, in iis nil definiendum, niſi adſit ea evidentia, quam ſe in Matheſi experiri ſibi conſcius eſt. Quamvis vero regulæ, quæ ad certam rerum cognitionem ducunt, ac ideo rectum intellectus uſum in veritate cognoſcenda continent, ad recte ſtatuendum de eo, quod probabile eſt, non ſufficiunt; iisdem tamen propterea carere non poſſumus. Ac ideo qui de probabilibus recte judicare vult, eo modo intellectum ut perficiat, quo in anterioribus id fieri debere oſtendimus, opus habet. Sane ſi probandum, hoc vel iſtud eſſe probabile, forma probationis a forma demonſtrationis minime differt, ſed tantum materia (§. 496. 498. *Log.*), quia nimirum aſſumuntur principia, de quorum veritate nondum certo conſtat. Qui non perpendunt, negotia humana exitum habere debere &, ut habere poſſint, ſtandum eſſe probabilibus; multa perſtringunt, quæ reprehendenda non ſunt, propterea quod ea fallere ſubinde poſſe vident, quaſi probabilia nunquam fallere poſſint, ſed ſemper debeant eſſe vera: id quod notioni probabilitatis repugnat (§. 591. 592. *Log.*). Habent etiam probabilia uſum in diſciplinis, quatenus in eas admittendæ ſunt hypotheſes (§. 127. *Diſc. prælim.*), quas minus recte nonnulli ſimpliciter damnant, etiamſi ipſimet tacite admittant hypotheſes, quarum falſitas demonſtrari poteſt, vel probabilitas ſaltem ab aliis evicta. Quamdiu autem Logica probabilium deſideratur, non ſatis tuto in caſibus longe plurimis ſatis recte pronunciare poſſumus, utrum quis in dijudicandis probabilibus intellectu recte utatur, nec ne, quamvis ea, quæ de probabilitate tradidimus (§. 578. *& ſeqq. Log.*), haud raro ſatisfaciant, & interea hoc Catone contenti eſſe debeamus.



§. 125.

De aberrationibus intellectus præcavendis:

Si quis inquirit in rationem, cur alii, præſertim qui intellectu uti didicerunt, in errores inciderint; is ab aberrationibus facilius ſibi cavere diſcit. Etenim qui in rationem inquirit, cur alii

alii præſertim ii, qui intellectus uſu pollent, in errores inciderint, cum ratio conſiſtat in eo, ex quo intelligitur, cur quid potius ſit, quam non ſit (§. 56. *Ontol.*), is cognoſcit, cujusnam facultatis uſus in miniſterio intellectus defecerit, aut minus recte ſe habuerit, vel quænam operationes intellectus a regula diſceſſerint, & quare hoc vel illud factum fuerit. Quoniam igitur diſtincte cognoſcit, qua de cauſa quis in uſu intellectus aberrare poſſit, quamvis eundem perficere non neglexerit; is memor eorum, ad quæ animum attendere debet, ſi aberrare nolit, ab aberrationibus facilius ſibi cavere diſcit, quam ſi tantummodo ad regulas, quibus intellectus dirigitur, attendere debet.

Diſcimus nimirum ex alieno caſu, quæ vitare debemus, cum forſitan alias de iis non cogitaſſemus. Quando caſus ſimilis occurrit, in quo alter ab intellectus recto uſu aberravit, cum jam conſtet de aberrationis poſſibilitate extrinſeca, periculi præſentis conſcii de eo avertendo cogitamus, quod alias nihil tale metuentes ſubire poteramus. *Lockius* in Tentamine de intellectu humano ideas qualitatum ſenſibilium pro primitivis habuit, & notiones imaginarias pro realibus venditavit, quia tacite ſuppoſuit, res tales eſſe, quales ſenſu percipiuntur & vi imaginationis repræſentantur, atque ideas rerum a ſenſu oriri ſtatuit, quia tacite ſuppoſuit influxum phyſicum corporis in animam. Diſcimus igitur hinc, ut, quando de rebus ſenſibilibus, immo de iis, quæ quomodocunque ad easdem pertinent, quæſtio incidit, nobis caveamus, ne tacite ſupponamus, eas tales eſſe, quales ſenſu percipiuntur ac vi imaginationis repræſentantur, immo in genere, ut maxima circumſpectione utamur, ne tacite quid ſupponamus, quod num recte ſupponatur, nondum diſquiſivimus. Quodſi ad tacitas ſuppoſitiones animum attendiſſet *Lockius*, minime ſumſiſſet res tales eſſe, quales ſenſu percipiuntur, & vi imaginationis re-

repræſentantur, cum experientia obvia contrarium unumquemque doceat, nec tanquam quæſtionem præliminarem, nullius prorſus discuſſionis indigam, ſuppoſuiſſet cauſam coëxiſtentiæ perceptionum rerum ſenſibilium & mutationum ab iisdem inductarum organis ſenſoriis, quemadmodum videmus *Carteſium* ab hisce tacitis ſuppoſitionibus ſibi caventem errorem iſtum evitaſſe, quod imaginibus qualitatum ſenſibilium ſimile inexiſtat objectis ſenſibilibus, & earum notiones ſint irreſolubiles in alias ſimpliciores, dum perceptionem in anima, mutationem in organo ſenſorio & cauſam hujus mutationis in ſenſibili optime discrevit atque docuit, notiones qualitatum ſenſibilium eſſe in alias ſimpliciores reſolubiles, quarum in unum confuſione naſcuntur illæ imagines, & ea, quæ inexiſtunt ſenſibili & mutationem in organo ſenſorio cauſantur, diſtincte percepta longe aliud eſſe, quam quod ſimilitudinem cum iſtis imaginibus habeat, qualis obſervatur inter imaginem arte pictoris perfectam & ejus prototypon, quod refert. Plurimi omnino errores ex tacitis ſuppoſitionibus in diſciplinas irrepſerunt, quæ quanto facilius committuntur, tanto majore animi ſollicitudine vitandæ. Tacitæ ſuppoſitiones non modo ſunt ſeductrices in diſciplinis, verum etiam in negotiis humanis, ut eventu ſperato fruſtremur. Utiliſſima omnino foret tacitarum ſuppoſitionum theoria, non ſolum ad evitandos errores, ſed etiam ad æquas interpretationes. Eam vero ſi quis condere velit, is ante in tacitas ſuppoſitiones ſive a ſe, ſive ab aliis factas ſedulo inquirere &, ubi eas detexit, porro inveſtigare debet, quænam cauſa iisdem locum fecerit, quam opus hoc arduum aggrediatur. Suppoſitiones tacitæ cæcant mentem acutiſſimorum, ac ideo tanto majore attentione opus eſt, ne admittantur. Similiter Geometræ notiones imaginarias in Metaphyſicam & Phyſicam inferunt, quia iisdem adeo felicitar uſi ſunt & utuntur in mathematicis: in quo quantum fallantur & quantum inde damnum detur ſcientiis, dudum ſatis notum eſt. Docemur itaque, non temere, quod in uno diſciplinarum genere ſumi poteſt, id etiam in alio eſſe ſumendum.

dum. Exemplum eſto tale. Quoniam perceptiones rerum ſenſibilium in anima & motus voluntarii in corpore eo modo oriuntur, ac ſi anima vi ſua produceret motus voluntarios in corpore & corpus vi ſua produceret perceptiones rerum ſenſibilium in anima (§. 537 *Pſych. rat.*); in philoſophia morali & civili absque periculo errandi ſumi poteſt, animam producere motus voluntarios in corpore & corpus viciſſim perceptiones rerum ſenſibilium in anima. Aſt idem ſumere non licet in Pſychologia rationali, in qua ratio reddenda, cur ita motus organorum corporis reſpondeant volitionibus animæ & ex adverſo perceptiones rerum ſenſibilium mutationibus in organis ſenſoriis contingentibus. Eodem ſane modo Aſtronomus in parte Aſtronomiæ ſphærica ſumit ſolem ac ſidera in univerſum omnia moveri ab ortu in occaſum circa terram in centro univerſi collocatam, quamvis in theoria ſumat contrarium, nimirum terram una cum planetis moveri circa ſolem quieſcentem. Haud contemnenda eſt utilitas fictionum in demonſtrando & inveniendo; non tamen propterea iisdem ubivis concedendus eſt locus. Qui ad talia animum non attendunt, inſcii in errores prolabuntur. Atque ideo ſatis ſuperque patet, quanta ſit propoſitionis præſentis utilitas, immo neceſſitas. Ampliſſimus hic pateret dicendi campus, niſi hæc pro inſtituto noſtro ſufficerent. Ceterum non diffitemur, non adeo facile eſſe, ut fontes errorum latentes detegantur, nec cuilibet dari, ut adeat Corinthum; ſed abſonum foret prætendere, ut in diſciplinis omnia efficiantur ad palatum uniuscujusque promiſcue & reducantur in cujuslibet poteſtatem.

§. 126.

Si erroris cauſa cognita pateat, quid emendandum ſit, error, qui commiſſus fuerat, monſtrat viam ad veritatem. Etenim ſi erroris cauſa cognoſcitur, conſtat, cujusnam facultatis uſus defecerit, vel aberraverit. Quodſi ergo præterea pa-

De errore ad veritatem monſtrante viam.

tes, quid emendandum sit, ut error in veritatem vertatur, quinam ulla facultatum sit adhibenda, quarum ea-rundem aberratio fit virtuti, nobis perspectior eft. Cum igitur conflet, veluti ſi quotuplo deficiat, error, qui commiſſus fuerat, viam ad veritatem monſtrat.

Forſan non dicturus, quibus paradoxum videbitur, errorem non dicere debere ad veritatem. Quemadmodum tamen eſt, ut id uberius declaremus. Cartefius ratiocinium pro facultatum corporea habuit. Inſolite in hoc errore, quod in notione conſtitit emendanda ſubſtituta atque ideo pro ſenſibili habuit. Quamobrem pari, notionem deinde ſam ratiocinium eſſe in diſtinctum. In extenſo itaque diſtinguimus *facultatem* ſtrictam conſtituentem, quotuplo ſolum unum exiſtit extra ſenſum, & continuatum, qua inter exiſtentia diſtincta nullum intercedit medium. Ac-que inde jam liquet, dum ratiocinium vi imaginativa non repugnans, ac ſenſu perſpicuum, non plus ſibi debere, quæ ſe ſuſtinere, ut per naturam ſuam immutabilem cohibitionem nullam. Cum igitur ſenſus, ut ſuperſtigiosa fert, ut patet, cur corpori quovisse extenſo, ita vanus ſuperſtitio, cur ut imaginativa non perſpicuum, error a corpore cognitionis nobis monſtrare potuit viam ad veritatem. Et quamvis notione confuſa ſatisfactio exiſtat, pare, imaginem extenſi convenire cum intuitione qualitatum ſenſibilium, quibus ſimile in corporibus non exiſtit, quemadmodum *Cartefius* de qualitatibus ſenſibilium obſervavit: ſimil patet, extenſionem confuſam notionem imaginarium eſſe, non nolens, potuit vitium *Cartefii*, ſeque ejus ope non duxit ad veritatem. Quæ ſi ita ſe habeant, notandum eſt, in propoſitione ſecunda, quid error meaſuret vi-am ad veritatem, non vero quod ad eandem ipſa conducat. Quinetiam ejus corpuſcula reſiſtunt. Fierinam poſſit, ut non unum eſſet, quo minus vitam ingrediat poſſe, conſequentur ut ubi ſit

inacceſſa: fieri etiam poteſt, ut eam ingreſſus gradum ſiſtere cogaris, nec metam attingere queas, conſequenter ut eam non ſatis tritam experiaris: fieri denique poteſt, ut in ipſo itinere ad devia deflectas, quæ prorſus alio ducunt. Ita in exemplo, quod modo dedimus, quamvis noris, perceptionem confuſam extenſionis reſolvendam eſſe in diſtinctam, nondum tamen proptrea reſolutio in poteſtate tua eſt. Et quamvis noſti, ut extenſum percipias, requiri coëxiſtentiam plurium, eadem ſe invicem diverſa eſſe debere, eademque eo ordine coëxiſtere debere, ut coëxiſtentia aliorum intermediorum excludatur, nondum tamen in poteſtate tua eſt detegere, quænam ſint iſta plura, quæ coëxiſtunt, in quonam differentia eorum conſiſtat, & qualia eſſe debeant, ut coëxiſtentiam aliorum intermediorum excludant. Immo dum in hæc ſigillatim inquiris, contingere poteſt, ut a veri tramite deflectas. Sane ipſe *Carteſius*, quamvis cognoviſſet imaginibus qualitatum ſenſibilium ſimile non exiſtere in corporibus, detecto errore illorum, qui eas pro entibus extra mentem noſtram exiſtentibus, & earum notiones pro primitivis, ideoque irreſolubilibus habuerunt, eundem tamen errorem in extenſione commiſit. Errores equidem aliorum menti noſtræ clarum, quidni clariſſimum lumen præferre poſſunt, non tamen viſum acuunt, ut omnia pervidere poſſimus. In Architectura militari, cujus ab initio usque ad hunc diem progreſſus ex ſcriptis Architectorum militarium manifeſtus eſt, clariſſime perſpicitur, quomodo errores præcedentium profuerint ſequentibus, ut ſucceſſiva emendatione munimenta perfectiorem acquiſiverint formam. Cumque progreſſus Aſtronomiæ ſaltem a *Ptolemæo* usque ad noſtra tempora non minus notus ſit, inde ſimiliter diſcimus, quomodo errores præcedentium lumen prætulerint Aſtronomis ſequentibus, ut ad veritatem continuo propius accederent. Ipſa vero etiam Aſtronomia docet, cur lumen iſtud ſolum non ſemper ſuffecerit, nec omnium mentem æqualiter illuminaverit. Notandum quoque eſt, errores eorum inprimis, qui intellectu uſus pollent, partem

veri haud raro continere, ut aliquid ſaltem ſit addendum, vel demendum, ſi quod verum eſt deſideres. Quamobrem ſi cauſa erroris detecta pateat, quid ſit addendum, vel demendum; jam plana erit ad veritatem via. Exempla plurima occurrunt in Phyſica, quando ratio redditur phænomenorum, ſed nondum omnis, cum Autores ad notionem rationis ſufficientis animum non attendant, aut diſtinctam minime habeant, vel etiam perſpicillis ontologicis deſtituti non videant, quid hic & nunc requiratur, ut in ratione data nihil deſiderari poſſit. Maxime vulgare exemplum, quo propoſitio præſens illuſtratur, ſuppeditat Arithmetica. Etenim ſi lapſu memoriæ in computando erraſti, ſumendo numerum alium pro alio; errore calculi detecto, ſtatim patet, quinam numerus pro falſo ſit ſubſtituendus, ut verus prodeat calculus. Exempli hujus ideo mentionem facere lubuit, ne forſitan ſint, qui idem in objectionem vertant.

§. 127.

De dubitatione ſigno deficientis recti uſus intellectus.

Qui omnia in dubitationem adducunt; intellectus recto uſu nondum pollent. Qui enim dubitat, ignorat cuinam contradictionis parti aſſenſum præbere debeat, quamvis alterutri præbere vellet (§. 417. *part. 2. Theol. nat.*). Quodſi ergo omnia in dubitationem adducit, omnia ipſi videntur incerta (§. 564. *Log.*) Quamobrem cum regulæ logicæ, quæ rectum intellectus uſum in cognoſcenda veritate præſcribunt (§. 1.), ad verum a falſo diſcernendum ſufficiant (§. 545. *Log.*): aut eas prorſus ignorat, aut ſaltem habitu eas applicandi deſtituitur. Qui ergo omnia in dubitationem adducit, intellectus recto uſu nondum pollet.

Equidem non deſunt, qui intellectu rectius uti videri volunt, ſi omnia in dubitationem adducunt, & ubivis nodos nectunt; cum tamen intellectus ſit res cognoſcere, non vero co-

cognitioni noſtræ ſubducere, nemo non videt, eos intellectum parum perfeciſſe, qui nihil certo cognoſci poſſe contendunt, quam quod nihil certo cognoſci queat. Qui perfecerunt intellectum, eorum potius eſt, certum ab incerto ſeparare, ut id, quod adhuc incertum eſt, ad certitudinem perducatur, nec incertum maneat in perpetuum. Quoniam igitur deficientis recti uſus intellectus certiſſimum ſignum eſt, ſi quis omnia in dubitationem adducere voluerit; vix quicquam abſurdius concipi poteſt, quam ſi quis ad nominis gloriam contendere velit omnia in dubium vocando. Equidem cum iſtiusmodi homines dubia facere ſoleant, quæ non intelligunt, nec intelligere poſſunt; facile conceditur, ea ipſis dubia eſſe, perperam tamen ex ſe ducunt argumentum, quaſi quod ſibi incertum eſt, omnibus quoque ceteris incertum eſſe debeat, occulto minimum faſtu menſuram intellectus aliorum intellectum ſuum facientes. Fieri omnino poteſt, ut multa lectione ſibi comparaverint hiſtoricam rerum multarum notitiam, ut eruditi audiant: ſed hiſtorica cognitio memoriæ potius opus eſt, quam intellectus, & diligentiam arguit, non intellectus perficiendi ſtudium. Nemo igitur ab hisce ſibi imponi patietur, niſi qui nondum novit, multam lectionem non eſſe medium perficiendi intellectum. Quodſi dicas fieri poſſe, ut quis alias vexandi cauſa quævis promiſcue in dubium vocet; id vel petulantiam plus quam juvenilem ſapit, quando aliorum tædiis delectatur, vel faſtum fanum, quando quis acutior videri vult ceteris omnibus. Hoc tamen non obſtante, in utroque caſu ſimul defectum recti uſus intellectus arguit. Intellectu enim recte uti nondum didicit, qui in determinandum judicium de re aliqua influere patitur appetitum ſenſitivum & ab eo facit intellectum pendulum. Iſtiusmodi homines propius accedunt ad illorum numerum, qui omnia in disceptationem adducunt, aut prorſus cum iisdem faciunt, de quibus diximus in ſuperioribus (§. 114.).

§. 128.

De querelis de imbecillitate intellectus.

Querelæ de imbecillitate intellectus impediunt, quo minus intellectus perficiatur. Qui enim de imbecillitate intellectus conqueritur, is non modo in ſe experitur, quod intellectu nondum uti didicit, quantum ad verum a falſo diſcernendum ſufficit, verum etiam deſperat ſe uſum iſtum conſequi poſſe, ac per conſequens de perficiendo intellectu non cogitat. Quodſi alii querelis iſtis habeant fidem, id quod facillime contingit, quia ſegnitiei patrocinatur, intellectus autem perficiendi ſtudium arduum atque difficile (§. 99. & *ſeqq.*); ipſi quoque omnem de intellectu perficiendo cogitationem abjiciunt, immo in eo perficiendo oleum ac operam perdi putant. Quamobrem patet, querelas de imbecillitate intellectus impedire, quo minus intellectus perficiatur.

Non probo illorum conatus, qui integros tractatus de imbecillitate intellectus conſcribunt, & mallem iis opponi alios de præſtantia intellectus humani. Querelæ Theologorum de corruptione intellectus non extendendæ ſunt ultra ſuos limites. Quæ enim ipſi dicunt de rebus divinis in ſcriptura revelatis, quæ rationis ſphæram transcendunt, ea non trahenda ſunt ad ea, quæ intra hanc ſphæram continentur. De illorum igitur querelis mihi in præſenti non ſumo judicium, qui in philoſophia verſor. Intellectus potiſſimum homines a brutis discernit, cum ab ejus recto uſu dependeat ratio & voluntatis directio, ut ſine eo virtus non ſit. Nulla igitur facultas excellentior intellectu homini data, quo quis magis præſtat, eo magis nomen hominis meretur & a brutorum conſortio longius recedit. Tacite quoque de imbecillitate intellectus conqueruntur, qui de limitibus a Deo eidem ſtatutis, & transcendi neſciis garriunt, quæ intelligi nequeunt, ad palliandam ſuperbam ignorantiam, quam ſatis produnt, dum opinionem

ſuam

sum sim perfectus? Iamsum ipse cogitans? praetendam nescio velle, quae magis ne optimus Deus meliora nos velit. Malo ad veluti ambitiosa vitia pervenire, nisi de quaerendo nulla possit perfectio. Qui de imbecillitate intellectus humani conqueritur, is ipse non sum in ea experientia, vilitate quidem. Dum vero ex cogitato ad universalia argumentorum, propter quae intellectus imbecillitatem probare, ad ea, quae ab intellectu in his rebus sumus radicem minime extendere. Quibus ratiocinationibus ostendere, quae ratione sit, quae non sit, quae ratione sit, qui intellectus recte uti non dicitur, nemo putem.

§ 129.

Quoniam quaerela de imbecillitate intellectus inepte *tendum* fiat, quo minus intellectus perficiatur (§. 128.); id nec *adversus* haec querela de intellectus imbecillitate, nec *contra* ejus abusibus *quae* quae ad nullo ratione firma defendi possit, fed ill contrarium extra- ho, possit, demonstrationes, demonstrari, quarum pars intellectus, intellectus vitio est detrimentum.

Quaecunque fallam argumentis firmis defendi non possit, in dubium revocetur. Quemadmodum qui novit, quorum ad demonstrationem requiruntur, si non difficile est informatus quae illorum difficultas, veluti quod quadratum circulo aequale, vel quae omnium fatis probata, vel quod idola fas colere, et imaginationis superfluens, quae ab intellectu esse potentia, vel quod ea fomnia inferant, quae minime confequantur, & quae non fant intellectu male quorundam abstractorum. Eiusmodi quae non omnium omnibus intentum alii fatum, quod non fufficiunt ad mala probata, aut contentum fatis, quae ad ea, quae ab intellectu abstractorum, aut a quibusdam abstractionibus. Nemo facile, ea nullus intellectus alia fatis perfectus eft, a quae ab eo non est, quamque a partinque perfectus, non hoc alem fatis ac intellectui praefigere limites, nulla paulo ante

damnato (*not.* §. 128.). Nihil igitur reſtat, quam ut ad facta provocemus manifeſta, quibus nihil obverti poteſt. Quare ad eam rem nihil mihi aptius videtur exemplo Aſtronomorum, quorum prædictiones minime fallaces nec ipſum vulgus ignorat. Nemo autem dubitare poteſt noſſe motum ſiderum & tanta certitudine prædici poſſe Solis atque Lunæ eclipſes referendum eſſe ad ea, quæ a ſenſu noſtro procul remota ſunt, & maxime abdita non ſine maxima vi intellectus in apricum produci poſſe, quamvis multo clarius id perſpiciat, qui Aſtronomiæ non ignarus eſt. Non nego exempla Geometrarum, inprimis modernorum idem aperte loqui. Aſt quot, quæſo, ſunt, qui capiunt, quanta intellectus vis requiratur ad eorum inventa? In numero vero eorum, qui non capiunt, ſunt potiſſimum, qui de imbecillitate intellectus conqueruntur. Nolo etiam provocare ad exempla artificum, cum vulgo objiciatur, plura caſui, quam intellectui in iis deberi, & quia in brutis quoque intellectu carentibus (§. 761. *Pſych. rat.*) obſervant artificia in conficiendis operibus adhibita, quæ humana ſuperare videntur, qualia in minimis inſectis detexit profundus naturæ ſcrutator *de Reaumur* in Hiſtoria inſectorum accurate expoſita, illa neſcio cui potius naturæ inſtinctui, quam vero intellectus uſui tribuere malint. Immo valde vereor, ne qui ſint, qui exiſtimaturi ſunt, bruta rectius ſequi naturæ inſtinctum, quam homines, qui dum intellectu uti volunt, quo illa carent, eundem corrumpunt: quod tanto ſpecioſius objici poſſe videtur, quia id ſano quodam ſenſu in nonnullis verum eſt, etſi in caſu præſenti fallat. Aliis non opinione ſolum, ſed etiam ad veritatem ſi perſuadere quid velimus, non utendum eſt argumentis, quæ id in diſceptationem adducunt.

§. 130.

De literis elegantioribus.

Literæ elegantiores dicuntur diſciplinæ, quæ circa ſermonem vel factorum etiam recenſionem verſantur, quales ſunt

ſunt Grammatica, Ars rhetorica, ſive oratoria, & Ars poëtica, Hiſtoria.

Noſtrum jam non eſt theoriam literarum elegantiorum generalem condere, multo minus ad tractationem illarum diſciplinarum deſcendere, quæ ad eas referuntur, immo ne quidem omnes recenſere & a ſe invicem diſtinguere. Explicamus hic tantummodo terminum, quo in ſequentibus utemur, ut conſtet, quo in ſignificatu eundem accipiamus. Sufficit itaque noſſe, literas elegantiores magis eſſe opus facultatum inferiorum, ſcientias vero, quibus opponuntur, opus intellectus, quamvis illæ ab intellectu regantur, ſicuti hic miniſterio facultatum inferiorum utitur (§. 14.).

§. 131.

De literis elegantioribus in ſcientias non admittendis.

Qui in tradendis ſcientiis literis elegantioribus locum faciunt, modum proponendi oratorum & poëtarum methodo philoſophicæ ſeu demonſtrativæ & illorum genus dicendi ſtylo philoſophico præferendo; intellectus uſum pervertunt atque impediunt, quo minus rectum ejus uſum conſequamur. In tradendis ſcientiis intendimus, ſaltem intendere debemus, ut diſcentes, quod proponitur, recte intelligant & quod affirmatur, id eſſe verum, quod vero negatur, falſum convincantur, conſequenter non utendum eſt terminis niſi accurata definitione explicatis (§. 116. *Diſc. prælim.*), propoſitiones ſunt accurate determinandæ, ut in notione ſubjecti non plura, nec pauciora contineantur, quam per quæ prædicatum determinatur (§. 121. *Diſc. prælim.* & §. 320. *Log.*), eædemque ex principiis ſufficienter probatis legitime deducendæ (§. 118 *Diſc. prælim.*), prouti requirit demonſtratio cum qua formam, tum qua materiam (§. 496. 498. *Log.*), in qua non plura contineri debent, quam quæ lectori antecedentium gnaro ſufficiunt ad cetera

in memoriam revocandum, quæ ad ratiocinia complenda requiruntur (§. 123. *Diſc. prælim.*). Quod ad ſtylum attinet, in eo non alia habenda eſt ratio, quam ut alteri animi noſtri ſenſa aperiamus (§. 141. *Diſc. prælim.*). Non pluribus utendum eſt verbis, quam quæ ad veritatem nude proponendam ſufficiunt. Eorundem ſignificatus fixus eſſe debet (§. 129. 321. *Log.*) & proprius (§. 138. 321. *Log.*), conſequenter idem ſemper iisdem verbis enunciandum, nec in propoſitionibus determinatis plures, neque etiam pauciores occurrere debent voces, quam ad judicium ſignificandum ſufficiunt (§. 320. *Log.*). Hoc nimirum pacto in tradendis ſcientiis utimur recte intellectu. Enimvero Oratorum eſt perſuadere, Poëtarum delectare. Orator igitur id potiſſimum agit, ut ſtimulet appetitum ſenſitivum ad aſſentiendum ei, quod pro vero haberi volumus, cumque appetitus ſenſitivus pendeat a ſenſu & imaginatione, vocabulis & loquendi formulis utitur, quibus imaginatio imaginibus repletur ad illum determinandum & affectus idoneos excitandum aptis. Immiſcentur quoque, quæ animum voluptate perfundunt, ne deficiat attentio (§. 371. *Pſycb. rat.*). Quamobrem non tam ratio habetur veritatis, quam ut alterum in aſſenſum quomodocunque trahamus, utque placeamus. Ab Oratore itaque & Poëta non ea fiunt, in quibus rectus intellectus uſus conſiſtit, *per demonſtrata*. Quamobrem qui in tradendis ſcientiis modum proponendi Oratorum & Poëtarum methodo demonſtrativæ & illorum dicendi genus ſtylo philoſophico præferunt, conſequenter in tradendis ſcientiis literis elegantioribus locum faciunt (§. 130.), intellectus uſum pervertunt, & dum diſcentes ab eodem ſeducunt, utique impediunt, quo minus eundem conſequantur.

Li-

Literas elegantiores minime contemno, neque improbo, ſi qui iis excolendis operam navent. Aſt in tradendis ſcientiis locum nullum ipſis relinquo, in quibus non proſunt, ſed nocent. Unum quodque merito ſuo æſtimo, & eum, quem habere debet, uſum eidem tribuo. Qui rectum intellectus uſum in ſcientiis perverti non perſpicit, is aut ignorat, quomodo ſcientia acquiratur, & quanta ſollicitudine opus ſit, ne a veri tramite in transverſum agamur, aut quænam ſint Oratorum artificia, ut perſuadeant, quænam Poëtarum, ut delectent, non novit, ſaltem non intimius perſpexit. Si quis elementa Geometriæ ſecundum præcepta Rhetorum tradere vellet; non modo abſurditas ſtatim in oculum incurreret, verum etiam damnum inde datum manifeſtum foret. Si Geometra triangulum æquilaterum definire vult, ſufficit dicere, quod ſit figura tribus lateribus æqualibus comprehenſa, & ad ea demonſtranda, quæ eidem conveniunt, veluti quod tres in eo anguli ſint æquales, quod, ſi circulo inſcribatur, quodlibet latus tertiam peripheriæ partem ſubtendat, quod perpendicularis ex vertice in baſin demiſſa baſin & triangulum biſecet, vi definitionis non plura de eodem tenenda ſunt. Hæc igitur ſola diſcenda, quando traduntur ea, quæ de eodem ſumenda, ut poſtea ſuo loco cetera demonſtrari poſſint, & in uſum demonſtrandorum memoriæ mandanda. Ponamus vero literas elegantiores introducendas eſſe in Geometriam, & prolixa verborum pompa inculcari, quod ſit figura prorſus divina, utpote imago Dei in eſſentia unius, in perſonis trini, & laterum æqualitate indicari perſonarum æqualitatem, quod, cum circulus circumſcribi poſſit, cujus æquales partes ſubtendunt ſingula latera, inde appareat, æternitatem convenire æqualiter ſingulis in Deitate perſonis, ac ideo figuram hanc myſterium maxime arduum in omni Theologia, ex quo myſteria cetera omnia tanquam ex limpido fonte derivantur, dilucide declarare; quod eadem figura ſit omnis recti norma, ad quam tanquam ad ſacram anchoram in muris extruendis recurrere tenentur fabri murarii, ut ideo Jcti celebres inſigni-

bus fub hoc nomine ufurpare volumus, ac ea exercere, quæ inftar aëris putemus: aequa non videri, S. Chriftum more dicit Scripturæ veterum, ad fenſ Pauli ſpectat, quæ inter fingendi privilegia & eruditam defumenda ab ea, quæ maxime fingenda eſſe, aequa ea, quæ non fingenda eſſe quidem negant debere, alia ad rem minus facientibus interponamus, non modo malè, quæ in Geometria ad dictorum ac proflus confirmat, verum etiam notionum perperfarum, quibus obnoxiæ ineſſe, ſatis manifeſtum eſt. Quod ſi deficiente attentione ad ea, quæ notionum triangli aequilateri ingreſſa debent, illum ab illicitis principiis deſcripſerit, ergo in noſtra intellectu ulla ſtatim deficiat quoad primam ejus operationem. Nos quidem non ſentimus hoc: quemadmodum ſi vel tantæ inſaniæ mens notionem deſcripſerit & aqua, quarum in Geometria ſumus, & ab imaginibus ſuperius intellectis imponatur: tamen enim aequatus quo non eſt ad tranſeundas aequas notiones ſufficiens. Quodſi jam eadem mens in enunciandis ac demonſtrandis propoſitionibus ſuperius memoratis ſuperſedeat, & ſuperſedere dicat ſibi & ſolitum ineſſe valens: quantum mens hæc mente ſtultiſſima eſt nobis, ac mens ea, quæ ſtultiſſima mente ſtultiſſima ab apparitu ſenſitivo tota officiatur penitus, ejus intellectui quoad omnes operationes ſuperſedeat, tantum eſt ſtultiſſima conventia generis ſtultiſſimi. Nemini non fatis manifeſtum, nifi Geometriæ penitus ignarum, eſſe notiones fummas, ab infimis haud procul abeſſe num, qui in ſtudio Geometræ adeo ſingulos adit. Nunquam enim in Geometria eorum eadem methodo opus eſt, qua utuntur Geometræ, fi quidem ad veritatem ſignificata deducta ſuffecerit (§. 113. Log. Praliminar.). Quamvis ideo Geometræ reliquæ partes ab Geometria ad intellectum perficiendum primæ, & eadem methodo de eadem, qua docetur in Geometria, ſcientia ſit, ſequitur inde, ut intellectus alia parvenerat & ad veram ſcientiam, & alia vera ſcientia, ſi ad Geometriam ſit, ut ea non ſit ſcientia proclivis ſimplam commendat, nec inde

get Oratorum coloribus & Poëtarum pigmentis, ut delectet atque intellectui ſe inſinuet. Longe diverſiſſimi ſunt Philoſophi & Oratorum ac Poëtarum fines: ad fines autem diverſos non eadem ducunt media. Undenam, quæſo, eſt iſta, quæ in diſciplinis regnat, confuſio, & quod per tot ſecula ſcientiæ tam parva ceperint augmenta, niſi quod fines iſti non ſatis fuerint discreti & diverſa diverſis convenientia media inter ſe confuſa? Abſit itaque, ut in ſcientiis ad intellectum recte utendum auxilium expectemus a literis elegantioribus. Quin potius ex adverſo illarum opem ipſæ implorare debent, ut ab omni labe ſint immunes.

§. 132.

De perverſo ſcientias tractandi modo.

Qui ſcientias non eo ordine addiſcit, quo una alteram ſupponit; is intellectu recte uti minime diſcit. Etenim ſcientia una alteram ſupponit, quatenus definitiones hujus reſolvuntur in definitiones illius, & in hac principia demonſtrandi petuntur ex illa. Quamobrem cum definitiones, quæ in hac traduntur, claritatem ſuam mutuentur a definitionibus, quæ in iſta locum habent, ut pleniſſima luce gaudeant, nec quicquam obſcuritatis in iisdem ſuperſit, & evidentia demonſtrationum in hac occurrentium pendeat a certitudine principiorum ex illa deſumtorum, ut aſſenſus firmus ſit atque immotus (§. 1000. *Log.*); qui ſcientias non eo ordine addiſcit, quo una alteram præſupponit, quæ diſcit, nec ſufficienter intelligit, nec veritatis convincitur (§. 991. *Log.*), conſequenter intellectu non recte utitur, prouti abunde patet ex iis, quæ de ejus operationibus earumque in veritate cognoſcenda uſu in omni Logica demonſtravimus. Quamobrem cum multo minus animum attendendo ad operationes intellectus videre poſſit, quomodo eodem ſit utendum, ne in notionibus deſit quicquam claritatis, nec in demon-

ſtrationibus evidentiæ, conſequenter ut, quæ diſcuntur, recte intelligantur, & extra dubitationis aleam ponantur; qui ſcientias non eo ordine addiſcit, quo una alteram ſupponit, is intellectu recte uti minime diſcit.

In Matheſi nemo adeo abſurdus eſt, ut addiſcere velit disciplinam nondum deguſtata ea, quam illa ſupponit, veluti Aſtronomiam, ignorata Geometria & Trigonometria: ibi enim ſtatim apparet impoſſibilitas, aut exiguos in ea progreſſus ſe facere poſſe experitur. Aſt quia in ſcientiis reliquis utimur ſermone magis vulgari, ſi vocabula familiaria fuerint, ea intelligere nobis videmur, quæ non intelligimus, aut ſaltem non ſatis. Et quia nondum adſueti ſumus rigori demonſtrandi, opinione perſuaſi nos convictos putamus. Abſurditatem itaque non adeo manifeſto animadvertimus, quam in Matheſi, quamvis prorſus eadem ſit, nec ad notiones lucidas & certam rerum cognitionem inverſo ordine utrobique pateat aditus. Immo niſi diſciplinæ tradantur eo ordine, quo una alteram ſupponit, impoſſibile prorſus eſt, ut omnia ſufficienter explicentur ac probentur. Unde contingit, diſcentes unice pendere ab ore magiſtri & aſſenſum ſuum tacite in autoritatem ejus reſolvere putantes ſe videre, quod non vident, quia id videri putant a magiſtro. Neque alia ſane ratio eſt, cur fieri minime potuerit, ut diſciplinæ accurata methodo fuerint pertractatæ, quam quod ad nexum earundem non attenderint animum, qui eas pertractarunt, aut ſaltem non ſatis eundem perſpexerint. Et ideo præterea contigit, ut Mathematicis, juſto ordini in ſcientia ſua adſuetis, nonniſi tenebras & incertitudinem in ceteris diſciplinis advertentes easdem nauſeaverint. Perverſa obtinet ſtudendi methodus, ut nullo ordine diſciplinæ pertractentur, & operam navetur ſubinde nonnullis, ceteris, quæ præſupponuntur, neglectis. Immo non deſunt Profeſſores, qui vel ignorantia, vel quæſtus cauſa, vel quod e re ſua exiſtiment habere auditores uſu

in-

intellectus deſtitutos, præpoſteram ſtudendi methodum commendant. Quamobrem cum impoſſibile ſit, ut recte intellectu ſuo utatur, niſi diſciplinæ ſororio vinculo copulentur & ea methodo pertractentur, quam urget intellectus uſus; neque etiam fieri poteſt, ut intellectu non recte utendo habitus recte utendi comparetur, quin potius palam eſt uſum non rectum familiarem evadere.

§. 133.

De uſu intellectus in experientia.

Recto intellectus uſu regendæ ſunt facultates inferiores in experientia. Cum ea experiamur, quæ ad perceptiones noſtras attenti cognoſcimus, & cognitio hoc modo acquiſita experientia ſit (§. 664. *Log.*), res autem præſentes ſenſu percipiamus (§. 85. *Pſych. empir.*), imaginatio autem reproducat perceptiones rerum abſentium (§. 92. *Pſych. empir.*), antea ſimul cum ea, quam nunc percipimus, perceptarum (§. 117. *Pſych. empir.*), vi memoriæ recognoſcendas (§. 175. *Pſych. empir.*); experientia uſu facultatum inferiorum acquiritur. Enimvero cum experientia ſit ſingularium (§. 665. *Log.*), quando vero eadem verbis exprimimus, quæ experimur, ſignis utamur, quæ entia univerſalia denotant, niſi vel nomen aliquod ſit proprium, vel appellativum adjecto pronomine demonſtrativo in proprium vertatur, & ex iis, quæ experimur, formentur judicia intuitiva (§. 51. *Log.*), & in experiundo facile committatur vitium ſubreptionis, ſeu error, quo nobis videmur experiri, quod minime experimur (§. 658. *Log.*), notiones autem univerſales formari nequeant abſque ſecunda & tertia mentis operatione (§. 55. *Log.*), & judicia intuitiva formentur uſu intellectus eodemque præcaveatur vitium ſubreptionis (§. 669. *& ſeqq. Log.*); recto intellectus uſu regendæ ſunt facultates inferiores in experientia.

Ipſa

Ipſa experientia abunde docet, quot vitia irrepant in notiones, quibus rem ſimpliciter apprehendimus, quantum aberretur in formandis judiciis intuitivis & inferendo ex iis, quæ expertos nos eſſe putamus, talia, quæ inde minimum conſequuntur, & quam familiare ſit vitium ſubreptionis iis ipſis, qui experientiſſimorum nomen ſibi dudum tanquam proprium vindicarunt, non alia ſane de cauſa, quam quod in experiundo rectus intellectus uſus ſeponatur. Cum nihil cognoſcamus niſi vel a priori, vel a poſteriori (§. 435. *Pſych. empir.*), conſequenter vel duce ſenſuum, aut ope apperceptionis, ſi ad animum ſpectet (§. 436. *Pſych. empir.*), ſeu experiundo (§. 434. *Pſych. empir.*), vel duce intellectu (§. 438. *Pſych. empir.*), omnibus in univerſum intellectus operationibus concurrentibus (§. 439. *Pſych. empir.*); ideo patet, cur, ubi deficit intellectus uſus, aut ad rem cognoſcendam minime ſufficit, ad experientiam tanquam ſacram anchoram confugiamus, & cur eorum cognitio, qui intellectum non perfecerunt, mere empirica ſit. Quamobrem inde contigit, ut, qui in agendo empirici ſunt, cum neſciant recto intellectus uſu facultates inferiores dirigere, tot præjudicatas foveant opiniones, quas continua experientia confirmari putant, & vulgus tot idola imaginationis, quæ ſuperſtitioſo cultu colit, experientiæ tribuat, cum tamen ſola imaginatione duce non cognoſcamus, niſi quæ fingimus (§. 437. *Pſych. empir.*). Optandum vero foret, ut cultus iſte idololatricus vulgo illiterato eſſet proprius: dudum tamen agnoverunt acutiores intellectu recte uſi, quam familiaris ſit ipſis etiam eruditis. Ampliſſimum ingrederemur campum, ſi omnia mala, quæ inde emergunt tam in cognoſcendo, quam in agendo, quod in experientia facultates inferiores non regantur recto intellectus uſu, perſtringere vellemus: ſed qui intellectu recte uti didicit, & ad ea, quæ quotidie ac ubivis obvia ſunt, animum attendit, ſatis ſuperque eadem per ſe videre poteſt, nec amplam de iis tractationem præſens inſtitutum permittit. Quo major vero eſt iſtorum malorum numerus, eo fortius præbent motivum

nem perfectioni intellectuæ, nec in ea inclusam. Oblectamen mutationem An inventendi illi vindicat, quæstum quoque mangonicarii veritatis a pollutori sophisticatorum. Certum cum judicium de virtutibus tam propriis, quam alienis, seu intellectualibus, seu moralibus natura experientia, quæ facta fuggerit, vicem mentis in noticitia habeatur, quam sit exercitio, ut intellectus rebus ipsis adæquatus inferiores, quando de illis ferendum eft judicium fatis liquet. Atque hoc pacto motivum eft perfectioni intellectus, quo eum instruit ne judicemus de virtutibus propriis, vel alienis fallantur, nec nobis videamur, qui non simus, nec videamur ut sit, qui non fumi: inverti autem omnino oportet, ne in re ea fallamur, modo non cadat ipsa ignorare, quid in fua fit. Eminenter qui intellectu redu ut deficit, eum non fupponit, quemadu in duo cafu regimen aliud fit exercendum, ut aut verum a falfo deliramentum, aut certum ab incerto diftinguatur id in perfectior nofitio minime ifte agnoftamus, cum fupponunt non tamquam debitum in nobis reliquantur. A præcipuamenta in judicando nobis certamus. Plurima minimum fane mutua, aut verum a falfo diftinctum non poffimus, mus modo quis non omnes nostros perfectionis intellectus gradus acquiferamus, verum etiam fi vel maxime nihil in eius ufu defiderari poffit.

§ 114.

Opinion refle intellectus ufu facultates inferiores *ne regendæ* agendæ fint in experientia (§. 111.), experientiæ autem *facultatibus* dotellicæ & exemplorum, quæ ipsa experientiæ tam *pro- inferioribus* prior, quam ulterior dederunt (§. 110. *part. 2. Phil. prall. auct. experien-* §. 663. *Log.*), magnus vis eft in praxi moralî (§ 919. *ff. Phil. pra-* *tiæ.* *ct. auct.*), ut ipsa experientia *ex regulis exempli* in moralem *praxi moralî* reflue ait reiâ, *facultates* inferiores rebe intellectus *ad* transferre *regulas debet.* (*Wolfii Philof. Pract.*) Ea Po-

Poteramus hoc multo uberius demonſtrare, ſi ſingulos uſus, quos præſtat experientia domeſtica, præſtant exempla aliorum in praxi morali, ſigillatim ſub incudem revocare & oſtendere vellemus, quomodo intellectus regere debeat facultates inferiores, ut quoad rectitudinem in uſu uno quolibet nihil deſideretur. Sed per tantas ambages incedere in præſenti non datur. Qui in Pſychologia ſatis verſatus eſt, & intellectum eo modo perficere ſtuduit, ejusque rectum uſum poteſtati ſuæ ſubjecit, quo ſupra docuimus, is per ſeipſum præſtabit, quod a nobis expectare poterat. Nemini ignotum eſt præcepta moralia, quæ vulgo inculcantur, & characteres morales morumque cenſuras communes experientia tanquam baſi niti. Non vero opus eſt, multum perfeciſſe intellectum, ut videamus, quam vagæ iſtis reſpondeant notiones, & quantum ea abſint a certitudine, quæ in ſcientiis deſideratur, ut nec ſatis intelligantur, nec quando vera ſint, quando fallant, perſpiciatur. Inde omnino eſt, ut minimum deſit univerſalitas, quæ notionibus rite determinatis ineſt. Colligantur ſententiæ ex antiquis autoribus, oratoribus, poëtis, hiſtoricis, & inquiratur in notiones iisdem reſpondentes; quam parum ſint exaſciatæ, ut eum habere poſſint uſum, quem habere debebant atque poterant, abunde pateſcet. Idem deprehenditur in apophtegmatis, quæ *Cicero* dicit eſſe multorum facete dicta, ſeu proverbiis, quorum magnus eſt in lingua noſtra vernacula numerus, nec minor utilitas, major tamen futura, ſi lumine intellectus colluſtrarentur. Quamobrem qui rectum intellectus uſum ſibi familiarem experitur, is non ſolum multam lucem ſententiis antiquorum & apophtegmatis affundere, ſed & eorundem uſum multo illuſtriorem efficere poterit, ad captum quoque illorum, quibus veritas opinione ſaltem perſuaderi poteſt, cum ſint convictionis minime capaces.

§. 135.

De modo utendi intellectu. *Qui aliis veritatem, cujus convinci nequeunt, perſuadere & dictis ingenioſis eorum animis inſinuare atque exemplis commendare vo-*

uoluerit; in eo non ſolum requiritur, ut recto intellectus uſu verum a falſo ipſemet accurate diſcernat, verum etiam ut argumenta ad veritatem perſuadendum apta & dictiones notionibus determinatis nihil addentes, nihil dementes ſeligat, & in exemplis attentionem ad ea excitet, quæ notionibus iſtis ineſſe debent. Quodſi quis verum a falſo diſcernere nequit, fieri omnino poterit, ut pro vero habeat, quod non eſt, conſequenter ubi aliis veritatem perſuadere voluerit, falſum perſuadere conabitur, ac voti ſui compos factus alios in errorem adducet. Quamobrem ſi quis aliis veritatem perſuadere eandemque dictis ingeniosis eorum animis inſinuare atque exemplis commendare voluerit; is recto intellectus uſu verum a falſo ut diſcernere poſſit neceſſe eſt. *Quod erat primum.*

Recto intellectus uſu in veritate perſuadenda, inſinuanda & commendanda.

Quoniam qui aliis veritatem perſuadere vult, aſſenſum eorum elicere intendit tam diu duraturum, quamdiu intereſt, ut pro vero habeat, quod ipſi perſuadere conamur. Cumque in perſuaſione plurimum valeat influxus appetitus ſenſitivi & averſationis ſenſitivæ, prouti caſus tulerit, in aſſenſum, qui ſupplet id, quod ex parte intellectus ad convictionem deficit, quemadmodum ex Rhetorica rationali, hoc eſt, cujus præcepta ex fine ipſius, quæ perſuaſio eſt, demonſtrantur, conſtat, non ſolum in ſe ſpectata, verum etiam in relatione ad ſubjectum, cui veritas perſuadenda; non perinde eſt, quibus utaris argumentis & quibus exemplis illam commendes. Quodſi ergo quis aliis veritatem, cujus convinci nequeunt, perſuadere & exemplis commendare voluerit, is recto intellectus uſu argumenta ad veritatem perſuadendum & exempla ad eam commendandum apta ſeligere tenetur. *Quod erat ſecundum.*

Qui veritatem aliorum animis inſinuare vult, is uti-

que intendit, ut acquirant notionem eidem reſpondentem, conſequentem minime fallacem. Neceſſe igitur eſt, ut, quanta fieri poteſt, ſollicitudine caveat, ne in notione iſta quicquam deficiat, quod ineſſe debet, nec adſit quicquam peregrini, quod abeſſe debet. Quare ſi quis dictionibus ingenioſis aliorum animis veritatem inſinuare voluerit, is duce intellectu dictiones ſeligere tenetur, quæ notionibus determinatis nihil addunt, nihil demunt. *Quod erat tertium.*

Quoniam exemplis inſunt univerſalia, quæ a ſingularibus abſtrahenda, ut notio univerſalis acquiratur (§. 250. *part. 2. Phil. pract. univ.* & §. 283. *Pſych. empir.*); qui per exempla aliorum animis notionem veritati reſpondentem inſinuare voluerit, operam dare debet, ut iidem ea, quæ in perceptione eo fine diſtinguenda, tanquam a re ſejuncta intueantur (§. 282. *Pſych. empir.*), conſequenter ea, quæ notioni diſtincte enuncianda inſunt, in idea, quæ animo præſens obverſatur, attentione ſua diſtinguant (§. 257. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem ab eo, qui per exempla notionem quandam aliorum animis inſinuare vult, attentio iſta excitanda. Et quoniam præterea is, qui per exempla veritatem alteri commendare vult, ſi theoretica ſit, non aliud intendat, quam ut placeat, vel ut cupiditas cognoſcendi excitetur, ſi vero practica fuerit, ut motivum agendi ſit exemplum, conſtat autem non promiſcue exempla quævis unicuique motivum agendi præbere (§. 277. *part. 2. Phil. pract. univ.*); recto utique intellectus uſu exempla eligenda ſunt commoda. Patet itaque, ſi quis veritatem aliis exemplis commendare voluerit, eum ope intellectus cum exempla ad hunc finem obtinendum apta ſeligere, tum attentionem illorum, quibus veritas perſuadenda, ad ea excitare de-

debere, quæ exemplo inſunt & notionem veritati reſpondentem ingredi debent. *Quod erat quartum.*

Quodſi attenta mente expendas ea, quæ jam oſtendimus, quanta ſit utilitas, ſi non neceſſitas, ad veritatem aliis recte perſuadendam, ut veritas intime ſit perſpecta & ad perſuadendum rectus intellectus uſus afferatur. Qui veritatem aliis perſuadere vult, cum non ſint apti, ut convincantur, aſſenſum eorum elicere ſtudet, alias vi demonſtrationis extorquendum. Si vi demonſtrationis extorquetur, conſtans eſt, quemadmodum probant exempla Mathematicorum, qui demonſtrationibus fuerunt convicti de veritate eorum, quæ tradit *Euclides*. Quamvis autem aſſenſus vi perſuaſionis eliciendus ſubinde ſufficiat vel momentaneus, veluti in negotiis multis humanis, ad quæ aliorum conſenſu opus habemus, per ipſam naturam negotii irrevocabili, aut quatenus ad ſemel, hic quidem & nunc, agendum requiritur; haud raro tamen atque in praxi morali ſemper opus eſt, ut conſtans ſit atque perpetuus. Atque tum perſuaſio non minoris artis eſt, quam convictio, & rectus intellectus uſus non minus requiritur in perſuadente, quam in convincente. Habet etiam perſuaſio, ſicuti actus reliqui humani omnes, ſuam rectitudinem, quæ ſine recto intellectus uſu ſubſiſtere nequit (§. 79. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Et quamvis ſubinde argumentis maxime abſurdis hominibus imperitis quid perſuaderi poſſit; non tamen hoc ſemper ſuccedit, cumque ad recte agendum obligemur (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*), fieri non debet. Quid quod haud raro vi argumentorum tribuatur, quod alii prorſus ad eam accedenti, aſt non adeo facile obſervabili, tribuendum erat, veluti ſi autoritas dicentis pondus addat argumento, quod per ſe non habet, quæ ſola ſufficere poterat ad eliciendum aſſenſum, ſit ita quod argumenta appetitum ſenſitivum, vel averſationem ſenſitivam ſtimulantia eum fortiorem reddant: habet enim aſſenſus, qui perſuaſione elicitur, ſuos gradus, quatenus ab

appetitu sentiens & intuitivus sensitiva pariter, quam facultatem ejus genus recipiunt. Atque ita simul genus, quo modo in particularibus argumentum vim suam elucidandi habeat, absurde tamen accipere videar, quod non habeatur in adductis locis. Sed ante omnia ad hoc, ut me ipsum de hac re convincam, philologiæ quidem in scientia non indigeo ante & elementa scientiarum, omnem tamen notionis philologicæ opus habeo. Sunt philologiæ cuncta pariter, omnia in demonstrandis & enumerandis variis philologiæ subdivisionibus Protagoram, his tamen & inclite debeat virtus, & ne eximus tamen populicolas effusus, Poëtæ philologicis tamen accurate.

§. 116.

De centrifugo fluentium & centripetalitate.

Omnium qui recto intellectu usi polire, ut verum a falso secernere deberent, argumenta ad veritatis perfundendum apta & dictionem notionibus determinatis nihil adderent nihil demerent, ad ea omnia universa immediatum unius religionis & exemplo, quod ad ejus veritatem dubitandi, attentionem ad ea, quæ notionibus illis inesse debeant, excitare valeat, & veritatem alia, qui ea, quæ notionibus illis pertineant, eorum animis ingenioris dictionibus notionem veritati reluctantium infimare eandemque exemplis commendare potest (§. 132.); qui vero circa terminum ac finem recitationis versantur, literæ elegantiores sint, ac quæ ingenia alia veritatis ad perfundere & persuadere parum, habeatis autem exemplis lapidatæ (§. 132.), interpretes elegantiæ & finitorum omnium sunt, qui ad veritatem certiores deveri debent, qui eandem continuo augeant, *tanquam ad terram in his aliquo modo inhiabiles ejici.*

Apparet itaque, non literas elegantiores nos contemnere, nisi finitum nullum locutionis locum in scientia (§. 131.), nonquo

que eorum uſum in tradendis iis, quæ ad ſcientias pertinent, ſimpliciter damnare, ſed tantummodo quando id agitur, ut veritatem intime perſpiciamus & ejusdem convincamur. Quando igitur aliorum intereſt, ne veritatem ignorent, neque tamen fieri poteſt, ut convincantur, & quia inter perſuaſionem ac convictionem diſtinguere neſciunt, penes ipſos tantundem valet perſuaſio, quantum apud Mathematicum & Philoſophum convictio; Oratorum & Poëtarum more veritates quoque proponere licet, quæ ad ſcientias pertinent, ad captum eorum atque palatum, qui res ſcire vel nequeunt, vel nolunt opinionem & ſcientiam eodem pretio æſtimantes. Scripta talia conveniunt vulgo imperito ac iis, qui non altius vulgo ſapiunt, vel ſapere nolunt. Nihil adeo in eo vitii eſt, modo præcaveatur, ne quid committatur in præjudicium veritatis: id quod ne fiat, uſus elegantiorum literarum ſubjiciendus regimini intellectus. Ac ideo utiliſſimum foret, ſi theoria literarum elegantiorum ad formam ſcientiæ redigeretur, veluti ut Rhetoricæ præcepta, quemadmodum in diſciplinis practicis fieri debet, ex ejus fine ope inprimis principiorum pſychologicorum demonſtrarentur, in ſubſidium etiam vocatis aliis ex aliis Philoſophiæ partibus, ſicubi neceſſe fuerit, ut ſic literæ elegantiores cum philoſophia arctiſſime vinculo copularentur. Ita nimirum verendum non eſſet, ut iisdem in præjudicium veritatis honos haberetur. Immo ſi uſus literarum elegantiorum in tradendis dogmatis moralibus ab intellectu recte regeretur, certiſſimum uſum ſponderet in praxi morali maxime ardua & difficillima reducendi ſenſus & imaginationem ad conſenſum cum intellectu (§. 578. *part. 2. Phil. pract. univ.*), ac per conſequens appetitum ſenſitivum ad averſationem ſenſitivam ad conſenſum cum rationali (§. 580. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Atque ſic literas elegantiores altius extulimus, quam ab ejus cultioribus fieri, vel concipi poterat, & quomodo utiles effici poſſint ad veritatem latius propagandam oſtendimus, etſi ferre nolimus, ne importuno auſu ingerantur in ſcientias, cum præſentiſſimo damno, certitudinis &

in-

incrementorum jactura. Qui itaque utiliter elegantiores literas colere volunt, hiſtoricam minimum cognitionem veritatum, quæ in ſcientiis nudæ quidem, aſt evidentia ſua fulgentes comparent, ſibi comparare, & rectum intellectus uſum poteſtati ſuæ ſubjicere debent, quantum ſufficit ad regendum illarum uſum in veritatibus ad communem captum & palatum proponendis. Multa hinc deduci poterant particularia, eaque non infimæ utilitatis: aſt nemo non facile videt, nobis in præſenti non conceſſum eſſe, ut in tantas ambages deſcendamus. Non inconſultum exiſtimamus, data qualibet occaſione ea annotare, quæ in deſideratis ſunt, ut incitentur alii ad operam ſuam utiliter collocandam, & ne alii quaſi jam invènta ſibi obtrudi patiantur, quæ adhuc in deſideratis ſunt. Elegantiores equidem literæ ſcientiæ nocent, ſi methodum ſcientificam & ſtylum philoſophicum arcent; aſt ſcientiæ literas elegantiores ad ſubliminem gradum evehunt easque utiliores efficiunt, ſi earum uſus recto intellectus uſu dirigatur & præcaveatur, ne veritati adverſa ſumantur, de quibus dicatur.

§. 137.

De iis, qui ſe ſcire putant, quod neſciunt.

Qui ſe ſcire putat, quod neſcit, vero intellectus uſu non pollet, aut eundem diſtincte cognitum poteſtati ſuæ nondum ſubjecit.

Qui enim ſe ſcire putat, quod neſcit, is putat, ſe demonſtrare poſſe, quod affirmat vel negat (§. 594. *Log.*). Quoniam tamen neſcit, quod ſe ſcire putat, *per hypoth.* in eo fallitur, quod demonſtrare id poſſit (§. *cit.*). Quamobrem genuinam demonſtrationis formam & qualitatem principiorum demonſtrandi ignorat (§. 551. & *ſeqq. Log.*). Quoniam itaque demonſtratio in concatenatione ſyllogiſmorum & electione principiorum demonſtrandi certorum conſiſtit (§. 498. *Log.*), quorum ideo veritas agnoſcitur (§. 564. *Log.*), ad ratiocinandum vero omnes operationes intel-

tellectus requiruntur (§. 50. 52. *Log.*), & ad verum a falſo diſcernendum regulæ logicæ, quæ intellectum in veritate cognoſcenda dirigunt (§. 1. *Log.*), ſufficiunt (§. 545. *Log.*); qui ſe ſcire putat, quod neſcit, vero intellectus uſu nondum pollet, aut, ſi quis in nonnullis intellectu ſatis recte utitur, rectum tamen uſum diſtincte cognitum poteſtati ſuæ non ſubjecit.

Noto notius eſt, eorum, qui recto intellectus uſu non pollent, proprium eſſe, ut ſe ſcire putent, quod neſciunt, perſuaſionem cum convictione ubivis confundentes, nec opinionem a ſcientia diſtinguere valentes. In eundem cenſum quoque referendi ſunt, qui methodo mathematica ſe ſcribere exiſtimant, dum ejus leges ubivis violant, immo eandem exemplo ſuo magis proſtituunt, quam commendant. Equidem cum ipſo uſu perficiatur intellectus, multos in nonnullis intellectu recte uti contingit, id tamen caſui magis, quam arti tribuendum. Quamobrem in quo conſiſtat rectus intellectus uſus, diſtincte non cognoſcunt, ideoque multo minus eundem poteſtati ſuæ ſubjecerunt, ut eum facere poſſint hic & nunc, quando viſum fuerit. Ac propterea non eſt, quod miremur, ſi eos cœcutire, vel hæſitare videamus in facilibus, cum acutos ſe probent in longe difficilioribus. Innumera enim ſunt, quæ mentem obnubilant, nec advertuntur, niſi rectum intellectus uſum facere poſſis, quando libuerit. Certiſſimum itaque ſignum eſt recti intellectus uſus nondum diſtincte cogniti & poteſtati ſuæ ſubjecti, ſi quis ſe ſcire putet, quod neſcit. Quoniam vero rectus intellectus uſus multa requirit, quemadmodum ex Logica apparet, quæ eundem docet; ideo quoque fieri poteſt, ut quis ex parte eundem cognoverit ac poteſtati ſuæ ſubjecerit, conſequenter ſubinde ſatis recte eodem utatur, ſubinde non utatur. Qua de cauſa porro contingere poteſt, ut qui ſe quid ſcire putat, quod neſcit, careat quidem ex parte recto intellectus uſu, non tamen pe-

sitas. Et ideo accide, ut aliquid veniatis videre, quod non non vult cernere. Ad qui dilitudo rathum intellectum illum cognoscit, quemadmodum penultimi fas debeat, & in qui particulari eo vero haud difficultur fruitur de eis, qui de iure parte, quid relict. Et tamentsi de ea quæstione, an eum plurima fit causa, cur quis intellecta non recte veret, quamvis sit peculiare, & ad hanc disputationem adiungatur, vos ea quoniu ipsa aqua pede ignorantiam rebi intellectus sibi, gratiarum si plurima facientia in contrarium profiteri, ac ita apparet, cur eam non affligatur diligentiam, quam ei fere libebat, aut quid efficiatur, qui minus cognitio hoc nunc nihil ut proinvit, etiamsi probe noverit, quomodo ea dum fit oriendus. Aliud enim est intellectus, aliud voluntas: ille est, aliud vero eandem non habere in pontibus fas. Ab errare a regula, non fecundum eandem regulam. Cæcus haurat in manibus fecundum intentum, quemadmodum in computo contingit. Quia enim ignorantia, quæ non meus tantur pro vero, & eadem facilem in rationibus propositis fuit pro vero. Legi quoque ignorantia tamen habeant opinionem, quid fcias, quod nefcias: neque enim id, quo fcias id, quod nefcias, ut ipsa ratio, ut ea, ab peritiæ, effe verum, nifus argumenti, quibus veritas manifeste primitur, quo potius idem ut eorum nescientia non agnoscit. Contrum cum inde caligine defectus redit ad fua intellectus, & opinetur nos fatis, ut ea nullatus, ad nostrum fingularem necessit, quam ut qui eruditi audiunt, vel fitem audit videre, profitentur & libet, quid tamen natura & ortus intellectus sibi, quo tamen nihil frequentius effe debeat, inter studiosos, & pedagogi eft.

§ 238.

De ut, qui non recte fentiat, defendant.

Qui errore fuos defendunt: vulg intellectus ejus minime pol- Qui enim errores fuos defendunt, pro vero habentes quod

quod falſum eſt (§. 623. *Log.*), & ſe certos eſſe arbitrantur, id eſſe verum, cum non ſit (§. 564. *Log.*). Quamobrem cum regulæ logicæ ſufficiant ad verum a falſo (§. 545. *Log.*) & certum ab incerto diſtinguendum (§. 567. *& ſeqq. Log.*), aut eas prorſus ignorant, aut dextre applicare nequeunt. Quamobrem cum rectus intellectus uſus is ſit, qui per regulas logicas determinatur (§. 1. *Log.*); qui errores ſerio defendunt, recto intellectus uſu minime pollent.

Qui errores defendunt, aut putant verum eſſe, quod non eſt, aut norunt falſum eſſe, vel minimum nondum certum, cauſa tamen quadam permoti id tanquam verum defendere conantur, ut videantur id pro vero habere. Illi ſerio rem agunt, hi minime, ſimulantes quod non eſt, atque de illis, non de his intelligenda propoſitio. Non una vero de cauſa contingit, ut quis vel pertinaciter defendat errorem, quem agnoſcit. Iſtiusmodi cauſa eſt ſtudium ſectæ, tam invitum, quam voluntarium. Invitum obtinere ſolet in religione, quando quis obligatur defendere placita ſectæ ſuæ, etiamſi videat, ea eſſe a veritate aliena, propterea quod vetitatis confeſſio periculoſa. Erat ſtudium ſectæ invitum in philoſophia, quando ab Ariſtotelica ne latum quidem unguem discedere licebat, diſſenſu in philoſophia ab *Ariſtotele* hæreſi in theologia æquiparato. Voluntarium vero eſt, ſi quis utilitatis cauſa ſectæ ſtudet, veluti ſi Profeſſor Batavus Newtonianiſmo adhæret, quamvis lubrica ejus fundamenta ipſi ſint perſpecta, eundemque tuetur, ut auditores alliciat, quos novit præjudicio Newtoniaſmi tantopere celebrati eſſe imbutos. Cauſa iſtiusmodi quoque eſt, ſi quis errores eorum defendit, quorum favorem aucupari vult, aut errorem a ſe commiſſum, quod erraſſe videri non vult. Defectum recti intellectus uſus non arguit defenſio, quæ a voluntate unice ortum trahit contra judicium intellectus, quo pro falſo declaratur, quod tanquam verum defenditur.

§. 139.

De certi ac incerti confuſione.

Quoniam errat, qui pro certo habet, quod certum non eſt (§. 564. 624. *Log.*), qui vero errorem ſerio defendit, recto intellectus uſu non pollet (§. 138.); *qui pro certo habet, quod certum non eſt, ac ideo ſerio defendit, certum eſſe, quod non eſt, recto intellectus uſu nondum pollet.*

Fieri equidem poteſt, ut quod incertum eſt ſit verum; inde tamen non ſequitur, ut qui id pro certo habet non erret. Hic enim quæritur, utrum de certitudine cognitionis verum ſit, an falſum judicium. Judicium nimirum duplici modo conſiderari poteſt, vel objective, quatenus de objecto quid affirmatur, vel negatur, vel ſubjective, quatenus eſt actus judicantis, & de hoc actu aliquid affirmatur, vel negatur. Duo igitur diverſa ſunt judicia, nec repugnat, ut unum ſit verum, alterum falſum. Ita verum eſt, Terram eſſe planetam. Non deſunt multi, qui hoc ſibi certum eſſe putant, quamvis argumenta, quibus id ſibi perſuadent, ad convictionem minime ſufficiant, ſine qua tamen certitudo non eſt. Immo reperies nonnullos, qui ideo certum eſſe exiſtimant, quia Aſtronomi id aſſerunt, quos veritatem rerum cœleſtium perſpicere probent prædictiones eclipſium minime fallaces. Docet exemplum duos eſſe propoſitionis caſus, alterum ſcilicet, quo quis certum ſibi pronunciat, quod certo non agnoſcit, ſed ſaltem probabiliter, ſubinde ne probabiliter quidem; alterum vero, quo quis in genere pro certo pronunciat, quamvis a nemine adhuc fuerit demonſtratum, veluti ſi quis aſſerat, parallaxin fixarum hodie certam eſſe, ut in dubitationem adduci nequeat, provocans ad *Flamſtædii* obſervationes, quarum conſenſum cum motu Terræ annuo circa ſolem demonſtrare nequit. Alia vero eſt ratio, qui ad easdem ſaltem provocat tanquam ad argumentum probabile: is enim opus eſſe ulteriori diſcuſſione agnoſcit. Diſtinguendus autem hic

hic eſt lapſus a defectu habitus intellectu recte utendi, cum aliud ſit in caſu particulari in ſe deſiderari pati rectum intellectus uſum, quod etiam ſagaciſſimis accidit, aliud vero ſi eodem nunquam recte quis uti poteſt, utpote inter perſuaſionem & convictionem diſtinguere neſciens. Cum ſine convictione non ſit certitudo (§. 982. *Log.*); qui perſuaſionem cum convictione confundunt, quod opinione ſibi perſuadent pro certo habent, quod tamen certo non cognoſcunt, atque iidem intellectus recto uſu nondum pollent. Et quoniam argumenta ad perſuadendum adhiberi ſolita non ejusdem ſunt roboris; ideo ex iis colligitur, quantum adhuc quis abſit a recto intellectus uſu, & ejus defectus gradus inde æſtimatur. Multo magis autem defectum recti intellectus uſus arguunt argumenta, quæ ne probabiliter quidem concludunt, qualia, cum concionatoribus imperitis, quorum magnus eſt numerus, familiaria ſint, celebris haud ita pridem Philologus, idemque Theologus, in Academia Jenenſi, *Danzius* dicere ſolebat non inepte *homiletica*. Quodſi ergo quis, quod pro certo habet, argumentis homileticis defendit; is abunde probat, ſe intellectu nondum uti didiciſſe.

§. 140.

De conſervando recto intellectus uſu.

Qui rectum intellectus uſum, quo pollet, integrum conſervare voluerit; is ſibi cavere debet, ne multus ſit in legendis libris, quorum Autores nimium a regulis veræ methodi recedunt, niſi hic faciat ea, quæ ab ipſis proponuntur, examinandi animo, aut fugitivo ſaltem oculo eos percurrat. Etenim rectus intellectus uſus ſupponit habitum utendi, acquiſitum nimirum eo modo, quo ſupra intellectum perficiendum eſſe oſtendimus. Quamobrem cum habitus acquiſitus continuo uſu conſervetur (§. 431. *Pſych. empir.*), editis autem continuo actionibus eidem contrariis amittatur (§. 433. *Pſych. empir.*); qui rectum in-

tellectus uſum, quo pollet, conſervare vult, is continuo eodem uti debet, & ſibi cavere, ne male utatur. Enimvero qui multus eſt in lectione librorum, quorum Autores a regulis veræ methodi nimium recedunt, is dum ea legit, in quibus rectus intellectus uſus ubivis deſideratur, ut ea intelligat, eosdem actus in ſe elicere debet, quibus rectus intellectus uſus pervertitur. Quamobrem fieri vix poteſt, ut non perverſus intellectus uſus tacite ſeſe inſinuet in ejus mentem, & aut verum prorſus expellat, aut minimum labefactet. Qui igitur rectum intellectus uſum, quo pollet, integrum conſervare voluerit, is ſibi cavere debet, ne multus ſit in legendis libris, quorum Autores nimium a regulis veræ methodi recedunt. *Quod erat primum.*

Si quis libris methodo minus accurata conſcriptos eo animo legit, ut, quæ in iis proponuntur, ea examinet, cum examen in hoc conſiſtat, ut inquirat, quænam vocabulis reſpondeant notiones & num iis inſit veritas, dum illa examinat, regulas veræ Logicæ continuo applicat, (§. 945. & *ſeqq. Log.*). conſequenter intellectu continuo recte utitur. Quamobrem cum hoc modo habitus recte utendi conſervetur & perficiatur (§. 431. *Pſych. empir.*), immo lectione cum iſtiusmodi examine conjuncta intellectus rectus uſus ſingularia adhuc acquirat incrementa (§. 104.); qui libros methodo minus accurata conſcriptos legit animo ea, quæ proponuntur examinandi; rectum intellectus uſum conſervat & perficit, ideoque verendum non eſt, ne eundem amittat, aut labefactet. *Quod erat ſecundum.*

Qui fugitivo ſaltem oculo ſcriptum aliquod percurrit, is animum non advertit niſi ad propoſitiones ſibi nondum notas & quid ſubſit veritatis deinceps inquirit, ut vel ſcien-

ſcientiam, qua pollet, locupletet, vel anſam cogitandi de iis inde arripiat, de quibus alias non cogitaſſet. Nemo non videt hoc pacto mentem legentis non transformari in mentem autoris, ut eos eliciat facultatum cognoſcendi actus, quibus autor ſua conſcripſit. Quamvis itaque hi a recto intellectus uſus abſint, minime tamen verendum eſt, ne iisdem rectus intellectus uſus legentis inficiatur. Lectio igitur librorum methodo minus accurata ſcriptorum fugitivo oculo inſtituta recto intellectus uſui minime officit. *Quod erat tertium.*

Plurimi ſunt eruditi, qui ſibi perſuadent, laudem ſi non ſummam, non tamen infimam eruditi in eo ſitam eſſe, ut quosvis promiſcue libros legerit: qua de cauſa dudum contigit, ut inter elogia eruditorum locum obtinuerit, quod ſit vir multæ lectionis. Quamvis vero id in Hiſtoricis atque iis, qui ultra hiſtoricam cognitionem non progrediuntur, aliquid veritatis habeat; promiſcua tamen multorum librorum lectio mirifice officit recto intellectus uſui. Hinc videas eos, qui in ſcriptis Rabbinorum inſulſis legendis aſſidui ſunt, judicium hebetare, & mentem eorum in mentem Rabbinorum transformari, ut, quamvis nugas eorum rideant, in aliis tamen dijudicandis non acutiores ipſis ſe præbeant, & exigui judicii nomen mereantur. Simile quid obſervare licet in Concionatoribus, qui ex Poſtillis, ſeu concionum voluminibus, & libris iisdem geminis unice ſapiunt; etenim non modo argumenta homiletica, quibus vis concludendi nulla ineſt, ipſis tanti videntur ponderis, quanti ſunt Geometris demonſtrationes *Euclideæ*, ſed nulla prorſus intellectus operatio intemerata relinquitur, ita ut vix quicquam dicatur, in quo non deficiat rectus intellectus uſus. Quodſi ergo contingat, eos ad munus Profeſſoris in Academiis promoveri, ad docendum plane inepti ſunt, & ipſorum prælectiones centonibus homileticis aſſimilan-

lantur. Quantum Jcti, qui audiunt, rectum intellectus uſum corrumpant, non modo rationes legum, quas dare vulgo ſolent, probant, ut de Commentariis plerisque in jus civile nihil dicam, verum etiam ipſorum reſponſa cum rationibus dubitandi & decidendi aperte loquuntur, ut perperam in incertitudinem juris conjiciatur culpa de eodem facto adeo diverſe judicantium, quæ in uſu intellectus hæret. Non dicam de eruditis aliis, quemadmodum nec ea, quæ dixi de concionatoribus & Jctis, promiſcue accipi velim de omnibus, etſi valeant de plerisque, quos a ſanioribus facile diſcernes, modo perpendas, cum qua reſtrictione dicta ſint. Patet vero hinc etiam ratio, cur, qui Logicam veri nominis didicerunt, ſtudio quoque Geometriæ ejus uſum quendam ſibi comparaverunt, intellectu tamen poſthac non rectius utantur aliis, ubi vulgari more diſciplinas addiſcunt & libros ſine accurata methodo conſcriptos legunt: unde deinceps invaluit opinio, quaſi Logica tantummodo addiſcatur in ſpem futuræ oblivionis & oleum atque operam perdat, qui perficiendi intellectus cauſa ſtudio Geometriæ incumbit. Notandum quoque eſt, quando nobis ſermo eſt de libris, quorum autores a regulis veræ methodi recedunt, non præciſe hoc exigi, ut methodo mathematica ſint conſcripti, ſed ſaltem, ne a regulis veræ methodi aberretur, nimirum ut quantum datur termini ſufficienter explicentur & quæ probanda ſunt probentur, etſi fieri non poſſit, ut adſit exactitudo, qualis foret, ſi diſciplinæ omnes methodo ſcientifica pertractatæ ſororio vinculo copularentur. Quamobrem in ipſa propoſitione diximus, autores non nimium recedere debere a regulis veræ methodi. Ita enim exercitium habitus recte utendi intellectu conſervari poteſt, cum verendum non ſit, ne contrario uſu is amittatur.

§. 141.

Ne quis ſibi videatur, qui eſt,

Qui intellectu recte uti didicit, is ſibi non videtur, qui non nec ab aliis ſibi imponi patitur. Qui enim intellectu recte uti

uti didicit, is novit, utrum id, de quod judicandum, ſufficienter intelligat, nec ne, & num ſufficienter probetur, quod tanquam verum admittit, prouti vel ex eo conſtat, quæ de modo perficiendi intellectum ſtudio Geometriæ ſupra demonſtravimus (§. 99.). Quamobrem de ſe ipſo judicium laturus ſibi tribuere nequit, quæ ſibi ineſſe non certo agnoſcit, & in caſu dubio judicium ſuſpendit. Cumque intellectu recte uti nequeat, niſi ſibi caveat, ne in aſſenſum influat appetitus ſenſitivus (§. 115.); verendum non eſt, ne ſibimetipſi blandiens aliter judicet, quam judicandum erat. Sibi igitur non videtur, qui non eſt. *Quod erat unum.* *non eſt, nec ab aliis ſibi imponi patiatur.*

Similiter qui intellectu recte uti didicit, cum norit, quænam ad hoc requirantur, ut certum ſit judicium (§. 567. *& ſeqq. Log.*), & ſibi cavere poteſt, ne nimis facilem aliorum dictis habeat fidem (§. 613. *& ſeqq. Log.*), is ſpeciem fallacem, quam alii præ ſe ferunt, aut agnoſcit, conſequenter ipſis non tribuit, quod non convenit, aut in caſu dubio judicium ſuſpendit. Quamobrem ſibi ab aliis imponi minime patitur. *Quod erat alterum.*

In praxi morali maximi momenti eſt, ne nobis videamur, qui non ſumus, nec videantur alii, quales videri volunt. Nihil tamen frequentius eſt utroque: in cauſa vero eſt defectus recti uſus intellectus, ut homines & ſeipſos fallant, & fallant alios fallanturque ab aliis. Equidem cum ad verum de ſe & aliis ferendum judicium in omni caſu requiratur certa quædam rerum cognitio, fieri haud quaquam poteſt, ut, quamvis quis rectum intellectus uſum diſtincte cognoverit eundemque poteſtati ſuæ ſubjecerit, judicium, quod requiritur, ferre nequeat; non tamen id contra propoſitionem præſentem objici poteſt. Etenim ne ſibi videatur, qui non eſt, & ne ſibi imponi patiatur ab aliis, ut videantur, qui non ſunt, ſuf-

ficit ut agnoſcat certum de ſe vel aliis judicium non eſſe in poteſtate ſua, conſequenter ut idem ſuſpendat, nec per præcipitantiam judicet. Hypocritæ ſibi videntur ſe aliis ſimulando imponere poſſe; ſed oppido falluntur. Larvam enim detrahere poteſt, qui intellectu recte uti didicit, & rerum moralium ſufficiente ſcientia inſtructus eſt: hac autem qui deſtituitur, illo tamen pollet, quinam ſint in medio relinquit, diſtincte cognoſcens, cur judicium certum non ſit in poteſtate ſua. Pietatis pompoſæ ſectatores ſibi videntur, qui non ſunt: extra omnem vero dubitationis aleam poſitum eſt, quod rectum intellectus uſum neſciant, multo autem minus eundem facere poſſint, immo culturam intellectus non modo negligunt, verum etiam prorſus damnant & in praxi morali noxium declarant, ut vel ideo Matheſeos ſtudium omnibus diris devoveant, quia intellectum perficit. Quo magis autem intereſt, ne in iis, quæ ad virtutem ſpectant, nos ipſos decipiamus, nec decipiamur ab aliis; eo magis ſeſe commendat intellectus perficiendi ſtudium. Dantur autem negotia quoque humana longe plurima, in quibus non minus intereſt, ne nobis videamur qui non ſumus, nec ab aliis imponi patiamur, ut videantur, qui non ſunt. Quamobrem hoc etiam nomine ſeſe commendat intellectus perficiendi ſtudium, ut rectum ejus uſum in poteſtate noſtra habeamus. Dolendum itaque eſt, quod de eo tam parum cogitent homines. De imbecillitate intellectus indies audiuntur querelæ, nec eorum ullus eſt finis, manifeſto indicio non ignorari, quantum hoc ſit malum: eidem tamen medelam afferre nemo fere ſtudet, quaſi impoſſibile ſit ut afferatur. Quamobrem nemo reprehendat, quod in inculcando ſtudio perficiendi intellectum tam prolixi ſimus, quod non ſatis inculcari poſſe, non modo ex his, quæ modo diximus, ſed & ex illis, quæ in anterioribus paſſim annotavimus, abunde conſtat. Ceterum cum virtutes intellectuales omnes ad perfectionem intellectus pertineant; quæ in ſequentibus de iisdem demonſtrantur & annotantur, ad intellectum

dum perficiendum quoque possint. In priori enim ea fal-
tem tradidimus, quæ in genere ad omnium perficiendum fa-
cient, ut quibus ea dedocentur, quæ in specie necessaria.
Non modo igitur, verum etiam injuri fore in ipsam natu-
ram cuique autorem Deum, qui donis tam præstatis ani-
getur.

CAPVT II.

De Virtutibus intellectualibus in genere.

§. 142.

Virtutes intellectuales.

Virtutes intellectuales dicuntur habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione, verum falsum-
ve a falso, certum ab incerto, probabile a minus probabili accurate discernendo.

Intellectus nobis datus eft ad res cognoscendas & eidem
faciunt facultates cognoscitivi inferiores, *sensus* scilicet, imaginatio & memoria, atque facultates intermediæ, attentio animæ & reflexio (§. 141.). Quamobrem cum finc harum facultatum munitioni nobis intellectus alia non detur, ad habitus intellectu recte utendi pertinent quæque aliæ earundem rem operationes intellectus cognoscendi. Atque ideo virtutes intellectuales eaquæ alias certas facultates cognoscitivas rem inferiorem, quam intermediarum, qui quales effe debeant in usu qualiter perfici debeant. Neque alia fane res cognoscendarum, ubi de intellectu perficiendo in genere agimus, simul obtemperamus, quamvis facultatum inferiorum ac intermediæ perficiantur.

§. 143.

Virtutes intellectuales quotuplices ſint.

Virtutes intellectuales duplici modo conſiderantur, vel quatenus referuntur ad ſolum intellectum præciſis rebus, circa quas cognoſcendas intellectus verſatur, ita ut is ſaltem aptus ſpectetur ad cognitionem rerum rectam acquirendum; vel quatenus ſimul reſpiciunt res cognoſcendas. Priori reſpectu *Virtutes intellectuales formales;* poſteriori autem *materiales* appellare lubet.

Ariſtoteles virtútes intellectuales materiales, quas dicimus, ſaltem conſideravit, formales inſuper habuit. Quamobrem apud eum & ceteros omnes, qui eundem ſecuti ſunt, virtutum intellectualium numerus contrahitur, quem nos augemus. Equidem negari non poteſt, materiales ſine formalibus ſubſiſtere non poſſe, aut ſubinde illarum uſum per has reddi ampliorem; hoc tamen minime obſtat, quo minus eas in abſtracto & a materialibus ſeparatas ſpectemus. Ex ipſa enim tractatione patebit, quam ſit hoc non ſolum utile, ſed & neceſſarium. Abſit itaque, ut quis exiſtimet, nos præter neceſſitatem, aut novandi ſtudio, a quo procul abſumus, numerum virtutum intellectualium multiplicare.

§. 144.

De obligatione acquirendi virtutes intellectuales.

Quilibet homo obligatur ad virtutes intellectuales acquirendum, quantum in poteſtate ipſius eſt. Etenim homo obligatur ad conſequendum omnem habitum intellectus (§. 212. *part. 1. Jur. nat.*). Quoniam itaque virtutes intellectuales ſunt habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione (§. 142.); quilibet etiam homo obligatur ad virtutes intellectuales acquirendum, quantum in poteſtate ipſius eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero ad habitus intellectus acquirendum nemo obli-

obligatur, nisi quatenus ipsi acquisitu possibiles (§. 212. *part. 1. Jur. nat.*). Quamobrem nec quisquam obligatur ad virtutes intellectuales acquirendum, nisi quatenus ipsi sunt acquisitu possibiles, consequenter quantum in potestate ipsius est (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*). *Quod erat alterum.*

Ut virtutes intellectuales sint in potestate nostra, & dispositio naturalis requiritur, quam habitus omnis præsupponit (§. 428. 429. *Psych. empir.*), & occasio dispositionem naturalem, sive remotam, sive proximam ad habitum evehendi. A posteriori constat, dispositiones naturales in hominibus omnibus non esse ejusdem gradus, & occasionem non esse in potestate agentis certum est (§. 163. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem nec fieri potest, ut omnes acquirant easdem virtutes intellectuales eodem gradu. Diversitas dispositionis naturalis in causa est, ut, quamvis duo eandem operam in acquirenda virtute quadam intellectuali collocent, non tamen eandem in eodem gradu acquirant. Occasio autem si deficit, nihil ejus acquiritur, quamvis non deficiat dispositio naturalis. Gentes barbaræ virtutes intellectuales parum colunt (§. 52. *Jur. gent.*), non quod destituantur dispositionibus naturalibus, sed quia deest occasio eas ad habitum evehendi, qui per easdem acquisitu efficiebatur possibilis. Atque ideo videmus, gentes barbaras fieri cultiores, oblata occasione dispositiones naturales ad habitum evehendi, & ex adverso gentes ceteris omnibus cultiores fieri barbaras, occasione ista sensim sensimque deficiente. Falluntur itaque, qui sibi persuadent, gentes barbaras ad virtutes intellectuales acquirendum esse natura ineptos, ac eo nomine contemtum mereri.

§. 145.

Quoniam ad virtutes intellectuales acquirendum obligamur, quantum in potestate nostra est (§ 144.), cui vero seria est voluntas legem naturæ servandi, consequen- *Quando obligatio ad virtutes intellectuales*

motivum eas acquirendi.

ter agendi quod Deus vult (§. 284. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ei convenientia actionis cum lege naturali motivum eſt agendi (§. 372. *part. 2. Phil. pract. univ.*); *ei* quoque, *cui ſeria eſt voluntas legem naturæ ſervandi, vel agendi, quæ Deus vult, ipſa obligatio acquirendi virtutes intellectuales motivum eſt, ut eas acquirere ſtudeat.*

Obligatio agendi, quæ lege naturæ præcipiuntur, motivum maxime commune eſt: immo vulgus vix motivo alio utitur, ubi recte agit, nec voluntas fuerit pendula ab appetitu tantummodo ſenſitivo, quamvis in hypocritis obligatio quoque iſta influat in determinationem voluntatis, quatenus videri volunt agere ea, ad quæ lege naturali, ſeu quod perinde eſt (§. 277. *part. 1. Phil. pract. univ.*), divina obligantur. Quod vero inter eos, qui hoc motivum fere ſolum urgent, non deſint, qui virtutes intellectuales, ſi non contemnunt, parum tamen curant, immo nec deſint, qui virtutes præſertim intellectuales, quas formales diximus, veræ virtuti ac præſertim pietati noxias declarant; id quidem inde eſt, quod non cognoſcant obligationem easdem acquirendi. Plurima autem ſunt præjudicia, quæ mentem eorum cœcant, ne illam videre poſſint, & quorum unum ab altero dependet & vim ſuam accipit, ut longa diſcuſſione opus foret, ſi ea omnia recenſere & quomodo alia in alia influant diſerte docere vellemus. Hosce vero ſcopulos evitarent, ſi intellectu recte uti didiciſſent, & obligationi virtutes intellectuales acquirendi ſatisfacere ſtuduiſſent. Quamvis vero obligatio iſta motivum ſit, quod voluntati ad culturam virtutum intellectualium, immo moralium quoque, de quibus eadem valet demonſtratio, determinandæ ſufficit, ubi ea ad ſervandam naturæ legem ante determinata; non tamen inde ſequitur, motivis aliis non eſſe opus: id demum concedi ex parte poſſet, niſi appetitus ſenſitivus & averſatio ſenſitiva ſenſui atque imaginationi obediens inſidias ſtrueret voluntati. Conſtat vero præter-

ea

ea, ſi motiva alia inprimis particularia ad obligationem iſtam accedant, motivum effici fortius, ut facilius appetitui ſenſitivo & averſationi ſenſitivæ in contrariam partem tendenti reſiſtatur. Neque etiam ignotum eſt, cum obligatio agnoſci certo debeat, ut ſit motivum, quam facile vim ſuam flectendi voluntatem amittat, immo accedente ignorantia vel errore de iis, quæ legis naturæ ſunt, in contrariam prorſus partem flectat. Sed de his diſertius & ex inſtituto agendum alibi.

§. 146.

Quia obligamur ad virtutes intellectuales acquirendum, quantum in poteſtate (§. 145.), actio autem, ad quam ita determinandum obligamur, officium eſt (§. 224. *part. 1. Phil. pract. univ.*); *Quicquid agimus virtutum intellectualium acquirendarum cauſa, id cum ſenſu officii agere debemus.* *De cultura virtutum intellectualium cum ſenſu officii.*

Major eſt utilitas, immo neceſſitas, ut virtutes intellectuales colantur cum ſenſu officii, ne alio fine eas acquirere ſtudeas, quam quem intendere debes, nec iisdem abutaris ad male agendum, neque etiam ab iisdem ad vitia te ſeduci patiaris, aut a virtutum moralium ſtudio avocari.

§. 147.

Qui voluntatem emendare vult, virtutes intellectuales acquirere tenetur. Qui enim voluntatem perficere, conſequenter emendare vult, primum omnium operam dare debet, ut intellectum perficiat (§. 13.). Quoniam itaque intellectus, animæ facultas (§. 275. *Pſych. empir.*), perficitur acquirendo habitus eodem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), habitus vero hi virtutes intellectuales ſunt (§. 142.); qui voluntatem emendare vult, virtutes intellectuales acquirere tenetur. *De neceſſitate virtutum intellectualium ad emendationem voluntatis.*

Sunt

Sunt qui voluntatis emendationem omni animi contentione & recte quidem urgent, in quo omnino laudanda eſt eorum voluntas (§. 550. *part. 1. Jur. nat.*), virtutes tamen intellectuales parum curant, immo earundem, præſertim earum, quas formales diximus (§. 143.), non contemtores, ſed infenſiſſimi hoſtes exiſtunt, & vitio vertunt Philoſopho, ſi in moralibus nimius ipſis videtur in cultura virtutum intellectualium explicanda, qua non aliud niſi intellectus ornationem intendi ſibi perſuadent. Enimvero id inde eſt, quod ignorent dependentiam emendationis voluntatis ab intellectu, quam in parte ſequente Ethicæ magis conſpicuam efficiemus. Sicque defectu virtutum intellectualium ſibimet ipſi contrariantur, &, quam promovere volunt, voluntatis emendationem improvide impediunt, ut omni conatu nihil agant, & quamvis experientia multiplici convinci poterant, quod ſine virtutibus intellectualibus fruſtra voluntatem emendare ſtudeant, præpoſterum tamen emendandi ſtudium non agnoſcunt, propterea quod recto intellectus uſu deſtituti præconceptam opinionem pro indubitata veritate habent.

§. 148.

De modo acquirendi virtutes intellectuales.

Qui virtutes intellectuales acquirere vult, in intellectu perficiendo omnem diligentiam adhibere debet. Sunt enim virtutes intellectuales habitus intellectu recte utendi (§. 142.). Quamobrem cum intellectus perficiatur acquirendo habitus eodem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*); qui virtutes intellectuales acquirere vult, nihil eorum omittere debet, quæ ad intellectum perficiendum faciunt, conſequenter in eodem perficiendo omnem diligentiam adhibere debet (§. 752. *part. 1. Phil. pract. univ.*).

Quamvis id potiſſimum valere videatur de virtutibus intellectualibus formalibus (§. 143.), nullum tamen dubium eſt, quin perinde etiam de materialibus intelligendum ſit, quate-

nus

nus hæ iſtas præſupponunt, nec ſine iis ſubſiſtere poſſunt (§. *cit.*). Ex ſequente autem tractatione eluceſcet, quod virtutes intellectuales formales acquirantur, ſi intellectus eo modo perficiatur, quem in capite præcedente prodire expoſuimus, & quomodo illarum ope reddamur compotes materialium.

§. 149.

De neceſſitate virtutum intellectualium ad virtutem veram acquirendam.

Sine virtutibus intellectualibus vera virtus, in qua ſcilicet nihil deficit, acquiri nequit. Etenim virtutes morales, quæ virtutes ſimpliciter dici ſolent, ſunt habitus voluntatis & noluntatis (§. 547. *part. 1. Jur. nat.*). Quamobrem cum voluntas & noluntas perficiatur acquirendo habitus eadem recte utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*); voluntas perficitur atque noluntas virtutes acquirendo. Quoniam vero voluntas perfici nequit, niſi ante intellectus perficiatur (§. 13.), atque idem de noluntate intelligitur, intellectus autem perficitur acquirendo habitus eodem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), conſequenter virtutes intellectuales (§. 142.); ſine virtutibus intellectualibus vera virtus acquiri nequit.

Defectui virtutum intellectualium tribuendum, ut etiam illi, quorum bona, non mala eſt voluntas, quod externam ſaltem virtutis ſpeciem mentitur pro virtute vera habeant, & ut virtutes morales, quas conſecuti ſunt, non careant omni labe. Non infrequentes ſunt querelæ de imperfectione virtutum humanarum, cujus cauſa in infirmitate, quam dicunt, humana quæritur. Quamvis vero non prorſus injuſtæ ſint iſtæ querelæ, non tamen ideo recte iisdem locum faciunt, quæ ope virtutum intellectualium evitari poterant atque debebant. Juſtam conquerendi cauſam non habet, niſi qui adhibita omnia diligentia conſequi id minime potuit, quod conſequi ſtuduit, nec querelas ſibi proprias a ſe ad alios promi-

sive extensa eruditio dicitur, et universalior efficacitas. Vere vero eminens facultas, si intellectus rectus sit distinctus, sive is sit, in quibus dilucescat non facilius, ab alio minus se discernat naturæ, qui intellectu rectus est, quam qui vere virtutem intellectu minime nondum perfecerint, qui tibi particulares. Est virtutibus intellectualibus virtutum virtus & ab omnia se in invenient, sed talium quærenus vires humanæ permittunt, æquisi polet.

§. 150.

Qui intellectu in intellectu- aequisi recque (§. 149.), sive virtute aurem nemo rectus alter ad hoc. & potest, nec dicitur a virtute ingens (§. 400. *part. 1. Phil. citatus cor- prati. univ.*) virtutes intellectuales tam ad iudicium pandent. *firmat.*

Habemus hic motivum studii virtutum intellectualium, quod apum ad illa & ingeniosa difficultas, quæ in iis negotiis exsistit experimur. Ab autem vel tantum parte, merito hoc nem ulle horum, nisi cui studium virtutis cum cæteris ull, aut qui felicitas istum commendat (§. 126. *part. 2. Phil. prati. univ.*).

§. 151.

De voluptate virtutum intellectualium. Ex virtutibus intellectualibus voluptatem percipit, qui eas *tus intellectualis.* Virtutes intellectuales bona mixta sint (§. 715. *tus intellectualis. part. 2. Iur. nat.*). Si vero bonum cognoscimus, ex eo voluptatem percipimus (§. 512. *Psych. empir.*). Quoniam itaque cognitionem nobis conciliant virtutes intellectuales, cognitionem eas nobis intellectus cognoscimus (§. 61. *Psych. empir.*), ex virtutibus intellectualibus, si eas acquisivimus, voluptatem percipimus.

Offendit etiam hoc modo. Si quod habemus tantum bo-

num insigne idea confusa nobis repræsentamus, gaudium in nobis oritur (§. 615. *Psych. empir.*), consequenter voluptate insigni perfunditur animus (§. 614. *Psych. empir.*). Enimvero qui virtutes intellectuales acquisivit, dum confuse sibi repræsentat operam atque studium, quod iis acquirendis impendit, eas tanquam insigne bonum confuse sibi repræsentat, præsertim si perceptionem præsentem simul ingrediatur memoria eorum, ad quæ præstanda vi earundem nunc aptus est, quæ ante præstare non poterat. Quamobrem animus ejus insigni voluptate perfunditur, consequenter ex virtutibus intellectualibus, qui eas acquisivit, voluptatem percipit.

Virtutes intellectuales perfectionem efficiunt, quam homo quoad facultatem cognoscitivam acquirere potest, & unde perfectio facultatis appetitivæ & aversativæ dependet, quæ tanquam basi illa innititur. Quando itaque homo sibi conscius est virtutum intellectualium, perfectionis cujusdam sibi conscius est. Quamobrem fieri nequit, quin voluptate perfundatur ejus animus (§. 511. *Psych. empir.*), Voluptas hæc homini adeo naturalis est, ut a natura ejusdem prorsus inseparabilis sit. Experientia id satis confirmat, ut ea fretus *de Tschirnhausen* in Medicina Mentis Artem inveniendi, quæ virtutum intellectualium maxima est, tanquam summum hominis bonum commendet propter summam illam voluptatem, qua animos hominum demulcet. Voluptas quoque hæc in se innocua est, cum virtutes intellectuales per se homini nullum afferant nocumentum, quod tædium creare possit. Equidem fieri potest, ut homo virtute quadam intellectuali abutatur, prouti ab hominibus sceleratis haud raro id fieri videmus, & male agendo infinita sibi tædia creet; sed quod abusui tribuendum, id virtutibus intellectualibus tribui nequit. Disertius ut de eo dicamus, opus non est: ex speciali enim

pernitatem id clarifime elucidet in fequentibus, ac nihil dubii fupereft poffe. Tum vero fenus patebit, abufum effe rationum ad idolum perfectionis & non veram effentiam conftitutivam, quæ inquirimus, quæ conjungenda funt. In præfentiarum intellectibilis fpecies tenet, ut in fe ftans effe debeat, & tanquam, quæ ex fe perficitur, objectivum effe, & in fe perfiftens. Acuta omnia difcernenda funt, quæ præcipitandus confufa inlatet, ne diverfa in unum confundamus aut eorum vitiata hoc, quod abunde eminens eft in fimilibus, & ut hoc fuere poffe, non abunde, quare a veritatibus intellectibilibus exulabunt, quibus veritas expta fervata, qui ad finidum rerum quamcunque cognitionem fpectant.

Quando tranfeat in fe mentem fpecies intellectibilis.

§ 122.

Quoniam ex veritatibus intellectibilibus voluptatem percipit, qui ea accepit (§ 121), quatenus nimirum his veritatibus gaudet (§ 121. 120. 119), quatenus ipfe has concipit, ejus ideæ, quarum acquirendi, quod per fe patet, voluptas ex veritatibus intellectibilibus, ejus ideæ *tanquam ex fuis caufis tam ineluctabili, qui oriuntur cum præfentia eorum, quæ continuandi, cum fit infitus ftimulus ad ulteriora progrediendum, non obftantibus difficultatibus in progreffu* fubortis.

Voluptas ex veritatibus intellectibilibus percipienda ex rerum genere eft, quarum ideam non habemus, nifi quatenus eminiim appropriamus. Sicuti enim in rebus corporeis datur quidem extenfio, quarum ideam non habemus, nifi aut finitis percipiamus, ita quoque datur in animo, quorum nullam habemus ideam, nifi quatenus ea cognofcimus, quæ rerum nobis in noftra conflat fumma. Sicuti poftea pruebit ingenio & diverfus dicetur, in eadem affinitate appropriata

qua anima ſibi conſcia eſt eorum, quæ in ipſa contingunt, & internus quaſi quidam guſtus voluptates probat & diverſas diſcernit. Qualis igitur voluptas percipiatur ex virtutibus intellectualibus, nemini conſtare poteſt, niſi qui eas deguſtavit, deguſtare vero nequit, niſi qui earundem in ſe conſcius eſt, conſequenter qui eas acquiſivit. Quamobrem nec ea influere poteſt in appetitum, ut excitetur cupiditas eam acquirendi (§. 810. *Pſycb. empir.*), nec intellectus judicare poteſt, quod tanta voluptate animum perfundit, id eſſe inſigne bonum, ut fiat motivum virtutes intellectuales acquirendi (§. 890. *Pſycb. empir.*). Enimvero ſi quis virtutis intellectualis compos factus quadantenus voluptatem inde percipiendas experitur, cum in habitu, qui ulteriori exercitio perficitur, nec ſine eo conſervari poteſt (§. 431. 432. *Pſycb. empir.*), conſiſtat (§. 142.), ipſa hæc voluptas, quam deguſtavimus, nos excitat ad ſtudium cœptum continuandum, &, ſi qua ex difficultatibus ſubortis oriatur moleſtia, eandem vincit, ne ab eo deſiſtamus. Qui hanc voluptatem prædicanti habet fidem, intellectuales virtutes ſibi repræſentat tanquam egregia bona, & hactenus voluptas, quam ex virtutibus intellectus ſe percepturum ſperat, motivum eſt ſtudii earundem inchoandi. Quoniam tamen deeſt cupiditas, quam modo diximus; ardor quoque deficit (§. 218. *part. 2. Phil. pract. univ.*), niſi adſint alia, quæ fidem comitantur & in appetitum ſenſitivum influentia cupiditatem excitent, quæ tamen primario non tendit ad virtutes intellectuales acquirendum, ſed ad aliud quidpiam, ad quod conſequendum virtutes intellectuales ſe habent per modum medii. Quæ paulo ante (*not.* §. 151.) monuimus de acute diſcernendis iis, quæ perceptionibus confuſis inſunt, ea etiam hic & in quovis caſu alio probe tenenda ſunt. Ubivis obviæ ſunt latebræ, obvii ſunt receſſus animi (§. 72.), quod ex Pſychologia intime perſpecta abunde conſtat, in quos inquirere debemus, ne judicium præcipitemus.

§ 172.

De virtutibus fanctitatis perfectæ.

Similiter quia ex virtutibus intellectualibus virtus perfecta percipi, qui eas acquirivit (§ 112.), & voluptas dualibus: hæc vero eſt (*Ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 8. *Eudem. l.* 2. *c.* 1.) *ſenſus in intimis lucratus eſſe* (§ 338. *part. 1. Phil. prall. sum.*), vera autem voluptas felicitatem præſtat (§ 340. *Phil. pract.*): voluptas ex virtutibus intellectualibus percepta bonorum felicem reddit.

Non obſtat, quod quæ virtutibus intellectualibus aduentur, vel aliquibus in ſtudiis, vel negotiis moralia, & indolem reddant: ſi quid enim eorum occaſione aliquid accidit, unde tædium percipiant, illud tamen brevis caula mouet, & tranquillitas vera cauſam minime patit (§ 339. *part. 1. Phil. prall. sum.*), nec propterea voluptas ex virtutibus intellectualibus percepta perit (§ 340. *part. 1. Phil. prall. sum.*), ut ideo qui in illis felix eſſe poſſit, ſi ſenſum vitiauit (§ 339. *part. 1. Phil. prall. sum.*), non nihil frugalitatis accidat, quam ut ſtatus, quo voluptas tranquilla, cum ſtatu, quo tædio temperatur, mutetur, in dubium oblectatio ſtatuum vltorum alterutrum cum ſuperiori comparari: ſolutio, quam qui ex virtutibus intellectualibus percepit, non ideo vere eſſe debet, qui eorum aliuſ & maxime reprehendendis ſe ſentiens qui ea poſſidet in infelicem reddit, ſicuti nec feminæ, quod ſatur, eſſe debeat, quia cum ſalubriore temperatus homine, & cui maxime ipſa in alimentorum hoc ordine, ut, nihil ſit, quod exciteſſe, hac ſatisfiat minime poſſit. Sicuti etenim eſt temperatus temperatæ temperatæ humidæ, ita quoque eſt ſenſum ſuo lucratum intrinſeci imperfectum, cum cum homine caſu ſtatu ſuo, cui ſolum exciteſſe, ut qui fuerat ſolo mutat ſit infelix.

§ 174.

Virtutes intellectuales comparandæ ſunt, non aut vel abſtra-

Virtutes intellectuales non ſufficiunt ad felicitatem.

ſtudendum cum neglectu ceterarum. Obligamur enim ad conſequendum habitum omnem facultatis cujuslibet animæ acquiſitu nobis poſſibilem (§. 211. *part. 1. Jur. nat.*), omnem etiam habitum intellectus (§. 212. *part. 1. Jur. nat.*). Quamobrem cum virtutes intellectuales ſingulæ ſint quidam intellectus habitus (§. 142.); virtutes intellectuales conjungendæ ſunt, ac ideo non uni vel alteri ſtudendum cum neglectu ceterarum. *ſtualibus conjungendis.*

Si praxin moralem ſpectes, nulla fere in re homines ſibi magis deſunt, quam in conjungendis officiis, & idem potiſſimum conſpicitur in virtutibus intellectualibus ſibi comparandis. Neque hoc mirum videri poterit, modo ad animum revocemus, illarum acquiſitionem non tam certo conſilio decerni, ſed fortunæ directioni relinqui. Quamvis vero hoc abſurdum exiſtimari debeat in praxi morali, non tamen vulgo advertitur, quia praxis moralis hactenus nondum exculta, nec certis regulis continetur. Scripta vulgaria, in quibus vel mores pravi perſtringuntur, vel probi commendantur, quamvis ſubinde contineant, quæ ad praxin moralem ſpectare videntur, ea tamen ita comparata ſunt, ut plurimum, immo vel id, quod præcipuum erat, fortunæ poteſtati relinquatur. Quamobrem cum ſola obligatio naturalis non ſatis efficax ſit, ut ea conjungantur, quæ lege naturali conjungi jubentur, quia non omnes eam capiunt, multo minus autem vim ejus percipiunt; ideo neceſſe eſt, ut virtutum tam intellectualium, quam moralium neceſſarius nexus inter ſe, quam harum cum illis intimius perſpiciatur. Puto autem eundem manifeſtum fore ex Philoſophia morali, cujus ſyſtema condere nobis propoſuimus initium facientes in præſenti volumine a virtutibus intellectualibus. Ceterum cum ſuperius in genere demonſtraverimus, hominem obligari ad virtutes intellectuales acquirendas, quantum in poteſtate ipſius eſt (§. 144.); eundem eadem quoad ſingulas tenet obligatio, quæ cum abſolu-

te neceſſaria ſit (§. 142. *part. 1. Phil. pract. univ.*), nemini permiſſum eſſe poteſt, ut unam vel alteram colat cum neglectu ceterarum.

§. 155.

De neceſſitate conjunctionis virtutum intellectualium.

Virtutes intellectuales materiales præſupponunt formales & pro diverſitate operationum intellectus una formalium ſupponit alteram. Virtutes enim intellectuales ſunt habitus intellectu recte utendi (§. 142.) & formales referuntur ad intellectum præciſis rebus, circa quas cognoſcendas intellectus verſatur, materiales autem ſimul reſpiciunt res cognoſcendas (§. 143.). Quodſi quis itaque res certas recte cognoſcere velit, neceſſe eſt ut intellectus ad earum cognitionem acquirendam aptus ſit, conſequenter ut cognoſcens polleat habitu intellectu recte utendi. Patet itaque virtutes intellectuales materiales ſupponere formales. *Quod erat unum.*

Enimvero cum virtutes intellectuales formales ſint habitus intellectus, quibus is aptus efficitur ad certam rerum cognitionem (§. 142. 143.), tres autem ſint intellectus operationes, quibus is circa cognoſcibile verſatur (§. 52. *Log.*); virtutes formales ad diverſas intellectus operationes referuntur. Quamobrem cum operatio intellectus ſecunda primam, tertia ſecundam & primam ſupponat (§. 53. *Log.*); virtutum quoque intellectualium formalium una pro diverſitate operationum intellectus alteram ſupponit. *Quod erat alterum.*

Clariſſime idem patet ex ipſa tractatione ſpeciali de virtutibus tam materialibus, quam formalibus, quæ nexum omnium inter ſe manifeſto produnt. Et tum ſimul eluceſcet, quam indivulſus ſit earundem nexus, ut ideo eas conjungere tenea-

tenuntur, nisi in iis aequivocatio inesset operum fuorum, aut in agendo a recti norma recedere vellemus. Quemadmodum itaque necessitas obligationis omnes conjungendi, non vero uni vel alteri studendi absque neglectu earumdem. Atque hac ipsa necessitas ad culturam omnium impellit eum, quem voluntas ad finalium virtutis exercitium intellectus determinat ulti. De conjunctionis enim non cogitur, cui nulla virtus intellectualis inest conjugi eft. Mutuum itaque, quo determinatur voluntas ad virtutem intellectualem unam, inhabit in determinationem eiusdem ad omnes, nimirum ad necessitas conjunctionis. Et ideo necessitas, quae per te motivum eft nexus, q. fupr. *Quod*, magis, ex tuis nexuum natura et motiva praecedens, et ipsorum motivis inhiat. Obtinuit hoc fecundum, quando unum operationis propter alterum quod per te non apprehenditur, quia hoc fine illo non conjungi non poffe animadvertimus.

§. 156.

Virtutes intellectuales naturaliter reliquiis funt ut Virtutibus intellectualibus naturaliter reliquiis funt ut *ea, quod fequitur, vel fequi determinet, rationibus tamen ad-* ea, quod fequitur, vel fequi determinet, rationibus tamen adhuc *hoc accedit, quae virtutem reliquiam illi non ipfam naturalem.* Quoniam enim virtutes intellectuales naturaliter reliquiam in cognofcendis (§. 155.) fue certitudinem rerum cognofcendae non habituant, fuiuerso in occafionem rerum cognofcendarum fimul fefe offerat, quorum omnium cognitioni requirenda vacare non licet; ex alteri praferenda, cujus in eo, quod fequitur, vel eligimus, vita genere magis neceffaria eft (§. 2. 3. 4. 5. *pr. hac.*). Virtutes itaque intellectuales naturaliter reliniquendae funt ad vitae genus, quod fequimur, vel fequi decrevimus. *Quod erat* demonstr.

Virtutibus intellectualibus naturaliter reliquiis.

caſionem, qua rei cujuscunque cognitionem nobis comparare valemus (§. 221. *part. 1. Jur. nat.*), modo non fiat cum neglectu eorum, quæ ſciri poſtulat vitæ genus, quod ſequimur, vel ſequi decrevimus (§. 222. *part. 1. Jur. nat.*); virtutes intellectuales extendi poſſunt ultra ea, quæ vitæ genus poſtulat, quatenus extenſio non officit reſtrictioni. *Quod erat alterum.*

Si virtutes intellectuales materialiter conſiderentur, in infinitum extenduntur. Quamobrem cum nemo hominum earundem in omni amplitudine, quam habent, capax ſit, limites conſtituendi ſunt ex eo, quod ſequimur, vel ſequi decrevimus, vitæ genere. Sed quia limites hi conſtituuntur, quia vires noſtræ non ſunt inexhauſtæ, illorum vero cognitione carere non poſſumus, quæ ſciri poſtulat vitæ noſtræ genus; ſi absque horum neglectu ultra iſtos limites progredi valemus, nulla obſtat ratio, quo minus id fieri debeat, immo non deficit ratio, cur fieri debeat. Nemo nimirum caſus futuros prævidere poteſt, qui haud raro præter omnem expectationem eveniunt, & in quibus ea noſſe maxime prodeſt, quorum cognitio nobis prorſus inutilis videbatur.

§. 157.

De indiſpenſabilitate virtutum moralium in quocunque vitæ genere.

Virtutes morales colere tenentur omnes, quodcunque tandem vitæ genus ſequantur. Virtutes enim morales, quæ ſimpliciter virtutes vocantur (§. 547. *part. 1. Jur. nat.*), ſunt habitus actiones ſuas legi naturaliter conformiter dirigendi (§. 321. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum obligatio, quæ a lege naturæ venit, neceſſaria & immutabilis ſit (§. 142. *part. 2. Phil. pract. univ.*); quilibet virtutes morales colere tenetur, nec earum cultura quacunque de cauſa diſpenſari poteſt. Eas igitur colere tenentur omnes, quodcunque tandem vitæ genus ſequantur.

In-

Influunt virtutes morales in actus eos, quos poſtulat quodcunque vitæ genus, ſi non ſemper in ſingulos, ſiquidem ſenſum officii, qui tamen adeſſe debebat, ſeponas, attamen in complures. Exemplum habemus in controverſiis eruditorum, in quibus quam turpiter ſe dent plerique noto notius eſt. Immo ſi qui videri velint maxime moderati & modeſtiæ laudem affectent, acutiores tamen indicia ſatis aperta malæ voluntatis in verbis & dictis illorum aliisque circumſtantiis extrinſecus advenientibus deprehendunt. Qua labe inficiantur actus complures aliorum, qualecunque tandem vitæ genus ſequantur, ſi virtutum moralium cultura negligatur, minime fugit eum, qui eos ad examen revocare ſtudet non nudus ſpectator eorum, quæ ab hominibus fiunt. Quanta in quolibet vitæ genere damna dentur defectu virtutum moralium, experientia docet, & cur dari neceſſe ſit demonſtrari poteſt, nec inutilem operam ſumeret, qui eam provinciam ſuſciperet, ut damna iſta particulatim perſequeretur: quamvis enim damna in oculos incurrant, non tamen cujusvis eſt fontem eorum detegere, & eorum cum defectu virtutum moralium & vitiis intus latentibus nexum demonſtrare. Pertinent hoc & hujus generis alia ad ſpecialiſſimam Philoſophiæ moralis tractationem, nec ante ſperanda ſunt, quam ſi eruditi ceteri morem Mathematicorum imitentur, ut ab aliis tradita ſufficienter intelligere ſtudeant & his deinceps uſi ad ulteriora progrediantur. Quamdiu mores ab eo prorſus diverſos eidemque contrarios ſequuntur, ea in ſcientiis ceteris non ſperare licet incrementa, quæ Matheſis indies capit. Ipſe autem neglectus culturæ virtutum moralium in cauſa eſt, ut mores mori Mathematicorum contrarios ſequi malint, quam rectum illorum ac laudabilem morem.

§. 158.

Quoniam virtutes morales colere tenentur omnes, quodcunque tandem vitæ genus ſequantur (§. 157.), ſine vir-

De cultura virtutum intellectualium

moralium causa. virtutibus autem intellectualibus vera virtus, moralis scilicet, esse nequit (§. 149.); *virtutes intellectuales materiales quilibet colere tenetur, quatenus ad culturam moralium faciunt,* & quia formales a materialibus præsupponuntur (§. 155.), *etiam formales ut acquirat studere debet, quantum ad culturam materialium in usum moralium sufficit.*

Vitæ genus non extra limites suos ponit ea, ad quæ indispensabilis obligatio sine ulla restrictione a natura venit. Sicuti neminem excusat vitæ genus, ut hac vel ista virtute morali careat (*not.* §. 157.); ita quoque idem neminem excusat, ut negligat virtutes intellectuales, sine quibus morales aut externam saltem speciem habent, aut non omni labe carent. Immo cum antea jam monuerimus, virtutes morales influere in eos actus, qui ad quodlibet vitæ genus pertinent (*not.* §. 157.); sicuti quodlibet vitæ genus virtutum moralium, ita etiam intellectualium, quantum ad illas requiruntur, culturam exigit. Quod vulgo hæc & hisce gemina non attendantur, in causa est neglectus methodi, qua rerum a se invicem dependentia in apricum producitur. Huic igitur malo ut medelam afferre allaboraremus, alia methodo philosophari cœpimus, quam qua hactenus usi sunt alii, & sicuti in Jure naturæ & gentium omnium obligationum & jurium dependentiam a se invicem demonstravimus, atque in Institutionibus Juris naturæ & gentium in brevi quodam conspectu eandem exhibuimus, ita quoque in philosophia virtutum moralium cum inter se, tum cum intellectualibus nexum ostendere nobis propositum est.

§. 159.

De gradu virtutum moralium ab *Quo magis virtutes intellectuales perficiuntur, quatenus ad moralium culturam faciunt; eo magis virtutes morales perfici possunt.*

Etenim virtus vera moralis sine virtutibus intellectualibus ac-

acquiri nequit, in qua ſcilicet nihil deficit (§. 149.), conſequenter perfectio virtutum moralium dependet a gradu virtutum intellectualium. Quo magis ergo virtutes intellectuales perficiuntur, quatenus ad culturam moralium faciunt, eo magis virtutes morales perfici poſſunt. *intellectualibus pendente.*

Paradoxon forſan nonnullis videbitur, quod perfectionem virtutis moralis a gradu virtutum intellectualium derivemus. Dudum enim obſervatum eſt ab Hiſtoricis, plus apud gentes barbaras valuiſſe ignorantiam vitiorum, quam apud cultiores ſcientiam virtutis. Neque ignotum eſt eruditos, qui virtutes intellectuales ſibi quaſi proprias vindicant, propterea virtuti non magis deditos eſſe vulgo imperito; quin potius ex adverſo homines plebejos omni virtute intellectuali deſtitutos virtutem magis amare & vitia odiſſe eruditis, magnam haud raro nominis celebritatem adeptis. Immo faſtum, arrogantiam, ſuperbiam, invidiam, maledicentiam eſſe communia eruditorum vitia, ut fallat illud pervulgatum: quod didiciſſe fideliter artes emolliat mores, nec ſinat eſſe feros. Et quis non indies videt luxurioſo noſtro ſeculo, eruditos non minus luxui deditos, quam vulgum imperitum, quamvis *Quintilianus* dudum inculcaverit, muliebrem & luxurioſum cultum non corpus exornare, ſed detegere mentem. Apud Germanos noſtros dudum in proverbium abiit, je gelehrter, je verkehrter, hoc eſt, quod quo quis eruditior, eo ſit perverſior. Nec deſunt, qui nimiam intellectus culturam virtuti inimicam exiſtimant & profano hoc ſeculo exemplo illorum confirmari arbitrantur, qui libere ſentientium titulo ſuperbientes tam virtuti, quam religioni inſidias ſtruunt. Qui ita ſentiunt, nondum ſatis intelligunt, quid ſint virtutes intellectuales, nec praxin moralem intime perſpiciunt, concurſus facultatum animæ ad actiones humanas ignari. Non ſimpliciter aſſeritur, gradum virtutum moralium a gradu intellectualium dependere, ſed quatenus eædem ad culturam moralium faciunt. Di-

ſtinximus virtutes intellectuales in formales & materiales (§. 143.). Cum formales conſiſtant in iis habitibus, qui ad rectum intellectus uſum requiruntur, eædem per ſe ad virtutes morales nihil conferunt. Quamobrem fieri poteſt, ut quis e. gr. virtutibus intellectualibus adeo præſtet, ut veritates profundas in Matheſi, vel Phyſica eruere poſſit, hoc tamen non obſtante omnibus vitiis ſit deditus, ad quæ ipſum alliciunt naturales inclinationes, nec actus ipſius externi mentiantur ſpeciem virtutis cujusdam particularis, niſi quatenus iisdem conſentiunt, aut conſuetudo ſic agendi per educationem vel commercium cum aliis hominibus contracta fuit. Et quoniam virtutes ſingulæ materiales differunt objecto, circa quod verſantur, eædem quoque ad virtutes morales nil conferunt, niſi eædem præciſe circa ea verſentur, quæ ad virtutum moralium theoriam atque praxin referuntur. Sicuti e. gr. qui arte pictoria præſtat, non ideo arte ſaltandi excellit, ita quoque qui pollet rerum vel maxime ſublimium in Mathematicis ſcientia propterea quoque interiori boni ac mali ſcientia inſtructus eſt. Scientia rerum mathematicarum per ſe non influit in habitum moralem, ſeu virtutem, ſed ſcientia boni & mali. Et ſicuti ſcientia eorum, quæ artifex facere debet, ut opus recte perficiat, non ſufficit, ut id perficiat, ita quoque ſola ſcientia nondum ſufficit, ut actu agas, quæ agenda eſſe ſcis & quod hoc modo ad agendum determinari poſſimus. Quemadmodum ſcientia artis differt ab ipſa arte, ita etiam ſcientia virtutis ab ipſa virtute, qui habitus practicus eſt perinde ac ars. Ars omnis peculiari demum opera atque ſtudio acquirenda, ut eam dextre exercere poſſis, ac ſimiliter virtus moralis non acquiritur aliter, ſiquidem eam exercere debeas. Quamobrem in propoſitione præſente diximus, virtutes intellectuales, quo fuerint excelſiores, eo magis virtutes perficere poſſe, ſi nimirum accedat agendi ſtudium, quod quale ſit ex parte altera philoſophiæ practicæ univerſalis patet & ex iis, quæ in Philoſophia morali in ſpecie de ſingulis virtutibus demonſtraturi ſumus, adhuc magis eluceſcet. Præterea ex iis,

quæ

que in actu generandæ prolis expetita sint, *facit intellectum*, non omnes virtutes pulsæ habitu intellectu relictæ sunt, sed complectuntur virtutes intellectuales politicas, ut ideo argumentum ab oculatis in genere peti nequeat in particulari. Non quæ sit, ad solidandam ea, quæ omnes propugnatam proximam movimus dubia, plura dicamus specificatim ea, quæ modo diximus, fatis perspendantur, nihil amplius refutabit, quod in dubitationem adducere polit propositorum præsertim.

§. 160.

Quoniam tanto magis virtutes morales perfici *post te fruitio* fert, quanto magis perficiuntur intellectuales, quatenus ad virtutum intellectum moralium facilitat (§. 159.), qui ad virtutes *mora-*lium *intellectuales* ita adjungit, ut *virtutes* agnitum *virtutes* dicat, quæ *virtutes mo-*ralium *intellectuales* fiunt.

Præterea is est, quod, qui intellectum perficiunt, eum in se *intellectum* ipsum perficere, quo ad colligendum virtutum moralium facilitatem. Hinc fit inchoyrus, de quibus dictum paullo ante (*post te fruitio*), quatum non est fatis, vitii virtutes intellectus ipsius colantur, quatenus ad virtutum moralium cultum facilitatem. Quamobrem notum hoc fuit poffe, doctrinam intellectus, quando de virtutibus intellectualibus moralibus adhuc fumus.

§. 161.

Qui vellit agere vult, virtutes intellectuales *virtute* ex *Ita* neceffitate ad actionem enim humanam requiriquæ etiam adhuc *virtutes* intellectuales (§. 70. part. 1. *Phil. pract. univ.*), & ii ex recta intellectualibus, quod ex parte præcedenti demonstratum (§. 70. part. 1. *Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum in habitu recte agendi, quod intellectus virtutes intellectuales conftituat (§. 140.),

qui

qui recte agere vult, virtutibus intellectualibus carere nequit.

Valet præcedens de omni actione humana non physica, quam moralem dicimus. Tandem dicendum est de bonis quandam, & rectitudo physica inesse intelligi, quæ non tantum nequam malum, quo fine illa obtinendo. Atque ideo in actionibus quoque malis rectitudine physica physica, quia defectus naturæ enim in istis fatalis, quæ ex naturis deficiat, etiam & fatum maxime imperfectum moralem rectitudinem. Nonne Christus ipse præterea non malis dicque fecisse commendavit sua, ut eam imitaremur in bono. Qui virtutes intellectuales simlim caudam gerunt virtutes morales rectitudine physica, sed perverse agentium virtutem, quæ alias prudentia sapientia & scientia, & cæteris virtutibus intellectualibus agunt, quarenus eadem ad cultorum virtutem morum faciunt.

Confirmatio.

§. 164.

Quoniam ei, cui finis eli voluntas virtutibus moralibus perficitur, vel etiam qui gloria ducitur, rectitudo actionis moralibus motivum agendi est, non autem effectus motivum movens, *ut adviſe* gensh (§. 182. 188. *part. 2. Pſych. empir.*), qui vero recte agere vult, virtutibus intellectualibus carere nequit (§. motivum est 161.), *ex ſerie ei voluntas virtutis virtutem perficitur, aut etiam* *magnitudo, qui gloria ducitur, ei rectitudo actionis moralibus ad virtutem agendi motivum ei virtutes intellectuales acquirat, ita finis virtutem intellectualem.*

Reputanda hic & quotes finis ille acquirere, qua fugas ho-

docuimus (*not.* §. 155.), quomodo fieri poſſit, ut neceſſitas degeneret in motivum, quale per ſe non eſt. Quoniam homines de rectitudine agendi parum cogitant, niſi in particularibus maxime caſibus a cauſis emergentibus voluntas ad eam determinetur, quemadmodum contingit in rebus artificialibus perficiendis; motivum præſens virtutum intellectualium in paucis vim ſuam exerit. Cumque gloria oriatur ex opinione benigni aliorum de factis noſtris judicii (§. 769. *Pſych. empir.*); ideo neceſſe eſt, ut ad veram gloriam contendat, qui motivi hujus efficaciam in ſe experiri vult (§. 47. *Jur. gent.*). Quodſi enim exiſtimet, alios eosque plurimos de rectitudine facti judicare non poſſe, factum quoque ſuum ad eorum captum componit, quorum approbationem exoptat, ideoque parum ſollicitus de ejus rectitudine virtutes intellectuales, quæ ad eam faciunt, parum curabit, & difficultas ſtudii, quo eædem comparantur, facile eundem deterret, quo minus tanto oneri humeros ſubmittat. Immo nec omnes, verum pauciſſimi, qui gloria ducuntur, norunt, in quonam rectitudo actionis conſiſtat, rei autem ignotæ ſicuti nulla cupido eſt, ita nec ea in determinationem voluntatis influere poteſt. Difficilis omnino eſt cognitio ejus, quod rectum eſt, niſi caſu felici ad eandem in particularibus inſcii ducamur, qui multa poteſtati noſtræ ſubjicit, quæ recto facultatum uſu conſequi nobis prorſus impoſſibile foret. Quamobrem non eſt quod miremur, nullam fere eſſe de rectitudine actionis cogitationem, quamvis lex naturæ eandem urgeat (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*), atque ideo obligatio recte agendi in ſe neceſſaria & immutabilis ſit (§. 142. *part. 1. Phil. pract. univ.*), a qua nemo ſe liberare poteſt (§. 674. *part. 3. Jur. nat.*).

§. 163.

De neceſſitate virtutum intellectuali-

Sine virtutibus intellectualibus culpa evitari nequit. Culpa enim, in ſpecie nimirum ſic dicta, de qua hic ſermo eſt, conſiſtit in defectu rectitudinis actionis quoad intellectum (§.

ens ad ad-pium extrinsecum.

223. part. 1. *Phil. prall. num.* 3. consequenter ut existere requisito rectum intellectibile vitum, a quo misericors facultatem intrinsecam & interminatam independet (§. 142. part. 1. *Phil. prall. num.* 3.) consequenter, non ulti facultatem libertas (§. 744. part. 1. *Phil. prall. num.* 3.). Quoniam itaque virtutes intellectuales non sunt nisi habitus, qui ad rectum intellectum vim requisitum (§. 142. 3.) tint virtutibus intellectualibus ejusq; existant requisitum.

Ad cujusq; in cujus quidem particulari existendum sufficit particula quadam virtutum intellectualium, cujus magis cum, quam finalis quoq; ratio sufficiens. Quoniam itaque sufficit in cujus quidem particulari obtinet, id in quovis alio existere virtutis intellectualis, quem vim non sufficit, ut ibidem, quatenus fine particularis. Et quatenus vulgo quidem sufficiunt ad in cujus quidem, quibus ad existendum, quibus ad quem ejusmet hominis finis, ad tamen existendum ad omnem alterum hominem existentia quam habet intellectualem tum plicitum, quam moralem.

§. 164.

Quomodo mi-nus a cujus Quoniam autem ab omni cujus finali existens ei *nimis* a cujus imitatum cujus virtutis (§. 640. part. 2. *Phil. prall. num.* 2.) finis vocant ne virtutibus autem intellectualibus cujus virtus nequit (§. *sufficientes* 640. part. 2. *Phil. prall. num.* 2.) autem ab omni cujus finis vocant ad omnem alterum *finalis virtu-tes virtutem intellectualem*, quinam sufficiet virtutes intellectuales *tum intellectualium finalium.* materialis dicunt ad ea, qui cujus existentiam cujus sufficiens cujus, *sufficientes ad ea alias*, per quibus hi (§. 640. part. 2. *Phil. prall. num.* 2.).

De cujus virtutis jam quinus alias (§. 640. de finis part. 2. *Phil. prall. num.* 2.) Quoniam quinus omnia mente perfectus virtutis & quod ens virtutes intellectuales mente, a facile intel-

liget, quænam ſint ea, quæ ad culpæ evitationem cognitu neceſſaria ſunt. Et cui perſpecta eſt differentia inter virtutes intellectuales formales atque materiales, nec ignoti ſunt actus intellectus & actus miniſteriales facultatum inferiorum & intermediarum; is facile detegeet non uſum, a quo culpæ commiſſio in dato caſu proficiſcitur. Suo tamen loco, ubi de ſingulis virtutum intellectualium ſpeciebus agemus, ea quoque demonſtrabimus, quæ de earum concurſu ad evitationem culpæ tenenda.

§. 165.

De neceſſitate virtutum intellectualium in reductione ſenſuum & imaginationis ad conſenſum cum intellectu.

Sine virtutibus intellectualibus in repræſentando bono & malo ſenſus & imaginatio ad conſenſum cum intellectu reduci nequeunt. Quodſi enim ſenſus atque imaginatio cum intellectu conſentire debent in repræſentando bono atque malo, quod intellectus judicio bonum vel malum agnoſcitur, id ſenſus atque imaginatio repræſentare debent tanquam tale, ex quo voluptas, vel tædium percipitur (§. 578. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum neceſſe ſit, ut judicium ſit verum, conſequenter ut in bono & malo dijudicando intellectu recte utamur, ad rectum vero intellectus uſum virtutes intellectuales requirantur (§. 142.); ſine virtutibus intellectualibus bonum a malo certo diſcerni nequit. Jam vero porro ſæpiſſime contingit, ut ex eo, quod revera bonum eſt, moleſtiam quandam ſeu tædium percipiamus, aut nos jam antea percepiſſe meminerimus, & ex adverſo ex eo, quod revera malum eſt, voluptatem percipiamus, aut nos jam antea percepiſſe meminerimus. Nec minus contingit, ut, ſi nobis rem tanquam bonam confuſe repræſentemus, ideam boni ingrediantur voluptates quæcunque ex re iſta, vel cum eadem ſimul antea perceptæ (§. 593. *Pſych. empir.*) & ſimiliter ſi rem tanquam malam confuſe repræſentemus,

ideam mali ingrediantur tædia quæcunque ex re iſta, vel cum eadem ſimul antea percepta (§. 594. *Pſych. empir.*), & ſic in caſu priori res repræſentetur tanquam ea, ex qua major voluptas percipitur, quam revera percipi poteſt, & in caſu poſteriori tanquam ea, ex qua majus tædium percipitur, quam revera percipi poteſt. Immo contingit etiam, ut per errorem habeamus pro bono, vel malo, quod utrumque tale non eſt, conſequenter ex illo voluptatem (§. 558. *Pſych. empir.*), ex hoc tædium percipiamus (§. 570. *Pſych. empir.*) Quoniam verum bonum nos & ſtatum noſtrum perficit (§. 554. *Pſych. empir.*), verum autem malum nobis vel ſtatui noſtro imperfectionem affert (§. 565. *Pſych. empir.*); ideo ex illo ſequitur, ex quo voluptatem percipimus, ex hoc autem, quod tædia nobis creat. Quamobrem neceſſe eſt, ut, ſi ſit diſſenſus inter intellectum atque ſenſum & imaginationem, inquiramus in ea, quæ vel neceſſario ſequentur, vel ſequi ſaltem poſſunt, & voluptas ventura cum moleſtia præſente, moleſtia ſeu tædium ſecuturum cum voluptate præſente conferenda. Si imaginatio confundit voluptates diverſas, vel moleſtias in unam, eædem a ſe invicem ſeparandæ & ad cauſas ſuas referendæ; ne major videatur præſens, quam revera eſt. Si denique per errorem pro vero, vel malo habetur, quod non eſt, nullam eſſe vel fore voluptatem, quæ percipitur aut præſentitur, nullam quoque moleſtiam oſtendendum. Quoniam vero patet, ſine virtutibus intellectualibus iſta omnia præſtari non poſſe (§. 142.), nec verum bonum & malum ab apparente diſcerni, *per demonſtrata;* fieri omnino nequit, ut ſine virtutibus intellectualibus in repræſentando bono & malo ſenſus & imaginatio ad conſenſum cum intellectu reducatur.

Reductio ſenſuum & imaginationis ad conſenſum cum intel-

tellectu res maxime ardua est in omni praxi morali, cum sine ea non tollatur pugna inter appetitum sensitivum & rationalem atque aversationem sensitivam & rationalem, in qua plerumque rationalis vincitur. Quamobrem si virtutes intellectuales non alium haberent usum, quam ut sensus atque imaginationem in repræsentando bono & malo reducerent ad consensum cum intellectu; maxime tamen sese commendarent, & studium eorundem esset necessitatis indispensabilis. Equidem noto notius est, hactenus philosophos de hac reductione parum cogitasse; quodsi tamen ea perpendis, quæ in demonstratione propositionis præsentis dicta sunt, non sine admiratione animadvertes, ipsum vulgus haud raro in casu particulari ad tollendam pugnam inter facultates inferiores ac superiores hac reductione aut simili quodam medio uti, ut ideo reductio ista notionibus communibus conveniat, ac inde derivari a posteriori potuisset. Casus fidelis magister est & multa docet, ad quæ intellectui non facilis patet aditus. Atque hæc ratio est, cur in notionibus communibus lateant profunda ad incrementa scientiarum multum profutura, si inde derivarentur: id quod tamen non sine singulari acumine ac ingenii vi fieri posse ex tractatione sequente patebit. Obiter adhuc moneo, ea, quæ in demonstratione propositionis præsentis dicuntur, viam nobis monstrare ad multa, quæ in praxi morali agenda sunt, & maximam eorum, quæ notionum generalium esse solet, esse fœcunditatem.

§. 166.

Quoniam consensus appetitus sensitivi & aversationis sensitivæ cum rationali a consensu sensuum & imaginationis cum intellectu in repræsentando bono & malo dependet (§. 580. *part. 2. Phil. pract. univ.*), sine virtutibus autem intellectualibus sensus & imaginatio in repræsentando bono & malo ad consensum cum intellectu reduci nequit (§. 165.); *sine virtutibus intellectualibus appetitus sensitivus & aversatio*

De earundem necessitate in reducendo appetitu & aversatione sensitiva ad

cum rationali.

ſatio ſenſitiva ad conſenſum cum rationali, ſeu voluntate & nolutate reduci nequit.

Summus virtutis gradus eſt conſenſus appetitus ſenſitivi & averſationis ſenſitivæ cum rationali, qui felicitatem, virtutis fructum (§. 400. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ad maturitatem perducit. Quamobrem qui reprehendunt nimis amplam, quæ ipſis videtur, in philoſophia morali de virtutibus intellectualibus tractationem, ſe ad penetralia hujus ſcientiæ nondum admiſſos probant. Abſit tamen, ut hoc ipſis vitio vertatur: neque enim philoſophia moralis hactenus ita pertractata eſt, ut talia facile pervideri poſſint, non vero cujusvis eſt ſupplere, quæ deſiderantur, quamvis ſcitu maxime neceſſaria. Ipſæ virtutes intellectuales penitius inſpectæ docebunt, id absque abſurditate exigi non poſſe. Multa ſingularia in poſterum occurrent, quæ poſterorum induſtriæ reſervanda a nobis annotabuntur, ut conſtet, in quibus eandem utiliter exercere queant, quemadmodum quoque in anterioribus fecimus. Et me jam alias monuiſſe memini, alios in poſterum noſtris magis præclara daturos, ſi ea via, quam nos ingreſſi ſumus, progredi voluerint & noſtra in rem ſuam vertere. Ars longa, vita brevis; nec omnia poteſt unus.

§. 167.

De vera libertate a virtutibus intellectualibus dependente.

Quoniam in dominio perfecto appetitus ſenſitivus & averſatio ſenſitiva cum rationali ſemper prorſus conſentit (§. 572. *part. 2. Phil. pract. univ.*), & qui id acquirit ex ſervitute morali in libertatem ſe vindicat (§. 586. *part. 2. Phil. pract. univ.*), ac vere liber eſt (§. 559. *part. 2. Phil. pract. univ.*), ſine virtutibus autem intellectualibus appetitus ſenſitivus & averſatio ſenſitiva cum rationali in conſenſum reduci nequit (§. 166.); *ſine virtutibus intellectualibus nemo ex ſervitute morali in libertatem ſe vindicare & vere liber eſſe poteſt.*

Ap-

Appetitus libertatis homini maxime naturalis eſt, & ſervitutis nomen maxime odioſum eſt. Hoc tamen non obſtante plerique homines non ſolum ſpontaneam ſubeunt ſervitutem, ut ſint ſervi non minus aliorum, quam ſui ipſius, verum etiam omni animi contentione in eandem nituntur, ſimiles in eo majoribus noſtris, qui tanta ludendi cupiditate capti fuerunt, ut perditis omnibus bonis ſeipſos, hoc eſt, libertatem ſuam aleæ committerent & victi in luſu durum ſervitutis jugum ſubirent. Accuſamus eorum ſtoliditatem, cui inter nos non amplius locus eſt; ſed a tergo eadem non minor noſtra eſt. Ab eadem vero absque ope virtutum intellectualium liberari non poſſumus: quamvis enim ſolæ tanto malo mederi nequeunt, cum nondum facere poſſit, qui quod faciendum & quomodo faciendum ſit novit; ab iis tamen curatio incipienda. Hinc vero denuo apparet, quanta ſit neceſſitas virtutum intellectualium in praxi morali, ut hæc tradi non poſſit, niſi iſtis intimius inſpectis. Ne vero ſtatus libertatis parvi pendatur, ea ad animum revocanda, quæ alibi demonſtravimus, quod felicitate ſua ſe privet (§. 587. *part. 2. Phil. pract. univ.*) & ſeipſum infelicem reddat, qui ſe in libertatem non vindicat, ſed in ſervitute morali manet (§. 589. *part. 2. Phil. pract. univ.*).

§. 168.

De impeditis virtutum intellectualium.

Quæcunque impedimento ſunt, quo minus intellectus perficiatur; ea etiam obſtant, quo minus virtutes intellectuales acquirere ſtudeamus. Virtutes enim intellectuales acquiruntur adhibendo omnem diligentiam in intellectu perficiendo (§. 148.), conſequenter qui intellectum perficere negligit, nec virtutes intellectuales acquirere poteſt (§. 757. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quæ igitur impediunt, quo minus intellectus perficiatur, ea etiam obſtant, quo minus virtutibus intellectualibus acquirendis ſtudeamus.

De

De impedimentis intellectus perficiendi abunde diximus in capite præcedente: ibidem igitur dicta hic non repetenda, ſed relegenda ſunt. Cumque ibidem quoque docuerimus, quomodo impedimenta iſta ſint removenda, nec de eorundem remotione ulterius quid addendum. Multum tamen huc conducunt ea omnia, quæ hactenus de virtutum intellectualium uberrimis fructibus demonſtrata ſunt, modo quis ea intime perſpicit; perſpiciet autem, ſi convictus fuerit eorum, quæ de iisdem in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis demonſtrata ſunt, neque ullum ſupereſt dubium fore, ut vim eorum in determinanda voluntate ſentiat, modo felicitatis ſuæ amans fuerit. Quando nimirum voluntas conſtans & perpetua per motiva efficitur, verendum non eſt, ne per contraria in alteram partem flectatur. Sed de hiſce ſuo loco diſertius dicendum, quando de emendatione voluntatis acturi ſumus. Equidem ad virtutes intellectuales non ſufficit ſola voluntas, ut ea actu acquiramus, cum in executione propoſiti objici poſſint impedimenta inſuperabilia; cavendum tamen, ne inſuperabilia videantur, quæ non ſunt, ubi vero talia revera deprehenduntur, ſufficit nullam in nobis hærere culpam, cur eo usque pervenire non permiſſum fuerit, quo voluimus.

§. 169.

De converſatione cum hominibus, qui virtutibus intellectualibus inſtructi ſunt.

In virtutibus intellectualibus acquirendis plurimum valet converſatio cum hominibus, qui iisdem inſtructi ſunt. Etenim ſi cum hominibus converſamur, qui virtutibus intellectualibus inſtructi ſunt, ex eorum colloquiis multa addiſcere poſſumus, quæ ad recte faciendum & omnem praxin moralem ſpectant, ac inprimis ex eorum judiciis, quæ ferunt de actionibus aliorum. Intuemur quoque exempla ipſorum, quatenus facta ex virtutibus intellectualibus proficiſcuntur, quorum quanta ſit vis ad intelligendum, alias demonſtravimus (§. 260. 265. 266. 269. 273. & *ſeqq. part. 2. Phil. pract. univ.*).

Du-

Dubitandum igitur non eſt, quin in virtutibus intellectualibus plurimum valeat converſatio cum hominibus, qui iisdem inſtructi ſunt.

Experientia idem abunde confirmat: immo hactenus vix alio medio utuntur homines ad virtutes intellectuales acquirendas, quibus in agendo opus habent. Ac inde manavit præjudicium, quaſi peculiari quodam ſtudio minime opus ſit, atque inde etiam eſt, ut res tanti momenti in fortunæ poteſtate relinquatur. Quamvis vero valde noxium ſit hoc præjudicium; non tamen propterea negligenda hæc converſatio ab eo, qui virtutibus intellectualibus acquirendis omnem, quam poteſt, operam navat. Quæ enim de exemplis demonſtravimus in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis, ea non magis proſunt, quam huic, qui operam aſſiduam in virtutibus intellectualibus acquirendis collocat. Deſiderantur adhuc theoriæ negotiorum humanorum tam privatorum, quam publicorum, quicquid vero in hiſce negotiis virtutibus intellectualibus debetur, per traditionis quandam ſpeciem propagatur, quæ defectum illarum in agentibus ſupplet. Vindicant autem virtutes intellectuales ſui contemtum, quam primum propriis oculis videre volunt, qui nonniſi alienis videre adſueti ſunt; ut ſtolidos ſe probent ac noceant, dum ſapienter agere ac prodeſſe volunt. Per ſe ſapere nequeunt, niſi qui virtutibus intellectualibus inſtructi ſunt: ceteri horum lumine utantur neceſſe eſt. Qui vero ex converſatione cum aliis proficere vult, quantum datur, nec ipſe omni virtute intellectuali prorſus deſtitutus eſſe debet, inprimis carere nequit iis actibus facultatum inferiorum ac intermediarum, qui ad miniſterium, quo indiget intellectus, requiruntur, & hos ipſos intellectus dirigere debet, ut eodem recte utamur. Mirificus eſt concurſus facultatum ad determinandum actum facultatis alterius, qui tamen vulgo non agnoſcitur, tam quod ad eundem animus non attenditur, tam quod ſufficiens illa-

rum facultatum cognitio ſine ſeveriori Pſychologiæ ſtudio haberi nequit. De phænomenis macrocoſmi obſervandis & eorum rationibus reddendis ſolliciti ſunt Phyſici; ſed phænomena microcoſmi acute obſervare & in eorum rationem inquirere negligunt Moraliſtæ, ut ideo philoſophia moralis hactenus parum ſit promota.

§. 170.

De conſortio cum iis, qui virtutibus intellectualibus præſtant.

Quoniam in virtutibus intellectualibus acquirendis plurimum valet converſatio cum hominibus, qui iisdem inſtructi ſunt (§. 169.); *cum iis, qui virtutibus intellectualibus præſtant, conſortium ineundum.*

Conſortium hoc jam olim maximopere commendatum eſt a veteribus, quod viderint, quanta inde utilitas in rectam humanorum actionum directionem redundet. Nihil magis abſurdum eſt, quam ſibi ſoli ſapere velle, & repugnat idem legi naturali, quæ nos ad perfectionem noſtram conjunctis viribus promovendam obligat (§. 221. *part. 1. Phil. pract. univ.*).

§. 171.

De ſignis virtutum intellectualium.

Virtutes intellectuales produnt verba & facta. Etenim virtutes intellectuales ſunt habitus animæ (§. 142.), quarum ideo nemo conſcius eſſe poteſt, quam is, qui iisdem inſtructi ſunt, niſi actibus externis ſufficienter indicentur aliis. Quamobrem cum non alii ſint actus externi, quibus ea, quæ in anima latent, alteri ſignificare poſſumus, quam verba & facta, virtutes quoque intellectuales verba & facta produnt, quatenus ſcilicet loquimur de iis, quæ ad virtutes intellectuales ſpectant, & judicamus tam de rebus quibuscunque, quam de factis aliorum, aut judicia propria defendimus,

mus, atque facimus ea, quæ ſine virtutibus intellectualibus fieri minime poterant.

Ac ideo quoque profectus in virtutibus intellectualibus debetur converſationi cum aliis, qui iisdem inſtructi ſunt, quatenus ſermone ipſorum de iisdem inſtruimur, judicia ipſorum audimus & facta, ac inprimis modum agendi videmus. Quoniam vero virtutes intellectuales inter ſe differunt, in tractatione quoque ſpeciali diſcernenda ſunt verba atque facta, quæ ad hanc vel illam virtutem intellectualem ſignificandam faciunt. Et quoniam homines vel per ſe judicant de rebus, aut aliorum factis, vel loquuntur, quæ ab aliis audiverunt, & vel factorum ſuorum autores ſunt, vel conſilio aliorum agunt; ne judicium de virtutibus intellectualibus præcipitetur, hoc diſcrimen probe attendendum venit, & in dubio ſuſpendendum judicium. Quatenus autem verba & facta ad profectum in virtutibus intellectualibus faciunt, differentiam illam non eſſe attendendam per ſe patet. Uberior lux hiſce affundetur per ea, quæ de virtutibus intellectualibus in ſpecie tradituri ſumus.

§. 172.

Qui ex verbis & factis alterius de virtutibus intellectualibus alterius ſtatuere vult; recto intellectus uſu pollere debet. Qui enim ex verbis & factis alterius de virtutibus intellectualibus alterius ſtatuere vult; is agnoſcere debet, vera eſſe, quæ dicit alter, & facta ipſius per virtutes intellectuales determinari. Quamobrem cum verum a falſo diſcernamus recto intellectus uſu, quem docent regulæ logicæ (§. 1. 545. *Log.*), nec de factis aliorum judicare poſſit, utrum ex virtutibus intellectualibus proficiſcantur, nec ne; niſi qui intellectu recte uti didicit (§. 142.); qui ex verbis & factis

Cuinam hæc ſigna proſint.

alterius de virtutibus intellectualibus ejusdem ſtatuere vult, recto intellectus uſu pollere debet.

Cum nemo judicare poſſit de re ſibi ignota; nemo quoque judicare poteſt de virtutibus intellectualibus, qui eas nondum cognovit. Si quis judicare vult, dicta vel facta provenire a virtutibus intellectualibus; is & cognoſcere debet, qualia ſint dicta & facta, & quod talia dicta & facta a virtutibus intellectualibus proficiſcuntur. Immo ut certum ſit judicium, non modo oſtendere debet, nihil de dictis & factis ſumi, quod non iisdem conveniat, verum etiam quæ ſumuntur, talia eſſe, ut dictis & factis ineſſe non poſſent, niſi præſuppoſitis virtutibus intellectualibus. Ecquis igitur non videt, fieri minime poſſe, ut quis ex dictis atque factis alterius colligat virtutes intellectuales, quibus alter inſtructus eſt, niſi & ipſe intellectu recte uti poſſit, & virtutum intellectualium ſcientia inſtructus ſit? Alias nimirum ipſe convictus eſſe nequit veritatis judicii ſui.

§. 173.

De directione virtutum intellectualium in uſum moralium.

In Philoſophia morali virtutes intellectuales dirigendæ ſunt in uſum moralium, ſeu oſtendendum eſt, quales materiales eſſe debeant, ne in moralibus notetur aliquis rectitudinis defectus, & quomodo formalibus ſit utendum in praxi morali. Etenim in Philoſophia morali doceri debet, quomodo homo libere actiones ſuas ad legem naturæ componere (§. 1.), conſequenter virtutem colere poſſit (§. 321. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum ſine virtute intellectuali vera virtus, in qua ſcilicet nihil deficit, acquiri nequeat (§. 149.); in Philoſophia morali oſtendendum eſt, quales eſſe debeant virtutes intellectuales materiales, ne in moralibus notetur aliquis defectus rectitudinis. *Quod erat unum.*

Et

Et quoniam ad praxin moralem faciunt motiva ſpecialia, media ſpecialia atque ſigna rectitudinis actionum in qualibet earum ſpecie, expendenda quoque ſunt impedimenta ſpecialia & attendendus eſt modus ea tollendi (§. 10.), quorum omnium dijudicatio & applicatio in caſu dato a recto intellectus uſu dependet, in quo virtutes intellectuales materiales potiſſimum conſiſtunt (§. 143.); in Philoſophia morali quoque oſtendendum eſt, quomodo virtutibus formalibus utendum ſit in praxi morali. *Quod erat alterum.*

Non dubito fore haud paucos, qui exiſtimaturi ſunt, ea, quæ de virtutibus intellectualibus tradituri ſumus, ad Philoſophiam moralem minime pertinere, tum quod inſolitum ſit talia in eadem doceri, tum quod putetur, virtutis exercitium non indigere tanto apparatu intellectus. Qui vero ita ſentiunt, virtutes materiales citra reſpectum ad virtutem conſiderant, quatenus circa objecta alia verſantur, quæ cum virtute nullum commercium habent, & formales in abſtracto ſaltem ſpectant, non attento uſu, quem in praxi morali habent. Ne igitur tanquam inutilia rejiciantur & ex Ethica exterminentur, quæ non modo utilia, ſed prorſus neceſſaria ſunt & in ea apprime ſibi locum vindicant, virtutes intellectuales dirigendæ ſunt in uſum moralium, quemadmodum fert propoſitio præſens. Quodſi vero doceri debet, quomodo virtutes intellectuales in uſum moralium ſint dirigendæ, neceſſe omnino eſt, ut, quales ſint materiales in genere ſpectatæ & formales in ſe, a quibus illæ dependent (§. 155.), explicetur. Immo falluntur quoque, qui ſibi perſuadent, quatenus virtutes intellectuales circa alia objecta, quam exercitium virtutis & fugam vitiorum verſantur, nihil prorſus facere ad philoſophiam moralem, nec tam eximium formalium gradum in eadem requiri, qui in aliis ſcientiis aut artibus uſui eſſe poſſit. Contrarium enim ſuo loco conſtabit, & quæ adhuc objici poſſe prævideo, ea rectius diſcutientur, ubi ad particularia

deſcendemus. Cum nobis propoſitum ſit etiam in latebras & receſſus animi inquirere, id quod ad Philoſophiam moralem utique pertinet (§. 5. 72. *& ſeqq.*); virtutes quoque intellectuales penitius inſpiciendæ ſunt. Quemadmodum vero difficile eſt de utilitate ferre ſententiam & vix in ulla re alia magis præcipitantur judicia etiam eorum, qui vulgo altius ſapere volunt; ita non eſt quod miremur de inutilitate virtutum intellectualium præcipitata judicia, ſi vel maxime ad ſpeciem fuerint compoſita. Quæ enim craſſæ illorum ignorantiæ debentur, qui, cum nihil ſciant, omnia ſcire & rectius aliis ſcire videri volunt, carpentes ea, quæ non intelligunt, contemnenda potius ſunt, quam attendenda. Contra ignorantem enim principia non eſt diſputandum, quia opera & oleum perditur.

§. 174.

De diverſitate graduum virtutum intellectualium in diverſis ſubjectis.

Non omnes homines virtutes intellectuales tam formales, quam materiales eodem gradu acquirere poſſunt. Virtutes intellectuales ſunt habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione (§. 142.), & formales ſpectantur præciſis rebus, circa quas cognoſcendas intellectus verſatur, quatenus is ſaltem aptus eſt ad cognitionem rerum rectam acquirendum (§. 143.). Enimvero habitus omnis præſupponit diſpoſitionem naturalem (§. 428. 429. *Pſych. empir.*), quæ exercitio in habitum vertitur (§ 430. *Pſycd. empir.*). Quamobrem cum obvia experientia doceamur, diſpoſitionibus naturalibus homines quam maxime differre; ideo nec omnes virtutes intellectuales formales eodem gradu acquirere poſſunt. *Quod erat unum.*

Virtutes intellectuales materiales ſimul reſpiciunt res cognoſcendas (§. 143.). Quamobrem cum rerum cognoſcibilium tanta ſit varietas, tantus numerus, ut nemo eo-

eorum omnium cognitionem ſibi comparare poſſit, etiamſi virtutes formales ad eam acquirendam ſufficerent, ac præterea virtutes materiales ſupponant formales (§. 155.), quæ non eodem gradu ab omnibus acquiri poſſunt, *per demonſtrata;* ideo nec fieri poteſt, ut omnes virtutes morales in quolibet cognoſcibilium genere, neque etiam in eodem genere acquirere poſſint. *Quod erat alterum.*

Inæqualitas diſpoſitionum naturalium adeo manifeſta eſt, ut dudum in proverbium abierit, non ex quovis trunco fieri poſſe Mercurium. Non vero hic attenditur poſſibilitas extrinſeca, qua deficiente diſpoſitio naturalis, quantacunque tandem ſit, ad habitum evehi nequit. Non omnis ager, qui incultus jacet, ad ferendum fruges ineptus eſt, ſed nullas fert, quia non colitur, etiamſi rite cultus uberiores ederet, quam qui coluntur. Quamvis itaque quis aptus ſit ad virtutes intellectuales acquirendas, non tamen propterea easdem in poteſtate ſua habet, ut actu acquirere poſſit (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*).

§. 175.

De vitiis, quæ virtutibus intellectualibus opponuntur.

Vitia, quæ virtutibus intellectualibus opponuntur, vel in ſola privatione virtutum intellectualium conſiſtunt, vel a perverſo, ſeu minus recto intellectus uſu dependent. Virtutes enim intellectuales habitus ſunt (§. 142.), conſequenter non natura nobis inexiſtunt, utpote nonniſi exercitio comparandi (§. 430. *Pſych. empir.*). Quacunque igitur de cauſa accidit, ut virtutes intellectuales non acquiſiveris; vitio iſtiusmodi laboras, quod in privatione eorundem conſiſtit. *Quod erat primum.*

Enimvero cum virtutes intellectuales ſint habitus intellectu recte utendi (§. 142.); ſi intellectu minus recte uti

uti adſueviſti, exercitiis minus recte inſtitutis acquiſiviſti habitus intellectu minus recte utendi (§. 430. *Pſych. empir.*). Ac ideo quoque dantur vitia, quæ virtutibus intellectualibus oppoſita ſunt & a minus recto intellectus uſu dependent. *Quod erat ſecundum.*

Quoniam vero intellectu aut prorſus uti non poſſumus, aut recte utimur, aut non recte, quod per ſe patet; virtutes autem intellectuales ſunt habitus intellectu recte utendi (§. 142.); vitia, quæ virtutibus intellectualibus opponuntur, vel in earundem privatione conſiſtunt, vel a perverſo, aut minus recto intellectus uſu dependent. *Quod erat tertium.*

Habent non minus virtutes intellectuales ſua vitia, quæ ipſis opponuntur. Ea in tractatione ſpeciali non ſunt prætermittenda. Cum enim ſine virtutibus intellectualibus virtus vera, in qua ſcilicet nihil deficit, acquiri nequeat (§. 149.); vitia, quæ virtutibus intellectualibus opponuntur, in cauſa ſunt, cur virtutes morales vel prorſus deficiant, vel labe quadam inficiantur. Quæ igitur eſt neceſſitas, ut virtutum moralium cauſa agnoſcantur intellectuales & ſolerti ſtudio acquirantur, quantum ad morales acquirendas & rectificandas faciunt; ita non minus vitia virtutibus intellectualibus oppoſita cognoſcenda ſunt, ne obſtent, quo minus morales omni labe careant: quod, ſi contingat, quantum noceat, ſuo tempore luculenter oſtendemus.

§. 176.

De generibus vitiorum intellectualium.

Vitia, quæ virtutibus moralibus opponuntur, *intellectualia* appellare lubet, & quidem *privativa*, quæ in ſola privatione virtutum intellectualium conſiſtunt; *poſitiva* vero, quæ a perverſo intellectus uſu dependent.

Ter-

Terminis hiſce brachyologiæ cauſa locum facimus, cumque nominibus diſtinguenda ſint in diſciplinis, quæ diverſa ſunt, nihil quoque in eo committitur, quod reprehendi poſſit.

§. 177.

Origo privativorum.

Vitia intellectualia privativa oriuntur vel a defectu diſpoſitionum naturalium, vel a defectu occaſionis, vel a neglectu exercitiorum, quibus virtutes intellectuales acquiri poterant. Etenim cum vitia intellectualia privativa in privatione intellectualium virtutum conſiſtunt (§. 176.), virtutes autem intellectuales in habitibus intellectu recte utendi (§. 142.), nonniſi exercitiis comparandis (§. 430. *Pſycb. empir.*); ſi habitus iſti deſunt, aut per naturam ſuam quis ineptus eſt ad eas acquirendas, aut eas non acquiſivit, vel quia non potuit, vel quia noluit, cum potuiſſet. In primo igitur caſu privatio habitus, qui præſupponit diſpoſitionem naturalem (§. *cit.*), deeſt diſpoſitio naturalis ad habitum evehenda; in caſu autem altero, quia nonniſi exercitio diſpoſitio naturalis ad habitum evehi poteſt (§. *cit.*), deeſt exercitium, vel quia deeſt occaſio iſtiusmodi exercitia inſtituendi, vel quia ſponte omittitur, occaſione minime deficiente. Patet itaque, vitia intellectualia privativa oriri, vel a defectu diſpoſitionis naturalis, vel a defectu occaſionis, vel a neglectu exercitiorum, quibus virtutes acquiri poterant.

Quando de exiſtentia habitus quæſtio eſt, tum primo quæritur, num quis ejus capax ſit, deinde an in poteſtate ſint exercitia, quæ ad actualem habitus acquiſitionem requiruntur, & denique num quis exercitiis iſtis vacare voluerit, cum poſſet. Uno eorum deficiente, habitus inexiſtere nequit. Deficit ergo vel deficiente diſpoſitione naturali, vel occaſione, vel denique diligentia debita. Acquiſitio habitus actio libera

eſt, quæ ſine voluntate noſtra non ponitur. Voluntas efficax eſſe nequit, niſi præſuppoſita poſſibilitate intrinſeca & extrinſeca, quarum illa a diſpoſitione naturali dependet, hæc autem a circumſtantiis, per quæ exercitia in poteſtate noſtra conſtituuntur: efficacia vero voluntatis exercitia iſta actu ponuntur. Patent hæc per principia generalia Ontologiæ. Nihil enim exiſtere poteſt, niſi quod ſit intrinſece poſſibile. Si vero exiſtere debet, neceſſe eſt ut adſint actum ejus, quod poſſibile eſt, determinantia. Ut denique actu exiſtat, ſeu quod poſſibile erat, ad actum perducatur, quæ actum determinant, actu poni, ſeu præexiſtere debent. Hæc probe notanda ſunt, cum maximi ſint uſus non modo in præſenti materia, verum etiam in omni philoſophia practica & philoſophia naturali, atque in negotiis humanis.

§. 178.

Origo poſitivorum.

Vitia intellectualia poſitiva oriuntur ab aberratione a regulis veræ Logicæ. Cum enim Logica vera doceat regulas, quibus intellectus dirigitur in cognoſcenda veritate (§. 1. *Log.*), & regulæ iſtæ ad verum a falſo diſcernendum ſufficiant (§. 545. *Log.*); qui ſecundum eas intellectum in cognitione rerum dirigit, intellectu recte utitur, conſequenter perverſus, ſeu minus recte eſt ejus uſus, quando ab hiſce regulis aberratur. Quamobrem cum vitia intellectualia poſitiva a perverſo intellectus uſu dependeant (§. 176.); ab aberratione a regulis veræ Logicæ oriuntur.

Fieri poteſt, ut quis a regulis veræ Logicæ aberret, vel quia eas ignorat, vel quia falſas pro veris habet. Regulæ logicæ vel diſtincte cognoſcuntur ſtudio veræ logicæ, vel earum notiones confuſæ animo ingenerantur in ideis exemplaribus latentes, ſtudio diſciplinarum accurata methodo traditarum, veluti Matheſeos, ac inprimis Geometriæ, quemadmo-

modum apparet ex iis, quæ de intellectu perficiendo demonſtravimus (§. 99. *& ſeqq.*). Quamobrem fieri adhuc poteſt, ut quis a regulis veræ Logicæ aberret, ſi ſaltem notiones earum confuſas habet. Enimvero ut actu aberret, vel regulas, quas didicit, poteſtati ſuæ nondum ſubjecit, ut iisdem uti poſſit, deſtitutus adhuc Logica artificiali utente (§. 12. *Log.*), ſine qua parum prodeſt docens (§. 10. *Log.*), vel iisdem dextre uti impeditur. Plures vero ſunt cauſæ, quæ regularum uſum impediunt, in quas inquirere nimis prolixum foret, & de quibus plura dicenda in tractatione ſpeciali.

§. 179.

De imputatione privativorum.

Vitia intellectualia privativa imputari nequeunt, quæ a defectu diſpoſitionum naturalium & a defectu occaſionis oriuntur, ſed ſaltem quæ a neglectu exercitiorum, quibus acquiri poterant, ortum trahunt. Cum diſpoſitiones naturales natura inſint (§. 429. *Pſych. empir.*); a voluntate noſtra minime dependet, ut inſint. Quamobrem ſi vitia intellectualia privativa a defectu diſpoſitionum naturalium ortum trahunt, eadem natura homini inhærent, prorſus independenter a voluntate ipſius. Quamobrem cum homini imputari nequeant niſi actiones liberæ (§. 528. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quatenus liberæ ſunt (§. 532. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ideoque nonniſi ea, quæ a libertate animæ dependent, quatenus ab eadem dependent (§. 12. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ac per conſequens id, quod ex actionibus iſtis ita ſpectatis conſequitur (§. 527. *part. 1. Phil. pract. univ.*); vitia intellectualia privativa, quæ a defectu diſpoſitionum naturalium oriuntur, imputari nequeunt. *Quod erat primum.*

Similiter cum occaſio non ſit in poteſtate agentis (§. 163. *part. 2. Phil. pract. univ.*); a voluntate noſtra minime de-

pendet, ut ea nobis offeratur (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*). Quodſi ergo vitia intellectualia privativa a defectu occaſionis dependent; patet ut ante *n. 1.* ea imputari non poſſe. *Quod erat ſecundum.*

Enimvero ſi non deſit diſpoſitio naturalis ad habitum evehenda (§. 430. *Pſych. empir.*), nec deſit occaſio vacandi exercitiis, quibus ad habitum evehitur (§. *cit.*), ſed illa exercitia ſaltem negliguntur; neglectus iſte culpa eſt (§. 758. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum culpa imputetur (§. 722. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ac per conſequens id, quod ex ea conſequitur (§. 527. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ſi vitia intellectualia privativa dependent a neglectu exercitiorum, quibus acquiri poterant, imputari poſſunt. *Quod erat tertium.*

Quoniam vero vitia intellectualia privativa vel a defectu diſpoſitionum naturalium, vel a defectu occaſionis, vel a neglectu exercitiorum, quibus virtutes intellectuales acquiri poterant, oriuntur (§. 177.), ſi vero a defectu diſpoſitionum naturalium, vel a defectu occaſionis ortum trahunt, imputari nequeunt, *per demonſtrata n. 1. & 2.* imputari ſaltem poſſunt, ſi a neglectu exercitiorum, quibus acquiri poterant, ortum trahunt. *Quod erat quartum.*

Neglectus iſte etiam ſuas habere debet cauſas. Aſt hic ſupponitur, quemadmodum ipſa negligentiæ notio fert, quod ſit voluntarius, non invitus, vel quomodocunque coactus. Invitus enim, vel quomodocunque coactus neglectus proprie dici nequit, ſed omiſſio eorum, quæ fieri debebant, refertur ad occaſionem deficientem, aut ſi mavis, adverſam (§. 162. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Multa igitur circumſpectione opus eſt, ne in imputandis vitiis intellectualibus pri-

privativis a vero aberres. Influit autem eorundem imputatio in complures actus morales non modo respectu aliorum, sed etiam respectu nostrorum, & nos a virtutis tramite ad vitia trahit. Quamobrem e re fuit, ut, quæ de imputatione illa tenenda sunt, ne judicium præcipitetur, ea hic inculcarentur.

§. 180.

De imputatione vitiorum intellectualium positivorum.

Si aberratio a regulis veræ Logicæ dependet ab ignorantia vel errore invincibili; vitium intellectuale positivum imputari nequit: si vero a vincibili, recte imputatur. Etenim ignorantia invincibilis imputari nequit (§. 550. *part. 1. Phil. pract. univ.*), nec error invincibilis imputari potest (§. 552. *part. 1. Phil. pract. univ.*), consequenter nec id, quod tam ex illa, quam ex hoc consequitur (§. 527. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quodsi ergo aberratio a regulis veræ Logicæ dependet ab ignorantia, vel errore invincibili, & ab hac aberratione oritur vitium intellectuale positivum (§. 178.); vitium intellectuale positivum imputari nequit. *Quod erat unum.*

Enimvero ignorantia vincibilis (§. 549. *part. 1. Phil. pract. univ.*) & error vincibilis imputantur (§. 551. *part. 1. Phil. pract. univ.*), consequenter etiam id, quod tam ex illa, quam ex hoc consequitur (§. 527. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum ab aberratione a regulis veræ Logicæ dependeant vitia intellectualia positiva (§. 178.); si aberratio ista dependeat ab ignorantia, vel errore vincibili, vitia intellectualia positiva recte imputantur. *Quod erat alterum.*

Quid sit ignorantia & error vincibilis ac invincibilis, dudum docuimus alibi (§. 28. 30. *part. 1. Phil. pract. univ.*): non tamen semper adeo facile est judicium, utrum ignorantia, vel

error in caſu dato vincibilis ſit, an invincibilis. Sëd in ſpeciali tractatione plura nobis de eo dicenda erunt. In præſenti caſu tantummodo ſermo eſt de ignorantia regularum logicarum & errore circa eas commiſſo. Cum duplici modo regulas Logicæ addiſcere poſſimus, vel diſtincte ſtudio Logicæ (§. 101.), vel confuſe ipſo uſu, veluti ſtudio Geometriæ (§. 99.); de ignorantiæ invincibilitate & vincibilitate eadem tenenda ſunt, quæ de imputatione vitiorum intellectualium privativorum demonſtravimus. Ut vero quis regulas falſas habeat pro veris, potiſſimum contingit, ſi in Logica addiſcenda uſus eſt doctore, qui vel falſas regulas tradidit, vel veras nondum ſatis intellectas male explicando in erroneas vertit. Non deſunt hodie Auctores, qui regulas Logicæ Ariſtotelicæ, quas non intellexerunt, emendare voluerunt, & iis ſubſtituerunt alias, quæ aut nihil conferunt ad rectum intellectus uſum, aut eundem prorſus pervertunt. Quamobrem verioris Logicæ lapidem lydium commendavimus in Prolegomenis operis noſtri logici (§. 26. *& ſeqq.*), eamque methodo demonſtrativa pertractavimus, ut regularum veritas pateat, & in eligendo doctore, ſi eam addiſcere velis, cautione opus. Cum non cujusvis ſit regulas Logicæ veras ſeparare a falſis; error, qui diſcentis animo a docente inſinuatus fuit, haud raro pro invincibili habendus. Ne vero diſcens propria culpa peccet, ea obſervanda ſunt, quæ de methodo Logicam diſcendi demonſtravimus (§. 1227. *& ſeqq. Log.*).

§. 181.

Idem porro expenditur.

Si aberratio a regulis Logicæ debetur impotentiæ eas applicandi & habitus deficit, propterea quod occaſio eum acquirendi defecit; vitia intellectualia poſitiva imputari nequeunt: ſi vero habitus deficit ob neglectum eum acquirendi, vitia imputantur. Non abſimili modo oſtenditur, quo ob easdem cauſas vitia intellectualia negativa imputanda, vel non imputanda eſſe demonſtravimus (§. 179.).

Qui

Qui regulas Logicæ dextre applicare vult, is cum ſtudio Logicæ conjungere tenetur ſtudium Geometriæ, quo intellectum perfici ſupra demonſtravimus (§. 99.). Conducet quoque ſtudium philoſophiæ noſtræ ea methodo ſcriptæ, qua ſcripta philoſophica concinnata eſſe debent, ut intellectui perficiendo inſerviant (§. 100.). Quoniam itaque abunde docuimus, quomodo regulæ Logicæ poteſtati noſtræ ſint ſubjiciendæ, & ipſam Logicam, tum quoad theoriam, tum quoad praxin ſufficienter expoſuimus; eorum nihil deſiderari poteſt, quod ad habitum regulas Logicæ applicandi acquirendum facere poſſit. Et cum jam ſatis pateat, quonam ſtudio habitus regulas Logicæ applicandi ſit comparandus, neque ideo ignorentur ea, quæ ad idem requiruntur; facilius jam erit dijudicare, utrum defecerit occaſio habitum iſtum acquirendi, an neglectus in cauſa ſit, quod non fuerit acquiſitus. Sicuti vero in imputatione dantur gradus ubivis attendendi, ita iidem quoque obſervandi ſunt in imputatione vitiorum intellectualium, nec negligenda ſunt, quæ excuſationem pariunt. Ita juvenes in Academiis negligentes ea, quæ addiſcere poterant ac debebant, excuſationem merentur, ſi Profeſſoribus diſſuadentibus vel contemnentibus diſcere negligunt, cum eorum judicium ob imbecillitatem proprii ſequi teneantur, vel alia quacunque de cauſa voluntati eorum in omnibus obſequi.

CAPVT III.

De Virtutibus intellectualibus formalibus.

§. 182.

Acumen eſt virtus intellectualis formalis. Etenim acumen eſt facultas in uno objecto multa diſtinguendi (§. 332. *Qualis virtus intellectualis Pſych.*

Qualis ſit acumen.

Pſych. empir.), & exercitatione ſucceſſive perficitur (§. 333. *Pſych. empir.*), ut in habitum adoleſcat (§. 428. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione virtus intellectualis ſit (§. 142.); acumen virtus intellectualis eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero facultas diſtinguendi multa in uno objecto conſideratur tantummodo, quatenus ad ſolum intellectum refertur, nec determinantur ullo modo res, in quibus intellectus diſtinguit ea, quæ iisdem inſunt. Quamobrem cum acumen virtus intellectualis ſit, *per demonſtrata n. 1.* virtus autem intellectualis formalis ſit, quæ ad ſolum intellectum refertur præciſis rebus, circa quas verſatur (§. 143.); acumen virtus intellectualis formalis eſt. *Quod erat alterum.*

Cum acumen inter virtutes intellectuales hactenus referri non ſueverit, nec virtutes intellectuales in formales & materiales dividi ſoleant; ideo neceſſe erat, ut demonſtraremus, acumen eſſe virtutem intellectualem, eamque formalem, atque ſic manifeſtum eſſet, idem a nobis recte in numerum virtutum intellectualium referri, nec differentiam inter virtutes intellectuales formales atque materiales absque ratione ac præter neceſſitatem fingi. Idem quoque tenendum eſt de aliis, quæ ſequuntur, in caſu ſimili. Cum intellectus ſit res diſtincte repræſentare (§. 275. *Pſych. empir.*); non puto fore, ut quis dubitet, num ea, quæ in cognoſcibili inſunt, a ſe invicem diſtinguere pertineat ad rectum intellectus uſum, quod tacite ſumſimus in demonſtratione partis primæ propoſitionis præſentis. Acumen quid ſit ignoret neceſſe eſt, qui idem ad perfectionem intellectus non refert. Sicuti autem virtutes morales perfectionem voluntatis; ita intellectuales perfectionem intellectus abſolvunt. Ac ideo quoque acumen ad virtutes intellectuales referendum.

§. 183.

§. 183.

Acutus dicitur, qui acumine præditus eſt. Quamobrem cum acumine diſcernantur ea, quæ in objecto quodam inſunt (§. 332. *Pſych. empir.*); *acutum ſe probat, qui multo in objectis cognoſcibilibus diſcernere poteſt, quæ iisdem inſunt.* *Acutus quinam ſit.*

Denominatio deſumta eſt a viſu, qui acutus dicitur, quando quis videt ea, ad quæ viſus aliorum non pertingit, ſive quia nimis remota, ſive quia nimis exigua ſunt. Experimur enim, non omnium oculos æque aptos eſſe ad ſpectanda remota, vel etiam exigua. Quamvis vero denominatio a viſu ad intellectum transferatur, non tamen propterea improprie loquimur, dum acumen de intellectu prædicatur, quia in definitione eidem vindicavimus ſignificatum naturæ intellectus convenientem, qui non minus proprius eſt altero, in quo de viſu accipitur (§. 148. *Log.*). Hi igitur ſignificatus cum diverſi ſint, inter ſe non confundendi, ideoque cavendum, ne temere, quæ de acumine viſus cognoſcimus, ad acumen intellectus transferamus, quemadmodum ſolenne eſt iis, qui ex verbis potius, quam ex rebus ſapere malunt, de rebus, quorum nihil intelligunt, multa verba facientes. Scholaſtici in diſtinguendo ſe probarunt ſatis acutos, ut ideo acumen ipſis denegari non poſſit, etſi mentem ſuam verbis diſtincte explicare minime potuerint. Dedimus acuminis ipſorum ſpecimina in Ontologia, ubi definitiones quasdam ipſorum, quæ Cimmeriis tenebris obſcuriores videntur, ad idenditatem cum noſtris reduximus, quæ nihil obſcuritatis habent. Qui ex notione acuminis viſus de acumine intellectus judicant, acutum appellant eum, qui videt, quæ alius non vidit. Quamvis judicium hoc verum ſit, ſcilicet quod ab alio non viſa viderit, non tamen ſemper majus acumen arguit, ut nonniſi caſu quandoque verum ſit, quod inde infertur. Cautione igitur opus eſt, ne de acumine judicaturi ipſi acumen in nobis deſiderari patiamur. Ejus nimirum defectu contingit, ut duo diverſi, quos dixi-

ses. Sufficient of Crimes and Allegiance. 46 Geo. 3. c. 37.

I.

Treasons and Misprisions.

All other Treasons and Misprisions of Treason, which shall be committed or perpetrated from and after the said first Day of August, shall be and continue to be Treason and Misprision of Treason, according to the Laws and Statutes of this Realm now in force concerning Treason and Misprision of Treason.

Provided, that no Person or Persons shall be prosecuted, tried, or punished for any Treason or Misprision of Treason, which shall be committed or perpetrated out of the Realm of Ireland, unless prosecution shall be had for the same within three Years after the Commission thereof.

Provided also, that no Person or Persons shall be prosecuted, tried, or punished for any Treason or Misprision of Treason, which shall be committed or perpetrated within the Realm of Ireland, unless prosecution shall be had for the same within six Years after the Commission thereof.

Provided also, that nothing herein contained shall extend to alter, vary, or in any Manner affect any Statute, Matter, or Thing whatsoever, made or passed in this present Session of Parliament, for the Regulation of Trials in Cases of Treason or Misprision of Treason.

Provided also, that nothing herein contained shall extend to alter, vary, or in any Manner affect any Statute, Matter, or Thing whatsoever, made or passed in this present Session of Parliament, for the Regulation of Trials in Cases of Treason or Misprision of Treason.

apperceptione dependet. Alias enim attentionem eandem ad omnia ſimul percepta afferremus, id quod nec fieri, neque etiam fieri poſſe experimur. Apperceptio igitur determinanda ad id, in quod attentio dirigenda, & hæc ipſa determinatio actus eſt, quo animus ad perceptionem quandam ſeu rem perceptam attenditur. Perceptio latius patet apperceptione, cum plura equidem percipiamus ſimul, ſed ad plura ſimul animum æque attendere non valeamus. Perceptiones vero attentione effici clariores, vel exinde colligitur, quia illæ, quæ attentionem in ſe trahunt, obfuſcant ceteras una præſentes, ut non modo minus appercipiantur, verum etiam prorſus earundem nobis non ſimus conſcii: id quod a diverſa perceptionum claritate petendum eſſe conſtat (§. 76. 99. *Pſych. empir.*). Cum vero neceſſe ſit, ut intelligatur, quinam & quales actus ad ſingulas virtutes intellectuales requirantur, ex anterioribus ſatis intelligitur. Facit nimirum ad latebras animi detegendas (§. 72.) & virtutes intellectuales poteſtati noſtræ ſubjiciendas (§. 461. *part. 2. Jur. nat.*).

§. 185.

De modo acquirendi acumen.

Quoniam ad acumen requiruntur actus attentionis & reflexionis (§. 184.), immo cum acumen non conſiſtat, niſi in diſtinguendis iis, quæ diverſa rebus inſunt (§. 332. *Pſych. empir.*), ideoque actu reflexionis, qui ſine attentione non concipitur, abſolvatur (§. 257. *Pſych. empir.*); *ſi attentio & reflexio perficitur, eo ipſo acumen perficitur*, conſequenter *quæ de modo perficiendi attentionem* (§. 41. *& ſeqq.*) *atque inprimis reflexionem demonſtrata ſunt* (§. 91. *& ſeqq.*), *ea de acumine perficiendo valent.*

Virtutes intellectuales ſunt habitus intellectus (§. 142.), qui in ſuis operationibus utitur miniſterio facultatum inferiorum & intermediarum (§. 14.). Quamobrem illæ diſtincte co-

gnoſcuntur, ſi inquiratur in actus tam intellectus, quam facultatum cognoſcendi inferiorum atque intermediarum, ad eos ſpectantes. Quodſi ergo uſum facultatum cognoſcendi perfeceris, ut ſingulos eorum actus facile & quando viſum fuerit elicere poſſis; eo ipſo virtutes intellectuales formales ſimul perfeciſti, ut ideo eas acquiſiturus tantummodo opus ſit cognoſcas, quinam facultatum actus ad virtutem intellectualem requirantur, ſicque pateat, quænam facultates perficiendæ ſint, ut virtutis intellectualis compos reddaris. Ea de cauſa prolixam tractationem de uſu facultatum cognoſcendi in genere præmiſimus, ne eadem toties repetenda, quoties iidem actus ad diverſas virtutes intellectuales requiruntur, ſi quæſtio fuerit de iisdem acquirendis ac perficiendis. Non alia ſunt exercitia, quibus acumen acquiritur & perficitur, quam quæ in reflexione ſuper rebus perceptis conſiſtunt. Quodſi ergo acumen acquirere volueris, neceſſe eſt ut ſuper rebus perceptis reflectere adſueſcas. Latius autem patet hic reflectendi actus, quam forſan putatur, & quo ulterius hic promovetur, eo longius acumen extenditur. Aliter prorſus ſe habet acumen intellectus, quam viſus: hoc naturaliter terminatur intra ſuam ſphæram, cum reſpectu remotorum, tum exiguorum in vicinia, illud autem limitem continuo magis laxum aperire poteſt, nec fixum habet, ultra quem extendi non poteſt.

§. 186.

De facultatibus in acumen influentibus.

Similiter quia ad acumen acquiruntur actus attentionis & reflexionis (§. 184.); *facultates, quæ in determinationem attentionis & reflexionis influunt, etiam influunt in acumen.*

Influxus hic attendendus, quando in receſſus animi inquirere volumus (§. 72.), atque non minus, quando acumen acquirendum & perficiendum.

§. 187.

§. 187.

Qui acumen acquirere atque perficere vult, ſuper iis omnibus, quorum ſibi quomodocunque conſcius eſt, reflectere adſueſcat opus eſt. Etenim acumine diſcernenda ſunt ea, quæ in iis, quorum nobis conſcii ſumus, diverſa inſunt, ideoque diſcernibilia ſunt (§. 332. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum diverſa, quæ rebus inſunt, ſuper iis reflectendo diſtinguantur (§. 257. *Pſych. empir.*), nec habitus aliter, quam exercitiis, conſequenter iteratis iisdem actibus (§. 195. *Pſych. empir.*), acquiri (§. 430. *Pſych. empir.*), nec ſine continuo uſu perfici poſſit (§. 431. *Pſych. empir.*); qui acumen, quod eſſe habitum quendam patet (§. 142. 182.), perficere vult, ſuper iis omnibus, quorum ſibi quomodocunque conſcius eſt, reflectere adſueſcat opus eſt. *De medio acquirendi acumen.*

Quoniam virtutes intellectuales formales, qualis eſt acumen (§. 182.), ſpectantur præciſis rebus, circa quas intellectus verſatur (§. 143.), acumini acquirendo inſervit reflexio ſuper rebus quibuscunque: neque enim jam quæſtio eſt de uſu ejus in certo genere cognitionis, quam vel acquirere intendis, vel qua in agendo indiges. Diverſitas enim hæc ſpectanda eſt in virtutibus intellectualibus materialibus (§. *cit.*), quatenus ad easdem acumen requiritur. Et facile patet, quo quis plura cognoſcit, eo etiam plura exercitia, quæ ad acumen acquirendum & perficiendum faciunt, in ejusdem poteſtate eſſe; ſufficiunt tamen, præſertim ab initio, ea, quæ unicuique, prouti fert occaſio, obvia ſunt, ut ideo ipſi pueri acumen quoddam acquirere valeant & ad reflectendum ſuper iis, quæ ipſis quomodocunque obveniunt, adſueſcant. Plurimum autem intereſt, ne actus reflexionis ad certa quædam objecta reſtringatur, ſed ut idem ſit indifferens ad quodlibet objectum, qualecunque tandem fuerit, non modo

in cognoſcendo, verum etiam in agendo, prouti ex ſequentibus ſatis eluceſcet.

§. 188.

De objecto acuminis.

Acumen non ſubſiſtit in rebus ſenſu, vel vi imaginationis perceptis, ſeu ideis ſenſualibus & phantaſmatis, ſed extenditur ad omnia, in quibus diſcernibilia quomodocunque inſunt, vel adſunt. Cum non modo in rebus ſenſu, vel vi imaginationis perceptis, ſeu in ideis ſenſualibus & phantaſmatis multa inſint, quæ a ſe invicem diſtingui poſſunt, verum etiam in aliis, quorum nobis conſcii ſumus, veluti in actionibus noſtris, varia deprehendantur, veluti actus ſimplices ad actionem requiſiti, quæ a ſe invicem diſtingui poſſunt; acumen quoque non ſubſiſtit in rebus ſenſu vel vi imaginationis perceptis, ſed extenditur ad omnia, in quibus diſcernibilia quomodocunque inſunt, aut ad ea quodammodo referuntur, vel adſunt.

In rebus, quæ ſenſu percipiuntur, ineſſe multitudinem partium, ineſſe varia accidentia, quæ a ſe invicem diſtingui a nobis poſſunt, ſi ſuper iis reflectamus, obvium eſt. In rebus vero aliis, quæ ſub ſenſum non cadunt, varia deprehendi, quæ diſcernibilia ſunt, licet non eadem facilitate deregantur & actu a nobis diſtinguantur, non minus exploratum eſt. In ipſa demonſtratione exempli loco provocavimus ad actiones humanas, quæ ex actibus intellectus, voluntatis vel noluntatis, atque facultatis locomotivæ conſtare conſtat (§. 70. *part. 1. Phil. pract. univ.*), qui ſinguli a ſe invicem diſtingui poſſunt. Ac ipſi hi actus in alios ſimpliciores reſolvuntur, ex quibus iidem conſtant, qui non minus a ſe invicem ſeparari & ſigillatim tanquam diverſi expendi poſſunt. Concurrunt quoque ad actiones humanas in caſu dato variæ circumſtantiæ, quæ a ſe invicem diſtingui poſſunt. Atque ideo in actio-

actione humana multa diſcernibilia tam inſunt, quam adſunt. Acumine igitur omnia iſta diſcernibilia diſtinguenda ſunt, ſeu actu mentis a ſe invicem ſeparanda, ſi te in actione quadam humana conſideranda acutum probare velis. Abſit itaque, ut acumen infra arctos ſenſibilium & imaginabilium limites coarctes! Quamvis enim intra hos limites ſpectatum non ſit contemnendum; multo tamen præſtantiorem habet uſum atque illuſtrius efficitur, ſi ad diſcernibilia extenditur, quæ ſub ſenſum non ita cadunt, & quæ non eadem facilitate a quocunque alio diſtingui poſſunt.

§. 189.

De acumine in cognitione ſymbolica.

Quoniam acumen non ſubſiſtit in ideis ſenſualibus & phantaſmatis, conſequenter in iis, quæ intuitive cognoſcimus (§. 286. *Pſych. empir.*), ſed ad omnia extenditur, in quibus diſcernibilia inſunt, cognitio autem ſymbolica conſiſtit in actu, quo verbis tantum enunciamus, quæ in ideis continentur, vel aliis ſignis eadem repræſentamus, ideas vero ipſas non intuemur (§. 289. *Pſych. empir.*), conſequenter in cognitione quoque ſymbolica diſcernibilia inſunt, quæ verbis vel aliis ſignis indigitantur; *acumen* quoque *ad cognitionem ſymbolicam extenditur, & tam in definitionibus, quam in propoſitionibus, earumque probatione uſum habet.*

In cognitione ſymbolica multa ſunt, quæ acute diſtinguenda, ut & penitus intelligas, quæ dicuntur ab alio, & perſpicue mentem tuam explices, ut ab alio intelligi poſſis, & ne verbis tibi imponas, vel aliis, quaſi rei notionem jam habeas, qua adhuc deſtitueris, vel aſſenſus illorum vi extortus convictioni æquiparetur. Quemadmodum vero hæc potiſſimum ſermonis uſum reſpiciunt, tam in enunciando eo, quod cogitas, quam in interpretandis iis, quæ ab aliis dicta ſunt; ita etiam complexio verborum inſtar rei alicujus ſpectari poteſt,

teſt, in qua diſtinguenda ſunt, quæ diverſa a ſe invicem diſcernenda ſignificant, ut pateat, quid in ipſa re diſtinguendum ſit, & verum a falſo, certum ab incerto diſcernas. Dixi ideo acumine opus eſſe in expendendis definitionibus, propoſitionibus & earum probatione. Conſtat enim per definitiones definitum repræſentari tanquam ſubjectum, in quo tantummodo inſunt ea, per quæ cetera determinantur, quæ vel ſimul ineſſe debent, aut ſub certis conditionibus ineſſe poſſunt. In ea igitur ſingula, quæ definito ineſſe concipiuntur, probe diſcernenda, ut porro inquiri poſſit, num ſint determinationes, quarum nulla ab altera dependet, neutra tamen alteri contradicit, & num eædem ſufficiant ad definitum ab aliis diſcernendum, & in genere num in definiendo a regulis logicæ fuerit aberratum alicubi. Similitēr in propoſitione ſubjectum repræſentatur tanquam ſubjectum, cui nonniſi ea inſunt & adſunt, quæ in notione ſubjecti ſumuntur, & præterea prædicatum, & illa ſpectanda ſunt tanquam determinantia, hoc vero tanquam determinatum. Iſta igitur ſingula acute ſunt diſtinguenda, ut non modo propoſitio ſufficienter intelligatur, verum etiam pateat, quænam oſtendenda ſint, ſi ſufficienter probari debeat, & ex quibus tanquam ex fonte deducenda ſit omnis in probando ratiocinatio. Denique probatio actus intellectus compoſitus eſt ex pluribus ratiociniis, quæ corpori cuidam organico æquiparatur, in quo ſingula ratiocinia ſunt veluti totidem organa ex partibus ſuis compoſita, in alias iterum partes reſolubilibus, & per continuam concatenationem inter ſe connectuntur, ut ens unum efficiant, ſicuti nexu uniuntur organa, ut unum efficiant corpus organicum. Acute igitur diſcernenda ſunt non modo ratiocinia ſingula, verum etiam in his ſingulæ propoſitiones, & in propoſitionibus ea, de quibus modo diximus, ac in ſingulis hiſce diſcernendæ ſunt eorum qualitates logicæ, ſicuti in corpore organico diſcernuntur tam organorum, quam partium, ex quibus hæc conſtant, qualitates phyſicæ. Diſcernendus quoque eſt tam ratiociniorum, quam propoſitionum ordo, atque illorum con-

ca-

catenatio. Quamvis vero ex habitu agens actuum illorum, quibus ad illa, quæ diximus, discernenda opus est, sibi non sit conscius; certum tamen atque exploratum est, ab eo, qui acumine pollet, ista omnia fieri, quemadmodum idem in omni actione ex habitu proficiscente observamus. Quemadmodum itaque, qui habitum acquirere vult, actus singulos, prouti alii alios supponunt, vel etiam facilius eduntur, sigillatim elicere studet, ut ex habitu recte agat; ita etiam consultum est, ut, qui acumen in cognitione symbolica acquirere voluerit, analyses istas, de quibus modo diximus, instituat: id quod omnium commodissime fieri poterit in Geometria, & in aliis quoque deinceps Matheseos partibus. Qui studio Geometriæ intellectum eo modo perficit, quo supra id fieri debere ostendimus (§. 99.), & usum intellectus rectum ope studii Logicæ potestati suæ subjicit (§. 101.); istis exercitiis revera vacat, ac per consequens acumen suum ad cognitionem symbolicam extendit. Quemadmodum vero superius quoque ostendimus, scripta philosophica eadem methodo concinnata, qua *Euclides* usus est, intellectui perficiendo non minus inservire, quam Matheſin (§. 100.); ita quoque analyses, quæ in Geometria fiunt acuminis acquirendi causa, in philosophia etiam instituendas esse in dubium non revocabit, nisi qui ignoraverit, extra Matheſin facilius deficere acumen, quam in Matheſi, ubi sensus eidem adjumentum præstant vi figurarum aliorumque signorum in sensus incurrentium, quod extra eandem desideratur. Notandum denique est, acumini facilius acquirendo ac plurimum perficiendo inservire repræsentationes symbolicas definitionum ac propositionum, itemque demonstrationum, quas exposuimus atque commendavimus in Commentatione de studio Matheseos recte instituendo, cujus supra jam mentionem fecimus (*not.* §. 99.). Quamvis enim facile prævideam, non defuturos esse forsitan haud paucos, qui talia exercitia tanquam puerilia contemturi sunt, quod absque iis se acumen, de quo hactenus diximus, consecutos esse norint; id tamen parum me movet: facile

enim oſtendi poterat, quod exercitiis iſtiusmodi facilius atque perfectius idem acquirere potuiſſent, ac neglectum eorundem in cauſa eſſe, ut præſertim extra ſphæram ſuam progreſſi id in ſe deſiderari ſæpiſſime patiantur. Inprimis etiam hic notandum eſt, plurimum differre vera dicere & dicere vera acute, & propoſitionem vere demonſtrare ac in demonſtrando acutum ſe probare: quæ differentia haud difficulter perſpicitur ex iis, quæ hactenus dicta ſunt. Neque vero perinde eſt, utrum acute verum dicas atque in demonſtrando acutum te probes, nec ne, ſi ab aliis facile ac recte intelligi eosque convincere velis, nec tibi ſoli ſapere, aut pauciſſimis ſaltem prodeſſe & plurimis viam ad ſcientiam inacceſſam reddere, quam tamen amplificare ſtudes. Non ignotæ ſunt querelæ, quibus defectus iſtius acuminis cauſam dat: neque exiſtimandum eſt, adeo facile eſſe defectum iſtum ſupplere. Quanta vero ſit ejus utilitas, facile experiuntur, qui ad diſcendum animum appellunt, præſertim ubi jam norunt, quid ad plenariam convictionem requiratur. Paucis multa dicuntur, quibus major lux affundetur per ea, quæ ſequuntur.

§. 190.

Ad quam operationem intellectus referatur acumen.

Acumen perficit intellectum quoad primam ejus operationem. Acumine enim multa diſtinguuntur in uno (§. 332. *Pſych. empir.*). Aſt plurium in re una ſigillatim facta repræſentatio prima intellectus operatio eſt (§. 330. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum intellectus perficiatur acquirendo habitus eodem utendi (§. 209. *part. 1. Jur. nat.*), conſequenter actus ejus, qui operationes mentis ſive intellectus vocantur (§. 52. *Log.*), eliciendi (§. 198. *part. 1. Jur. nat.*); acumen intellectum perficit quoad primam ejus operationem.

Non obſtat, quod dixerimus, acumen quoque uſum habere in propoſitionibus & probationibus, quarum illæ ad ſecun-

cundam (§. 41. 53. *Log.*), hæ, utpote ex Syllogiſmis contextæ (§. 496. *Log.*), ad tertiam intellectus operationem referuntur (§. 332. 53. *Log.*). Etenim tum ſpectatur propoſitio & probatio tanquam objectum, circa quod verſatur acumen, quatenus eſt ſubjectum plurium determinationum, in quo ideo plura diſtingui poſſunt. Sane cum virtutes intellectuales formales, quarum in numero eſt acumen (§. 182.), conſiderentur præciſis rebus, circa quas cognoſcendas verſantur (§. 143.), acumen quoque, quod ad omne cognoſcibile indifferenter ſe habet, non minus ad ipſos actus ſeu operationes intellectus in uſu transferri poteſt, quam ad entia quævis alia. Et tum propoſitiones atque probationes ſpectantur tanquam entia logica, quæ aliis entibus æquiparantur tum quoad notionem entium omnium communem, tum quoad modum eadem cognoſcendi, qui per regulas logicas definitur. Quemadmodum cuilibet propoſitioni reſpondet notio, qua ſubjectum repræſentatur per ea, quæ de eo ſumuntur, atque id, quod prædicatum ſignificat; ita probationi quoque reſpondet notio, qua repræſentatur tanquam ſeries ſyllogiſmorum concatenatorum. Acumine igitur eodem modo diſtinguuntur, quæ hiſce notionibus inſunt, quam quæ inſunt notionibus entium aliorum quorumcunque.

§. 191.

De influxu acuminis in ſecundam & tertiam operationem intellectus.

Quoniam acumen perficit intellectum quoad primam ejus operationem (§. 190.), operatio vero ſecunda ſupponit primam & tertia ſecundam, unde pendet earundem ordo (§. 53. *Log.*), ac ideo operatio prima ad ſecundam, & porro ſecunda ad tertiam concurrit, ut illa ſine prima, hæc abſque ſecunda non detur, *acumen* quoque *influit in operationem intellectus ſecundam atque tertiam*, atque ideo *in cauſa eſt, ne ulla labes a prima derivetur in ſecundam, nec a ſecunda in tertiam.*

Ponamus te in viſibili non diſtinguere, quæ diverſa ſunt, ſed quædam confuſe percepta pro uno habere; defectu acuminis repræſentabitur tanquam irreſolubile. Quodſi ergo judices, notionem ejus eſſe irreſolubilem; error inficit operationem intellectus ſecundam, labe a prima defectu acuminis in eandem derivata. Quodſi jam porro propoſitione hac falſa utaris tanquam præmiſſa in ſyllogiſmo, error quoque inde derivatur in concluſionem, & defectus acuminis, qui in prima mentis operatione apparebat, tertiam labe inficit, immo quia error tacite ſerpit per omnes reliquos ſyllogiſmos cum eodem concatenatos, ipſa probatio vitioſa redditur. Exemplum hoc proderit ad multa alia, ut errorum fontes detegantur, quorum longe plurima in diſciplinis occurrunt. Differt autem hic influxus ab acuminis uſu, de quo diximus ante (*not.* §. 190.), in quo nimirum ipſæ operationes intellectus ſpectantur per modum entis, circa quod verſatur intellectus. Quando vero tunc in rectitudine operationis ſecundæ, vel tertiæ quid deſideratur, defectus acuminis revera hæret in operatione prima intellectus, quatenus ſecunda, vel tertia non repræſentatur, quemadmodum debebat. Quamvis autem diſtinctiones hæ nimis ſubtiles forſitan nonnullis videri poterant, ut iis ignoratis acuminis uſus in omni rerum quarumcunque cognitione ſubſiſtere poſſit; non tamen propterea reprehendi poteſt, quod, dum de acumine agitur, acute diſtinguamus ea, quæ diverſa ſunt, ubi influxus facultatum in ſe invicem diſtincte explicandus & demonſtrandus.

§. 192.

De neceſſitate acuminis in notionibus univerſalibus acquirendis.

Acumine opus eſt ad notiones univerſales, ſpecierum nimirum atque generum acquirendas. Etenim acumine diſtinguuntur, quæ diverſa in re quadam inſunt (§. 332. *Pſych. empir.*). Quamobrem ſi ea, quæ in rebus pluribus tanquam eidem inexiſtentia diſtinximus, inter ſe conferantur, & eadem de-

pre-

prehendantur, cum in hac identitate ſimilitudo conſiſtat (§. 195. *Ontol.*), entium univerſalium (§. 232. *Ontol.*), ideoque ſpecierum ac generum notiones acquiruntur (§. 233. 234. *Ontol.*). Acumine igitur opus eſt ad notiones univerſales, ſpecierum nimirum atque generum, acquirendas.

Species conſideratur tanquam ſubjectum, in quo nonniſi ea inſunt, quæ certa quædam individua communia habent; genera vero tanquam ſubjectum, in quo tantummodo inſunt, quæ plures ſpecies communia habent (§. 230. *& ſeqq. Ontol.*). Ea igitur actu intellectus, non excluſo miniſterio facultatum inferiorum & intermediarum, quod ſemper adeſſe intelligitur, etiamſi ejus expreſſa mentio non fiat (§. 14.), ſunt ſeparanda ſive ab individuis, ſive a ſpeciebus aut generibus inferioribus, & veluti in unum quoddam ſubjectum transferenda, conſequenter abſtrahenda (§. 282. *Pſycb. empir.*), & per hanc abſtractionem formantur actu intellectus entia univerſalia (§. 283. *Pſycb. empir.*), quæ extra intellectum nullibi exiſtunt (§. 235. *Ontol.*). Repræſentantur autem ab intellectu multo facilius, clarius atque magis diſtincte ope vocabulorum (§. 284. *Pſycb. empir.*), & ideo entium univerſalium potiſſimum fit cognitio ſymbolica (§. 289. *Pſycb. empir.*), quamvis in locum vocabulorum ſurrogari quoque poſſint ſigna alia, per iſta explicabilia, de quibus alias jam diximus (§. 290. *& ſeqq. Pſycb. empir.*). Ex iis autem, quæ de ſignis iſtis docuimus, ſatis patet, in eorum electione atque uſu acumini quoque locum eſſe (§. 292. *& ſeqq. Pſycb. empir.*), ut ideo acumen ſingulari adhuc modo ſe commendet in cognitione ſymbolica. Entia univerſalia objectum ſcientiarum ſunt, ſicuti ſingularia hiſtoriæ. Quoniam itaque acuminis indiſpenſabilis eſt neceſſitas tam in cognitione ſingularium, quam univerſalium, utilitas autem utriusque cognitionis adeo manifeſta eſt, ut in dubium revocari minime poſſit; ſufficiens ea motivum eſt acuminis acquirendi.

§. 1.

Quelle, che si chiamano di sopra, e di sotto, si dicono *continue*, e *discontinue*. Le continue sono quelle, che non hanno alcuna interruzione, come sono le Case, che sono unite, e contigue. Le discontinue sono quelle, che hanno qualche interruzione, come sono le Case, che sono separate, e non contigue.

Continue e discontinue.

§. 2.

Quelle, che si chiamano di sopra, e di sotto, si dicono *dirette*, e *collaterali*. Le dirette sono quelle, che hanno la linea retta, come sono il Padre, e il Figliuolo. Le collaterali sono quelle, che hanno la linea trasversale, come sono il Padre, e il Zio, il Figliuolo, e il Nipote.

Dirette e collaterali.

§. 3.

Quelle, che si chiamano di sopra, e di sotto, si dicono *ascendenti*, e *discendenti*. Le ascendenti sono quelle, che hanno la linea ascendente, come sono il Padre, e il Figliuolo. Le discendenti sono quelle, che hanno la linea discendente, come sono il Figliuolo, e il Nipote.

Ascendenti e discendenti.

§. 4.

Quelle, che si chiamano di sopra, e di sotto, si dicono *maschili*, e *femminili*. Le maschili sono quelle, che hanno il maschio, come sono il Padre, e il Figliuolo. Le femminili sono quelle, che hanno la femmina, come sono il Padre, e la Figliuola.

Maschili e femminili.

§. 5.

Quelle, che si chiamano di sopra, e di sotto, si dicono *legittime*, e *illegittime*. Le legittime sono quelle, che hanno il matrimonio, come sono il Padre, e il Figliuolo. Le illegittime sono quelle, che hanno il concubinato, come sono il Padre, e il Figliuolo.

Legittime e illegittime.

Hinc denuo ſequitur, quod modo ex neceſſitate acuminis ad notiones univerſales acquirendas intulimus (§. 193.), acumine opus eſſe ad cognitionem univerſalem acquirendam. Etenim ad cognitionem univerſalem inprimis requiruntur notiones diſtinctæ, propterea quod eam nobis comparamus, ut in dato caſu ad ſingularia applicari poſſit, ſatis autem vel a poſteriori convincimur ad applicationem iſtam requiri notiones diſtinctas. Quæ notiones diſtinctas commendant, ea etiam commendant acumen. Et opera, quæ collocatur in acquirendis notionibus diſtinctis, ſimul prodeſt ad acumen perficiendum. Omnia ſane exercitia, quæ acuminis cauſa inſtituuntur, non conſiſtunt niſi in formandis notionibus diſtinctis. Neque hoc quicquam ſingulare eſt, ut acumen requiratur ad notiones diſtinctas formandas, & tamen ipſum notionum diſtinctarum formatione perficiatur. Habitus enim omnis continuo uſu perficitur (§. 431. *Pſych. empir.*). Et quia habitus admittit gradus, gradu minore opus eſt ad incrementa majora. Cumque virtutes intellectuales indifferenter ſe habeant ad res cognoſcendas (§. 143.), facilitatis cauſa ad acumen excitandum eligi poſſunt objecta, quorum cognitio alias negligi poterat, & acumen hoc modo acquiſitum deinceps uſui eſſe poteſt in cognoſcendis aliis, quæ cognoviſſe intereſt. In anima ſtatus præteriti influunt in determinationem præſentis non modo vi reproductionis idearum præteritarum, quæ imaginationi debetur (§. 117. *Pſych. empir.*), verum etiam facilitate eliciendi certos facultatum actus, quæ actuum ſimilium iteratione acquiſita & in qua virtutes intellectuales formales conſiſtunt (§. 143.). Atque duplex hic influxus in receſſibus in animis hominum ſcrutandis non confundendus (§. 72.).

§. 195.

Acumine opus eſt in veritatibus univerſalibus ad ſingularia applicandis. In diſciplinis traduntur definitiones generum & ſpe- *De neceſſitate in applicandis uni-*

verſalibus ad ſingularia.

ſpecierum, & propoſitiones, in quibus affirmatur, hæc prædicata huic generi vel ſpeciei convenire vel abſolute, vel ſub certis conditionibus, aut etiam negatur convenire poſſe: id quod tanquam notum hic ſumitur. Enimvero cum inde colligatur rei de qua judicandum, competere definitum, hoc eſt, eandem ſub hoc genere, vel hac ſpecie contineri, quia ipſi ſimul competunt notæ in definitione contentæ (§. 349. *Log.*); definitionem generis, vel ſpeciei ad rem ſingularem applicaturus diſcernere tenetur ea, quæ in re iſta inſunt, eademque cum notis in definitione contentis conferre, non minus accurate a ſe invicem diſcernendis, ne forſitan una vel altera attentioni noſtræ ſe ſubducat. Similiter quia inde colligitur, prædicatum aliquod rei cuidam ſingulari tribuendum eſſe, aut tribui minime poſſe, quod ſub hoc genere, vel hac ſpecie contineatur, & adſint iſtæ conditiones, ſub quibus prædicatum generi, vel ſpeciei convenit, aut convenire nequit (§. 348. *Log.*); in applicatione propoſitionum non modo accurate diſcernendum eſt genus, vel diſcernenda ſpecies, cui res data ſubſtat, verum etiam præſens ejus ſtatus probe expendendus & in eo diſcernenda, quæ inſunt, ut appareat, num eæ adſint determinationes, quæ conditionem in propoſitione expreſſam faciunt, nec præterea aliæ, quæ eidem officiunt, quo minus inde ſequatur, quod alias ex iis ſequeretur, quatenus nimirum determinationem prædicati impediunt. Quoniam itaque acumine diſtinguuntur ea, quæ rei cuicunque inſunt, vel ad eandem quomodocunque referuntur, vel eidem adſunt (§. 188.); in veritatibus univerſalibus ad ſingularia applicandis opus eſt acumine.

De modo applicandi veritates univerſales ad ſingularia prolixe egimus integro capite, cum uſum Logicæ in praxi vitæ de-

demonſtraremus (§. 1211. *& ſeqq. Log.*). Quodſi quis ea attenta mente perlegerit, is indiſpenſabilem acuminis uſum in applicatione univerſalium ad ſingularia intimius perſpicier, quamvis præſens demonſtratio ſufficiat ad convictionem veritatis propoſitionis præſentis. Neque minus eidem patebit, quam facile in applicatione aberretur, deficiente acumine. Plurimum vero cum referat, ne aberretur, quanta ſollicitudine opus ſit, ut ſufficiente acumine utamur, nec quicquam ejus in eo deſiderari patiamur, inde eluceſcit. Ac propterea præſens propoſitio motivum præbet acuminis acquirendi fortiſſimum, etiamſi utilitates, de quibus in propoſitionibus anterioribus dictum eſt, non attendantur. Quid prodeſt omnis apparatus veritatum univerſalium, niſi eas dextre applicare dideris? Neque vero exiſtimandum eſt, quaſi applicatio ſua ſponte ſeſe offerat ei, cujus animus illis imbutus eſt. Contrarium inſinuat propoſitionis præſentis demonſtratio, & uberius idem intelligitur ex iis, quæ de uſu Logicæ in praxi vitæ alias demonſtrata ſunt, & ad quæ modo provocavimus. Quamvis enim ut in omnibus aliis multa caſus offert, quæ ſtudio ac labore acquirenda; non tamen propterea caſui relinquenda, quæ ſtudio ac labore acquiri poſſunt ac debent. Multum enim differt, num a caſu expectes, quod induſtria conſequi potes, non modo quod citius atque certius idem obtinetur, verum etiam rectius poteſtati tuæ ſubjicitur uſus.

§. 196.

De neceſſitate in praxi morali.

Quia acumine opus eſt in veritatibus univerſalibus ad ſingularia applicandis (§. 195.), praxis autem moralis, ſicuti reliqua omnis, in applicatione veritatum univerſalium ad ſingularia conſiſtit, quod tanquam ſatis notum ſumitur; *ad praxin moralem acumen requiritur.*

In Ethica, quæ docere debet ea, quæ ad praxin moralem neceſſaria ſunt (§. 1.), tradenda ſunt actionum committen-

darum & omittendarum motiva ſpecialia, media quoque & ſigna ſpecialia rectitudinis actionum in qualibet earum ſpecie, exponenda ſunt impedimenta ſpecialia modusque, quo tolluntur, demonſtrandus (§. 10.). Variant nimirum hæc pro diverſitate virtutum & iisdem oppoſitorum vitiorum. Ea omnia in veritatum univerſalium numero ſunt, quæ, ubi in praxin deducenda, ad ſingularia applicanda. Quæ igitur de neceſſitate acuminis in veritatibus univerſalibus ad ſingularia applicandis in propoſitione præcedente oſtendimus, de hiſce ſingulis intelliguntur. Cumque ad praxin moralem etiam pertineat morum alienorum formatio (§. 11.); hæc ipſa quoque acumen exigit, niſi eandem cœco potius caſui permittere, quam certo conſilio perficere velis. Atque inde intelligitur, optimo jure acumen locum ſibi vindicare in Ethica, & quanta eſſe debeat de eo ſibi comparando ſollicitudo, niſi ſolum addiſcere velis Ethicam, ut ſciatur, ſed ut uſui ſit & virtutis fructum percipias, felicitatem ſcilicet, ſine ea non conſequendam (§. 400. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Cui itaque virtutis cultura curæ cordique eſt, & per conſequens qui felicitatis particeps fieri vult; ei neceſſitas acuminis ad omnem praxin moralem motivum eſt idem, quantum datur, acquirendi & perficiendi. Utendum quoque hic eſt acumine, ut agnoſcas dependentiam hujus motivi a determinationibus voluntatis præcedentibus. Felicitas motivum eſt culturæ virtutis (§. 328. *part. 2. Phil. pract. univ.*), cultura vero virtutis voluntatem determinat ad acumen acquirendum & perficiendum, quamprimum ejus ad eandem neceſſitas perſpicitur. Motivum omne dependet a cognitione viva (§. 244. *part. 2. Phil. pract. univ.*), quæ multos ſupponit actus intellectus & facultatum inferiorum atque intermediarum, quarum miniſterio is utitur (§. 14.). Ad hos igitur ſingulos cum animus ſit attendendus, ut motivum quoad actualitatem ſuam intime perſpicias; in hiſce expendendis non deſiderari patiaris acumen tuum neceſſe eſt. Quod hic monemus, idem tenendum in quibusvis caſibus aliis ſimilibus. Atque hoc proderit ad detegendos receſſus in ani-

animis hominum (§. 72.): qui usus cum prorsus insignis sit, ac plurimum utilitatis afferat, satis superque commendat studium, quod in præsenti urgemus.

§. 197.

Ad rectitudinem actionis requiritur acumen. Ad actionem rectam requiritur notio actionis sufficienter determinata, judicium verum de actionis bonitate & malitia, volitio actionis bonæ & nolitio malæ, determinatio voluntatis per bonitatem, noluntatis per malitiam actionis, non vero facta per rationes, ob quas bonum verum repræsentatur tanquam bonum apparens, vel malum verum tanquam malum apparens, omnesque motus ad externam actionem requisiti, quos cum internis consentire debere constat, prompte eliciendi (§. 80. *part. 1. Phil. pract. univ.*); in rectitudine actionis multa insunt, quæ a se invicem discernenda, & quibus singulis plura discernibilia insunt. Quamobrem cum acuminis sit distinguere ea, quæ in re quadam discernenda (§. 332. *Psych. empir.*); ad rectitudinem actionis acumen requiritur. *De necessitate ad recte agendum.*

Recte agere arduum est atque difficile, ac ideo omnimoda actionum rectitudo motivum agendi iis est, qui gloria ducuntur (§. 388. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quæ enim difficilia sunt, his pulchra sunt: est vero etiam pulchritudo motivum volitionis (§. 336. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Et quoniam ad recte agendum sumus obligati (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*); sensus officii a rectitudine actionis non separandus, ut ideo verendum non sit, ne gloria labe quadam inficiat actionem, si in motivum influit. Ceterum ipsa rectitudo actionis difficilis efficitur propter acumen, quod ad recte agendum requiritur: neque enim quilibet gradus ad id sufficit, quod facile perspicitur, modo perpendantur singula, quæ in recti-

tudine actionis perpendenda ac ideo probe discernenda sunt. Qui ergo recte agere vult, in perficiendo acumine omne studium atque operam omnem collocare tenetur, quam potest.

§. 198.

De gradibus notionum abstractorum.

Notiones, quo sunt universaliores, eo magis abstractæ sunt. Notiones enim universales sunt notiones specierum atque generum (§. 54. *Log.*). Sed genera superiora sunt magis abstracta inferioribus & datur quædam scala generum, ideoque & abstractorum, in qua continuo ad magis superiora, ideoque & magis abstracta ascenditur (§. 334. *Psych. empir.*). Quamobrem quo universaliores sunt notiones, eo magis abstractæ sunt.

Genus supremum est ens, quod cum sit objectum Ontologiæ (§. 1. *Ontol.*); in Ontologia traduntur notiones maxime abstractæ, quarum insignem usum in Horis subcesivis A. 1729. Trim. Vern. num. IV. ostendimus. Utilissimum itaque est acumen ad hasce notiones extendi: quod quanquam intenderint Scholastici, in eo tamen fuerunt infelices, ut notiones distinctas abstractorum reperire non potuerint. Atque ita Philosophia prima, seu Ontologia destituta fuit usu, quem habere debebat, & tota tenebris fuit involuta. Quamvis itaque Scholastici satis acuti fuerint in distinguendo, non tamen acumen ipsorum suffecit iis discernendis, quæ rebus a se invicem distinctis insunt, utpote nonnisi confuse ab ipsis percepta. Reduximus confusas nonnullas ipsorum notiones ad distinctas in Ontologia speciminis loco, ut appareret, quomodo luce dispellendæ sint tenebræ. Quodsi studium Matheseos non neglexissent, & acumen suum ad discernenda universalia, quæ notionibus geometricis atque arithmeticis, seu figurarum & numerorum insunt, direxissent; nullus dubito, quin lucem ex Geometria in Ontologiam traduxissent.

§. 199.

§. 199.

Quõniam notiones, quo ſunt univerſaliores, eo magis abſtractæ ſunt (§. 198.), acumen autem admittit diverſos gradus pro diverſis gradibus abſtractorum (§. 335. *Pſych. empir.*); *cui curæ cordique eſt, ut acumen ſuum, quantum datur, perficiat; in id eniti debet, ut videat univerſalia præſertim in ſcala abſtractorum altiora in ſingularibus*; conſequenter cum acumen, quo perſpicimus univerſalia, præſertim in ſcala generum, ſeu abſtractorum altiora, in ſingularibus, ſit acumen pervidendi abſtracta in concretis (§. 336. *Pſych. empir.*), *ut acumen pervidendi abſtracta in concretis acquirat.* *De acumine pervidendi abſtracta in concretis.*

Acumen hoc mirifice prodeſt ad extendendam ſcientiam eorum, quam acquiſivimus, & ad multa facili, immo nullo fere negotio cognoſcenda, ad quæ alias vix ac ne vix quidem multo ſtudio atque opera pervenire daretur. Omnibus ſingularibus multa univerſalia inſunt & minus univerſalibus univerſaliora: ad ea igitur pervidenda ſi extendatur acumen, fieri non poteſt, quin in cognitione rerum multum progrediamur.

§. 200.

Quoniam acumen, quantum datur, perfecturus operam dare debet, ut acquirat acumen pervidendi abſtracta in concretis (§. 199.), notiones autem ontologicæ dirigunt attentionem ad univerſalia, quæ rebus inſunt, & alias attentioni noſtræ ſe ſubducerent, ſicque juvant acumen pervidendi abſtracta in concretis (§. 337. *Pſych. empir.*). *Qui acumen pervidendi abſtracta in concretis acquirere ac perficere vult, notiones ontologicas ſibi familiares reddere debet.* Et quoniam notiones quoque generales in diſciplinis dirigunt attentionem ad univerſalia, quæ certis quibusdam ſingula- *De modo acquirendi & perficiendi acumen pervidendi abſtracta in concretis.*

ellenbach, & ibi intentata vellet Actione, Ecclesiam, Fructus
ejusdem Ecclesiæ, & Decimas, quas ipse ab Ecclesia tenebat, ei
reddidit, & ab omni Actione, quam in eis habebat, se penitus
absolvit. Hoc autem factum est in præsentia Domini Papæ, &
aliorum Episcoporum quos ibi Dominus Papa ad hoc negotium
audiendum convocaverat.

Quando autem aliquis Ecclesiam, vel Decimas, vel
aliquid de Ecclesia in perpetuum vel ad tempus accipit, ut
ab Ecclesia in pensione, Ordinatione suæ annuali recipiat,
ut ipse, & Successores sui, Ecclesiæ Fructus, & Decimas
integre, & sine diminutione Ecclesiæ reddant, & ipsi
Ecclesiæ, & Successoribus suis, Ordinationem suam annuam
integre, & sine diminutione persolvant, & ipsi Ecclesiæ
Successoribusque suis, Ordinationem suam annuam integre,
& sine diminutione persolvant, & ipsi Ecclesiæ Successoribusque
suis, Ordinationem suam annuam integre, & sine diminutione
persolvant, & ipsi Ecclesiæ Successoribusque suis, Ordinationem
suam annuam integre, & sine diminutione persolvant, & ipsi
Ecclesiæ Successoribusque

veluti *Nicomachus*, explicata renaſcentibus literis in libellis arithmeticis. Quodſi acumine hoc modo acquiſito utaris & figuras geometricas atque numerorum ſpecies & genera tibi repræſentes tanquam entia, inde abſtrahuntur notiones ontologicæ fœcundæ, quæ acuminis uſum ad ulteriora promovent, ipſum acumen ad gradum altiorem evehunt. Fructus nimirum acuminis, quæ ſunt notiones univerſales diſtinctæ, in ipſum acumen redundant eidemque veluti quadam alluvionis ſpecie nova incrementa eademque non expectata adjiciunt. Nullus igitur committitur circulus, dum ad acquirendas notiones univerſales diſtinctas requirimus acumen & ad acumen perficiendum, ut ejus uſus ulterius extendatur, ipſumque ad ſublimiorem gradum evehatur, commendamus notiones univerſales earumque ad ſingularia & minus univerſalia applicationem. Exempla uſus notionum univerſalium, quatenus ſunt directrices, paſſim occurrunt in operibus noſtris philoſophicis. Dedimus e. gr. notionem generalem perfectionis (§. 503. *Ontol.*). Ea non modo lucem affundit acumini, ſed ipſos ejus actus determinat, ut videamus in perfectionem corporis inquiſituro corpus noſtrum ſpectandum eſſe tanquam vivum, tanquam ſentiens, tanquam ſe movens & tanquam humanum (§. 316. *part. 1. Jur. nat.*), & perfectionem corporis qua vivi conſiſtere in aptitudine ſe conſervandi & ſpeciem ſuam propagandi (§. 317. *part. 1. Jur. nat.*), qua ſentientis in aptitudine ideas rerum ſenſibilium materiales producendi (§. 323. *part. 1. Jur. nat.*), qua ſe moventis in aptitudine appetionibus & averſionibus animæ convenientes motus producendi & ſitus tam totius corporis, quam membrorum ejus externorum determinandi (§. 330. *part. 1. Jur. nat.*), qua humani denique in aptitudine conſervandi harmoniam inter animam & corpus (§. 335. *part. 1. Jur. nat.*). Et ut fœcunditatem horum notionum videamus, notiones ontologicæ aliæ acumen juvant. Poteram his addere notionem perfectionis vitæ moralis, de qua multa dicta ſunt in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis, & multa adhuc alia, niſi obſtaret prolixitas at-

atque ſufficeret acumen aliorum paucis hiſce, quæ modo diximus, excitaſſe. Illud adhuc notandum eſt, creſcente acumine, dum cum fœnore reddit quod expendimus in rerum cognitionem, multo plura jam videri in rebus, quas intime perſpexiſſe nobis videbamur. Sed talia experientiæ domeſticæ rectius reſervantur.

§. 201.

De ordine in acumine acquirendo & perficiendo obſervando.

Qui acumen perficere vult, initium facere debet reflectendo ſuper rebus viſibilibus, deinde progredi ad notiones univerſales & ſenſim ſenſimque ad univerſaliores. Acumen, virtus intellectualis (§. 182.), habitus eſt (§. 142.). Quoniam itaque in comparando habitu incipiendum eſt ab exercitiis facilioribus & deinceps progrediendum ad difficiliora (§. 92.), nemo autem in dubium vocare poteſt niſi inexpertus facilius reflecti ſuper viſibilibus, quam iis, quæ per ſe in ſenſum non cadunt, & ſuper minus univerſalibus ſeu minus abſtractis, quam ſuper univerſalioribus & magis abſtractis, reflexione vero acquiritur acumen (§. 184.); qui acumen perficere vult, initium facere debet reflectendo ſuper rebus viſibilibus, deinde progredi ad notiones univerſales & ſenſim ſenſimque ad univerſaliores.

Oſtendimus ſuperius (§. 91.), ſuper viſibilibus facilius reflecti, quam ſuper phantaſmatis. Quamobrem cum reflexione comparetur acumen (§. 184.), quæ ibidem annotata ſunt, hic repetenda. Acumen tamen a reflexione diſtinguendum. Nimirum datur natura in anima diſpoſitio quædam naturalis ad reflectendum, vi cujus actus ad reflectendum neceſſarii poſſibiles ſunt, ſed non ſine quadam difficultate eliciuntur. Et huc facit, ſi in tenerrima ætate, quando infantes nondum verba proferre didicerunt, ejusdem objecti diverſas partes oculis eorum obvertamus (*not.* §. 92.), & quamprimum verba pro fer-

ferre diſcunt, ſingulas partes ſuis nominibus appellare adſueſcant: quod magis utile eſt, quam videri poterat, præſertim ſi infantes natura fuerint dociles. Etenim cum placeat, quod diverſas in eodem objecto partes, ad quas diſtinguendas adducuntur, ſuis nominibus appellare poſſunt, id quod ſubridendo indicant, ſi fuerint dociles; exercitia ad acumen acquirendum neceſſaria ipſis efficiuntur jucunda. Atque ideo pueri facilius adſueſcunt aliis. Diſpoſitio illa naturalis exercitiis ad habitum evehitur (§. 430. *Pſych. empir.*), & ita contrahitur facilitas obſervandi diſcernibilia & eliciendi actus ad reflexionem neceſſarios, quibus actu diſcernuntur (§. 428. *Pſych. empir.*). Et in hac facilitate proprie acumen conſiſtit. Diſtinguenda vero etiam eſt facultas abſtrahendi ab acumine: quæ enim acumine diſtinguuntur, tanquam eidem inexiſtentia, qualia ſunt accidentia, ea actu mentis a re percepta ſejunguntur & tanquam ſine ea exiſtentia, ſeu non inexiſtentia ſpectantur. Atque hi ſunt actus facultatis abſtrahendi. Actus autem mentis a re percepta ſejunguntur, dum in ea ſola dirigitur attentio, & tanquam non inexiſtentia eadem ſpectare adſueſcimus, dum idem accidens in diverſis objectis obſervamus, ad quem actum imaginatio & memoria concurrit, quemadmodum haud difficulter perſpicitur. Confirmantur modo dicta a poſteriori, quod nomina accidentium ſint ſubſtantiva, cujus non alia ratio eſt, quam quod accidentia inſtar ſubſtantiarum, ideoque tanquam non inexiſtentia ſeu rei alteri non inhærentia conſiderentur. Reſtringitur abſtractio ad accidentia, quia partes, quæ acumine diſtinguuntur in compoſito, non actu mentis a ſe invicem ſeparantur, ſed actu ſeparata ſunt, aut ſaltem ſeparabilia. Exinde autem patet, cur extenſio acuminis ad abſtracta difficilior ſit, quam ſi in ſenſu aut vi imaginationis perceptis ſubſiſtat. Quo plures enim actus ſimplices ad compoſitum concurrunt, vel ad determinationem ejus requiruntur; eo etiam is difficilior.

§. 202.

De neceſſitate acuminis ad caſus diſtinguendos & emergentes diſcernendos.

Acumine opus eſt ad diſtinguendos caſus & ad emergentes diſcernendos. Qui enim caſus diſtinguere vult, in omnes circumſtantias inquirere debet, ſub quibus actio data committi poteſt, eosdemque omni poſſibili modo inter ſe combinare (§. 181. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum caſus diſtinguantur per variationem circumſtantiarum & in uno quolibet caſu diſcernendæ ſint circumſtantiæ omnes, acumine vero diſtinguantur, quæ in uno diverſa ſunt (§. 332. *Pſych. empir.*); ad caſus diſtinguendos acumen requiritur. *Quod erat unum.*

Et quoniam caſus in moralibus dicitur concurſus omnium circumſtantiarum ad actionem quandam, quæ vel actu committitur, vel omittitur (§. 180. *part. 2. Phil. pract. univ.*); ſi quis caſus emergit, omnes circumſtantiæ præſentes a ſe invicem probe ſunt diſcernendæ. Unde patet, ut ante, ad caſus emergentes diſcernendos, ut nimirum intelligatur, quales ſint, acumine opus eſſe. *Quod erat alterum.*

Quanta ſit neceſſitas in moralibus atque negotiis humanis diſtinguendi caſus, ſatis exploratum eſt. Quamobrem cum ad caſus diſtinguendos & emergentes diſcernendos opus habeamus acumine; non modo hinc intelligitur, quod in Ethica agendum ſit de acumine, verum etiam quod a neceſſitate ejusdem ad caſus diſtinguendos & emergentes diſcernendos ejus perficiendi petatur motivum. Supra oſtendimus (§. 196.), acumen requiri ad praxin moralem. Quoniam caſus diſtingui & emergentes diſcerni in praxi morali apprime neceſſarium eſt (§. 92. 201. *part. 2. Phil. pract. univ.*); ex præſenti quoque propoſitione eluceſcit acuminis ad praxin moralem neceſſitas. Quantum noceat defectus acuminis in diſtinguendis

ca-

casibus, inprimis in negotiis publicis, indies experimur, & exemplis illustribus doceri poterat, nisi ea essent odiosa.

§. 203.

De necessitate ad expectationem casuum similium.

Quoniam expectatio casuum similium theoriæ vicem subit in agendo (§. 503. *Psych. empir.* & §. 467. *Psych. rat.*), casus vero similis est, qui per easdem circumstantias determinatur, per quas determinatur alter, dissimilis vero, qui per diversas, aut saltem non prorsus easdem (§. 209. *part. 2. Phil. pract. univ.*); expectatio casuum similium requirit, ut casus, in quo alterum vel teipsum imitari volueris, ab altero, in quo quid factum, distinguatur, atque rationi æquipolleat (§. 507. *Psych. empir.*), consequenter defectum theoriæ suppleat. Quamobrem cum ad casus emergentes discernendos requiratur acumen (§. 202.); ad expectationem casuum similium apprime necessarium est acumen.

Expectatio casuum similium est quædam imitatio (§. 212. *part. 2. Phil. pract. univ.*) & accuratam casuum determinationem requirit (§. 213. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Audax imitatio est, quæ fit in casu non accurate determinato. Ne igitur eventus casui committatur, acumine opus est, ut casus datus accurate determinetur.

§. 204.

De necessitate ad detegendum fontem erroris.

Acumine opus est ad detegendum fontem erroris. Error enim committitur, si quæ diversa sunt pro iisdem habentur (§. 631. *Log.*), vel in usu intellectus, quem dirigunt regulæ logicæ, ut verum a falso discernatur (§. 1. 545. *Log.*), ab iisdem aberratur (§. 633. *& seqq. Log.*), consequenter etiam si in ministerio facultatum inferiorum, vel intermediarum latet quidam defectus (§. 14.). Quoniam itaque acu-

mine diſtinguuntur ea, quæ diverſa ſunt, & actus quoque intellectus & ad miniſterium ejus ſpectantes diſcernuntur (§. 332. *Pſych. empir.*); ad detegendos errorum fontes acumine opus eſt.

Fontem erroris detegere utiliſſimum eſt: inde enim diſcitur, quomodo ſit cavendum, ne in errores incidamus, ex alieno caſu diſcentes, quid ſit vitandum, in imputando errore judicium minime præcipitatur, ne ſimus in alios iniqui, ſed ut errorem potius, qui excuſationem meretur, quemadmodum fieri debet, excuſemus, nec inde de altero inferamus, quæ ex errore commiſſo inferri minime poterant. Evitantur quoque controverſiæ inutiles, multo minus erroribus accenſentur, qui non ſunt. Plurimum itaque intereſt, ut acumen perficiatur, quantum requiritur ad errorum fontes detegendos. Quamvis vero utilitas in dubium revocari nequeat, hoc tamen non obſtante vix ac ne vix quidem videas unum, qui dum errores aliorum refutare ſtudet, de fonte eorum detegendo ſit ſollicitus. Multo minus autem fontes errorum detecturi inquirunt in non uſum aut abuſum facultatum animæ, a quo error proficiſcitur: id quod tamen fieri debet, ſi fontem erroris inſpicere velis & inde eum expectare fructum, quem modo commemoravimus. Non alia vero neglectus ratio eſt, quam quod acumen vel prorſus deficiat, vel idem in ſe deſiderari patiatur, qui fontem erroris detegere vult. Ne igitur idem in nobis deſiderari patiamur, acuminis neceſſitas ad fontem erroris detegendum hic utique demonſtranda erat. Inprimis etiam ut hoc fieret, urgebat utilitas, quam detectio fontis erroris habet in ipſa praxi morali, prout eluceſcet, quando eam diſtincte ſumus explicaturi.

§. 205.

De acumine ſubtili.

Acumen ſubtile dicitur, quo ea diſtinguuntur, quæ ob differentiam non ſatis manifeſtam minime diſtingui poſſe pu-

putabantur. Quoniam itaque non adeo facile eſt ſubtiliter a ſe invicem diſtinguere ea, quorum differentia non ſatis manifeſta eſt, ut in eadem attentio noſtra dirigatur; *ſubtilitas acuminis maximus quidam gradus eſt*, conſequenter *non ſine multa ac ſingulari exercitatione comparandus.*

Raritas ſubtilitatis acuminis inde elucet, quod vocabula multa habeantur pro ſynonymis ac ideo promiſcue uſurpentur, etſi ſignificatus non prorſus idem ſit, cum uni quid adhæreat, quod in altero deeſt. Significatus iſtos qui acute diſtinguit, ſubtilitatem acuminis probat. E. gr. alienatio & datio translationem dominii ſignificant, ſed non eodem prorſus reſpectu. Quando enim dicitur alienatio, reſpicitur mutatio dominii, quæ in translatione ejus contingit: aſt quando datio dicitur, translatio ſpectatur ſine reſpectu ad mutationem dominii, ad quam tum animus non attenditur. Duo diverſi hi ſignificatus ſubtiliter diſtingui dicuntur, ſi hoc modo explicantur, cum, qui promiſcue alienationem & dationem uſurpant, aut ſaltem pro ſynonymis habent, ad iſtam differentiam non attendant animum, quod ea non ſtatim veluti in oculos incurrat. Exemplum hoc vulgare illuſtrationis ſaltem cauſa in medium affertur. Abſit itaque ut propter exemplum abjecte ſentias de ſubtilitate acuminis. Exemplum aliud occurrit (*not.* §. 200.), ubi differentia inter acumen, abſtractionem & reflexionem explicatur. Immo in anterioribus paſſim reperies ſubtilitatis hujus ſpecimina. Et recentiores Aſtronomi illuſtria prorſus ſpecimina dederunt, quæ tamen non intelliguntur niſi ab eo, cui progreſſus Aſtronomiæ ſatis eſt perſpectus & qui ad interiora hujus ſcientiæ penetravit. Habes quoque iſtiusmodi ſpecimina in Geometria ſublimiori, quæ ope calculi differentialis & integralis ad tam excelſum faſtigium hodie evecta. Sed nemo non videt, talia non eſſe ad captum eorum, qui non ipſimet diu multumque in ea verſati ſunt. Sufficere nobis poſſunt ea, quæ paſſim in philoſophia occurrunt, & in ipſa Ethica occurrent,

rent, modo attenta mente considerentur, ut pateat, quænam acumini accepta ferenda sint. Tum vero constabit subtilitatem acuminis comparari ipso usu, quatenus in cognitione rerum acumine, quo jam polles, uteris, & quæ cognovisti idem ad ulteriorem gradum promovent. Quamvis vero speciminibus istis, quæ jam prostant, insint universalia, quæ acumine pervidendi abstracta in concretis inde abstrahi possunt, & ad regulas generales acquirendi subtilitatem acuminis ducunt, ut exercitationem illam singularem, quam in propositione præsente diximus, magis potestati nostræ subjiciamus; eo usque tamen progredi in præsenti nolumus, nulli dubitantes fore, ut, si quis ea observet, quæ de virtutibus intellectualibus ac in specie de acumine in præsenti volumine docentur, atque in operibus nostris philosophicis industriam suam sedulo exerceat, eam acuminis subtilitatem pro modo facultatum suarum acquirat, qua in praxi morali & negotiis vitæ humanæ tam publicis, quam privatis, in eo, quod sequitur, vitæ genere indiget.

§. 206.

De modo acquirendi subtilitatem acuminis.

Quoniam subtilitate acuminis distinguuntur ea, quæ ob differentiam non satis manifestam minus distingui posse videbantur (§. 205.), hæc vero utique in numero maxime abstractorum sunt (§. 282. 334. *Psych. empir.*), ac ideo subtilitas acuminis supponit acumen pervidendi abstracta in concretis (§. 336. *Psych. empir.*); *Qui subtilitatem acuminis acquirere vult, operam dare debet, ut acquirat acumen pervidendi abstracta in concretis: quod quo magis perficitur, eo plus quoque conferet ad subtilitatem acuminis.*

Subtilitatem acuminis acquirere in omni scientiarum & artium genere non est cujusvis hominis, immo nec in omni negotiorum humanorum genere. Subtilitas enim acuminis sup-

ſupponit rerum cognitionem, cui omni vacare nemini hominum licet, etiamſi non obſtarent alia, quo minus omnes ad omnem ſint apti, vel etiam omnis placeat omnibus. Si uſum acuminis ſpectes, pro diverſitate ſcientiarum atque artium ſubtilitas acuminis variat in diverſis ſubjectis, quatenus a ſubſtrata materia differentiam ſpecificam habet, ut novam quandam formam induat, utut ea, quæ generali notioni inſunt, ubivis adſint. Ita e. gr. eſt quædam ſubtilitas acuminis, quæ oratoribus convenit; alia quædam, quæ pictoribus propria. Nos hic de ſubtilitate acuminis agimus in genere, quatenus ſpectatur id tanquam virtus intellectualis formalis (§. 142.), conſequenter præciſis rebus, circa quarum cognitionem verſatur intellectus (§. 143.). Quamvis vero acumen pervidendi abſtracta in concretis proficiat ad ſubtilitatem acuminis; uſus ejus tamen latius extenditur, nec iſtud in omni caſu ad ſubtilitatem acuminis requiritur, ſed potiſſimum in ſcientiis. Talia vero unusquisque per ſe obſervabit, qui acumine utitur, prouti uſus ejusdem ipſi neceſſarius.

§. 207.

De nimia ſubtilitate acuminis ratione deſtituuntur querelæ, quamdiu quæ diſtinguuntur, revera diverſa ſunt. Etenim quæ diverſa ſunt, cum nonniſi per errorem habeantur pro iisdem (§. 624. *Log.*), a ſe invicem quoque diſtinguenda ſunt. Quamobrem cum acuminis ſit diſtinguere ea, quæ diverſa ſunt (§. 332. *Pſych. empir.*); acumen ſuum non extendit ultra ſuos limites, qui adhuc diſtinguit, quæ non amplius diſtingui poſſe putabantur, conſequenter ſubtiliter (§. 205.). Quamdiu itaque quæ diſtinguuntur revera differunt; ratio nulla eſt, cur acuminis nimia ſubtilitas accuſetur (§. 56. *Ontol.*), ideoque querelæ de nimia ſubtilitate acuminis ratione deſtituuntur. *Quando non recte moveantur querelæ de nimia ſubtilitate acuminis.*

In

in Phetlapur, wurde Akbarabad, von diesem Tage an aber Agra genannt. Es ist eine große, volkreiche Stadt, mit einer Citadelle, einem Palaste, einer Moschee, einem Grabmale, einem Arsenale, einer Münze, einer Sternwarte, einer Bibliothek, einem Hospitale, einer Universität, einer Akademie der Künste und Wissenschaften

de manat, monſtremus, & quonam remedio opus ſit, ut imperfectioni iſti medeamur, quantum nobis datur, ne quid imputandum veniat negligentiæ.

§. 208.

De acuminis incremento in certo cognoſcibilium genere.

Quo ulterius in aliquo cognitionis genere progredimur, eo ſubtilius efficitur acumen in eo genere. Quo enim ulterius certarum rerum cognitione progredimur, eo magis patet, quænam adhuc in iis cognoſcenda ſuperſint: id quod unusquisque in ſeipſo experietur, qui ad talia animum attendere velit, atque exemplo aliorum doceri poteſt. Quamobrem ſi in ea, quæ magis latent, ulterius inquirimus, talia diſtinguimus, quæ rebus ineſſe non putabantur. Atque ideo in iſtarum rerum cognitione continuo ſubtilius efficitur acumen (§. 205.).

Luculentiſſima exempla nobis præbent Aſtronomia & Architectura militaris, ſi ad progreſſum utriusque ſcientiæ, qui ſatis patet, animum attendere velimus, modo in utroque ita fuerimus verſati, ut, quæ ab Autoribus traduntur, ſufficienter intelligantur: alias enim ſcientiæ progreſſus non intime perſpicitur, quemadmodum hic ſupponitur. Quamobrem jam alias monuimus (*not.* §. 784. 785. *Log.*), hiſtoriam diſciplinæ, vel artis alicujus conditurum earundem optime gnarum eſſe debere, ac hiſtoriola quadam geometrica fidem oculatam dedimus. Hinc vero ſimul addiſcimus, quomodo acumine aliorum juvemur, quod cum maximo uſui ſit in praxi morali, in ſequente corollario inculcandum eſſe duximus.

§. 209.

Quomodo aliorum acu-

Cum acumen ſubtilius efficiatur in aliquo genere cognitionis, quo ulterius in eodem progredimur (§. 208.),

mine juvemur, ut acquiramus majus.

ulterius autem progredi poſſimus, ſi quæ ab aliis cognita fuerunt addiſcamus; *minore aliorum acumine juvamur ad acquirendum majus, quod ſine iſto acquirere nobis datum non fuiſſet.*

Influunt actus, quibus alii acumen minus ſibi compararunt, in determinationem actuum, quibus a nobis acquiritur acumen, quod illorum acumine multum præſtat. Quemadmodum in hoc univerſo in determinationem actus præſentis influunt omnia præterita; ita hic ſimile quiddam obtinet. Quemadmodum in hoc univerſo datur nexus rerum, quo præſentes efficiuntur dependentes a præteritis quoad actualitatem ſuam, ita ut præſentes non exiſterent, niſi præextitiſſent præteritæ; ita natura latente quodam vinculo copulavit animas humanas, ut inde oriatur earundem nexus, quo actiones unius efficiuntur dependentes ab actionibus alterius quoad actualitatem ſuam; ita ut illæ non exiſterent, niſi hæ præextitiſſent. Atque hoc pacto uniuntur actus animæ uniuscum actibus aliarum, ita ut per abſtractionem concipiendum ſit aliquod ſubjectum, in quo ea, quæ præextiterunt in animabus aliis, una ineſſe intelliguntur cum actu præſente, qui per illa determinatur, atque iis, quæ ex præteritis in determinationem ejusdem in hac anima influunt, ſiquidem rationem, quantum datur, ſufficientem actus præſentis reddere voluerit (§. 56. *Ontol.*). Hæc utique attendenda veniunt in ſcrutandis receſſibus in animis hominum (§. 72.), atque inde clariſſime eluceſcit, quantum quis ſibi debeat, quantum aliis, & quam difficile ſit de eo judicium. Perviderunt nonnihil horum, qui non inelegantter dixerunt, nanum humeris gigantis inſiſtentem longius proſpicere ipſo gigante. Poteram ulterius urgere nexum animarum humanarum cum hoc univerſo, quo actiones hominum efficiuntur dependentes ab iis, quæ in mundo contingunt, quoad actualitatem ſuam, non minus ſpectandum in actionibus aliorum, quæ in determinationem noſtræ influunt, quam in ipſa hac noſtra: ſed gradum ſiſtere lubet.

Obi-

Obiter tamen quasi observo ex iis, quæ hic dicuntur, intelligi, in quos labyrinthos nos deducat recessuum in animis hominum scrutatio. Etsi autem hos labyrinthos ingredi prohibeamur; hoc tamen non obstante ignorandum non est, quod dentur, siquidem de recessibus in animis hominum judicium exasciatum ferendum.

§. 210.

Qui ignorant, acumen perfici posse, aut quomodo perficiatur, vel addiscendo disciplinas idem perfici satis existimant; idem mentis perficere negligunt. Etenim qui ignorat, acumen perfici posse, de eo perficiendo non cogitat. Quamobrem etiam omittit ea, quæ ejus acquirendi causa fieri debebant. Quoniam itaque in hac omissione negligentia consistit (§. 750. *part. 1. Phil. pract. univ.*); qui ignorat, acumen perfici posse, idem perficere negligit. *Quod erat primum.*

De impediendi acuminis, ignorantia & errore de modo perficiendi.

Enimvero si quis vel maxime norit, non impossibile esse, ut acumen perficiatur, ignorat tamen modum, quo perficitur; is non novit, quænam acuminis perficiendi causa a se fieri debeant. Quamobrem cum ea facere nequeat, facere utique omittit, quæ acuminis perficiendi causa fieri debebant, consequenter ut ante patet, quod acumen perficere negligat (§. 750. *part. 1. Phil. pract. univ.*). *Quod erat secundum.*

Quodsi denique existimet, se addiscendo disciplinas idem satis perficere, de peculiaribus exercitiis acuminis perficiendi causa instituendis minime cogitat, sed ea potius pro superfluis habet. Quamobrem cum inanem operam sumere nolit, ea omittit, quæ ad exercitia peculiaria, quibus acumen perficitur, requiruntur. In corundem omissio-

ne cum negligentia conſiſtat (§. 750. *part. 1. Phil. pract. univ.*); qui exiſtimat addiſcendo diſciplinas idem ſatis perfici, id ipſum perficere negligit. *Quod erat tertium.*

Sunt longe plurimi, qui de acumine perficiendo non cogitant, quia idem perfici poſſe ignorant, acumen viſus & acumen intellectus in eundem cenſum referentes. Quemadmodum acumen viſus homini naturale eſt; ita quoque acumen intellectus natura homini tributum arbitrantur, diſpoſitionem naturalem cum habitu confundentes. Conſtat acumen viſus ultra limites naturales extendi poſſe arte, quatenus oculus teleſcopio armatus diſcernit remota, & armatus microſcopio minuta, quæ nudo oculo diſcerni minime poterant: ſed hæc viſus ultra limites naturales extenſio comparari nequit cum acumine intellectus exercitiis comparato. Si quam analogiam inter viſum armatum & acumen intellectus comminiſci velis, dicendum potius erit acumen intellectus notionibus directricibus adjutum aſſimilari viſui armato. Ac ideo alias notiones directrices per metaphoram diximus perſpicilla & quidem ontologica, ſi quidem illæ ex Ontologia fuerint deſumtæ, & pſychologica, ſi ex Pſychologia petitæ. Quoniam de acquirendo acumine pauciſſimi cogitant, qui vero ſcientiæ operam aſſiduam dant, ſe ipſo uſu acumen acquiſiviſſe experiuntur, quo antea deſtituebantur; ideo quidem non negant, acumen acquiri poſſe, neque hoc ignorant, in eam tamen ſententiam adducuntur, quaſi ſolo uſu in addiſcendis diſciplinis acquiratur, neque ideo opus ſit, ut ejus comparandi cauſa peculiaribus exercitiis vacemus. Errant eundem errorem, quem committunt, qui ſibi perſuadent rectum intellectus uſum acquiri poſſe, etiamſi peculiarem operam ſtudio perficiendi intellectum non dent, addiſcendo nimirum diſciplinas. Errorem hunc ſupra notavimus (*not.* §. 111. 112.), utpote qui diſſimulari non poterat, nec debebat, cum ſit valde noxius. Aſt non minus nocet error præſens de acumine, qui-

tenus non ſolum impedit, quo minus acumen magis poteſtati noſtræ ſubjiciatur, verum etiam in cauſa eſt, ut eodem abutamur, ubi nobis minime conceſſus eſt ejus uſus. Abuſus vero iſte in errores ſeducit, qui tanto difficilius agnoſcuntur, quo quis magis acumine ſuo confidit.

§. 211.

De tollenda ignorantia.

Quia ignorantia, quod & quomodo acumen perfici poſſit, neglectum perficiendi parit (§. 210.), ejus tamen maxima eſt utilitas, immo neceſſitas tam in omni rerum ſcientia acquirenda & promovenda (§. 192. *& ſeqq.* 199. *& ſeqq.*), quam in omni praxi morali (§. 196. 197.) & negotiis humanis (§. 202. 203.); ideo *neceſſe eſt, ne quis propter ignorantiam acumen acquirere ac perficere negligat, ut tum demonſtratione convincatur, acumen perfici poſſe* (§. 183. *& ſeqq.*), *tum doceatur, quomodo acquiri & perfici debeat* (§. 184. 187. 188. 199. *& ſeqq.*), & quia experientia propria in veritate eorum, quæ in philoſophia practica docentur, confirmamur (§. 272. *part. 2. Phil. pract. univ.*), *exercitiis neceſſariis incumbere oſtenſa utilitate & neceſſitate acuminis permoveatur.*

Cum neglectus ſtudii acquirendi ac perficiendi acumen utplurimum ab ignorantia veniat; ideo quam maxime neceſſarium eſt, ut in Ethica de eodem agatur, unde haurienda eſt virtutum non minus intellectualium, quam moralium ſcientia, & quæ mentis tenebras dispellere debet. Officio igitur noſtro nos ſatisfeciſſe confidimus, dum in anterioribus demonſtravimus ea omnia, quæ ad ignorantiam iſtam tollendam quomodocunque facere poſſunt, ut nemo niſi culpa ſua ignoret acumen exercitiis comparari ac perfici poſſe & quænam ſint exercitia iſta, quibus eo fine vacandum.

§. 212.

De eradicando præjudicio, quasi solo usu in addiscendis disciplinis acumen acquiratur.

Similiter quia neglectum acuminis acquirendi & perficiendi parit *opinio, quasi addiscendo disciplinas acumen acquiratur & perficiatur*, ita ut nulla peculiari exercitatione ea de causa opus sit, *ut* ea *deleatur, probe considerandum est, eum, qui in aliquo cognitionis genere acumen ipso usu comparavit, distincta ejus notione destitui*, ut scilicet ignoret, quinam actus facultatum animæ ad ejus usum concurrant, *ideoque usum ejus non habere in potestate sua, sed eundem a casu expectare, ac præterea*, quia confundit acumen particulare, quatenus scilicet id ad certum cognitionis genus restrictum, cum universali, quod indifferens ad rei cujuscunque cognitionem spectatur, quemadmodum hic potissimum consideratur (§. 182. 142.), *nimia in acumen suum confidentia se parem credere iis, quibus minime par est, sibique soli tribuere, quod aliis acceptum ferre debebat* (§. 209.).

Plurimum omnino interest, utrum distinctam acuminis notionem habeas, an saltem confusam, ac per consequens utrum usum ejus in potestate tua habeas, an is saltem casui pro occasione oblata sit relictus. Qui enim acuminis usum in potestate sua habet, is non modo eodem uti potest, quando voluerit, & quomodo utendum sit, novit, verum etiam nunquam sibi imponit, ut acumen suum ad ea porrigi sibi persuadeat, ad quæ pertingere nequit. Novit nimirum non solum, quinam actus facultatum animæ ad acuminis usum requirantur, sed & quibus perspicillis is indigeat (*not.* §. 210.), ac per consequens num ea, quæ in promptu habet, in casu præsenti prosint, ne cum acumine suo superbiat sibique placeat ac de eo gratulatur, cum maxime acumen desiderari patitur, & non minus se prostituit intelligentibus, quam scientiam, quam profitetur, imperitis, qui ejus dignitatem prospicere

nequeunt. Immo cum nexus quidam ſit inter diſciplinas, ut una haud raro alterius ope indigeat, contingere quoque ſolet, ut in aſſumendis iis, quæ aliunde petere debebat, defectu acuminis, de quo tantopere gloriatur, a vero quam longiſſime aberret, & magno deinde conatu nihil agat, quod uſui eſſe poſſit, ac veritati, quæ quippe ab aſſumtis pendet, conſentaneum ſit, ſicque ingenii quodam luſu otium ſaltem falli videatur. Non deſunt exempla præſtantiſſimorum Analyſtarum, quibus hactenus dicta confirmantur. Excellunt acumine in integrandis formulis: aſt cum propterea ſibi lynceï videantur in omnibus, quæ cogniti ai humanæ patent, ubi ſibi judicium ſumunt de rebus metaphyſicis, vel phyſicis, turpiter ſe dant ac omni acumine ſe deſtitutos probant, & ubi de rebus ad Matheſin practicam ſpectantibus judicium ferre debent atque ad ferendum parati ſunt, ignorantiam ſuam, quam verbis profiteri nolunt, ipſo facto prodere coguntur & miſere palliare ſtudent, niſi attoniti hærentes, magis muti quam piſces ſunt. Non jam dico, quod formulæ, ex quibus acumen ipſis non denegandum elucet, ob defectum acuminis in iis, quæ in gratiam calculi aſſumuntur, ſi applicentur in praxi, vel experimentis rite factis ad examen revocentur, a vero nimis aberrent, ac minus valeant quam praxes empiricæ uſu receptæ. Plus hoc modo nocetur cum ſcientiis, tum eruditis omnibus, quam acumine ſuo pervidere poſſunt, qui eodem abutuntur genuinis perſpicillis deſtituti.

§. 213.

Qui intellectum nimis acutum ad errores noxios hominem ſeducere exiſtimant: acumini ejus perficiendo operam nullam impendunt.

Qui intellectum nimis acutum ad errores noxios hominem ſeducere exiſtimant, ii acumen ſubtile intellectus ſibi repræſentant tanquam rem peſſimam, conſequenter idem maxime averſantur (§. 894. *Pſych. empir.*). Quamobrem fieri quo-

De præjudicio eorum, qui intellectum nimis acutum noxium exiſtimant.

mant.

quoque nequit, ut acumini intellectus operam nullam impendat.

Facile videmus, qui ita ſentiunt, eos acuminis intellectus notionem vel prorſus nullam, vel ſaltem confuſam habere. Atque ideo facile prævidere licet, quod rationem nullam, quæ veritatis quandam ſpeciem habeat, reddere poſſint. Mihi ſane aliam audire non contigit, quam quæ ab acumine acus nimis ſubtili petita, quod duriori corpori admotum incurvatur: unde ſuperbo ſupercilio intulerunt, intellectum nimis acutum a veri tramite deflectere, dum in interiora rerum penetrare vult. Qui acumine præditi ſunt, facile vident quam abſurde ab acumine acus petatur argumentum ad acumen intellectus, cum ipſi in genere conſtet, quantum nocuerit ſcientiæ, quod actiones animæ ad ſimilitudinem rerum materialium fuerint explicatæ. Plerique provocant ad exempla, inter quæ communiſſimum eſt *Spinoſæ*, quem ob nimium intellectus acumen in errores perniciosiſſimos incidiſſe arbitrantur, veluti quod Deum & naturam confuderit, fatalem omnium rerum neceſſitatem introduxerit, religionem omnem ſubvertere voluerit. Sunt alii, qui nimio intellectui abſurdas, quas exiſtimant, Philoſophorum opiniones tribuunt, & huc applicant illud *Terentii*: Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Facile intelligitur, parum acutum eſſe illorum intellectum, qui nimium, quod vocant, acumen cane & angue pejus fugiunt. Vocant nimirum acumen nimium, quo ſe deſtitutos ſentiunt; & judicium ſuum, quod nullo prorſus fundamento nititur, ſatis ſe tueri poſſe arbitrantur, quando ſuccurrit, quod vulgo dicitur, omne nimium in vitium verti. Supponimus in propoſitione præſente, & in iis, quæ jam diximus, ſuppoſuimus, ex animi ſui ſententia loqui eos, qui nimium intellectus acumen tanquam noxium traducunt. Contingit vero etiam, ut qui ſe acumine majore deſtitutos ſentiunt, de nocumento acuminis nimii verba multa faciant, non alio fine, quam ut videantur, qui non ſunt, & alios deterreant,

reant, ne ad majus acumen, quam quo ipſimet pollent, adſpirent. Aſt cum videri velint ex animi ſententia loqui, in præſenti non opus eſt, ut ab his diſtinguantur. Facile autem inde agnoſcuntur, quod ipſimet acumine intellectus ſupra alios excellere videri volunt, immo haud raro Thraſonis inſtar de eodem gloriantur, ac ideo nimium acumen damnant, ut acutiores videantur iis, qui quam periculoſum ſit nimium minime agnoſcunt, quaſi ipſis datum ſit rectos acuminis limites definire: id quod ſine ſummo acumine fieri non poſſe facile intelligitur. Magis vero e re eſt, ut ab iis, qui revera acumine intellectus vincunt alios, diſtinguantur illi, qui paradoxas atque abſurdas ſententias ideo defendunt, ut acutiores ceteris videantur, qui ab iis ſunt alieni. Quodſi enim ad eorundem exemplum provocetur, ut abſurda ſententia de nocumento nimii acuminis incruſtetur, iis detrahenda eſt ſpecies, oſtendendo ſcilicet defenſionem opinionum maxime abſurdarum a prava voluntate ortum trahere.

§. 214.

De impoſſibilitate intellectum nimium acuendi.

Intellectum nimium acui impoſſibile eſt. Etenim intellectus acuitur, dum acquirere ſtudemus habitum diſtinguendi ea, quæ rei cuidam inſunt, ita ut qui plura diſtinguere poſſit, is acutior exiſtimetur altero (§. 332. *Pſych. empir.*). Quoniam itaque acumine intellectus non diſcernuntur, niſi quæ diverſa in rebus inſunt, ſatis autem ſuperque dudum conſtat, quousque in analyſi notionum progrediamur, nos tamen ſemper gradum ſiſtere teneri in confuſe perceptis, ita ut intellectus purus nunquam ſit (§. 315. *Pſych. empir.*), conſequenter multa, immo longe plurima diſcernibilia in ſe eſſe, quæ acumine noſtro, quantumcunque fuerit, diſcerni nequeunt; ut intellectus nimium acuatur, prorſus impoſſibile eſt.

Quodſi de intellectus acumine nemo ſibi judicium ſumeret, qui notionem ejus diſtinctam minime habet, nec de rebus ex ipſorum notionibus ſtatuere didicit, nullæ unquam de nimio intellectus acumine auditæ fuiſſent querelæ. Eædem vero querelæ non easdem prorſus cauſas ſemper habent, ſed variant eædem pro diverſitate conquerentium. In eo tamen conveniunt omnes, quod nimium acumen habeatur illud, quod ſuo vel plerumque communi majus experiuntur, quatenus ab alio traduntur, quæ capere vel nequeunt, vel nonniſi difficulter poſſunt, & quod pro opinionibus abſurdis vel periculoſis habeant, quæ ſuis vel communiter receptis adverſantur. Quamvis autem in caſibus particularibus ad hæc & alia ejusdem generis animus attendendus ſit, ut opinio de nimio intellectus acumine eradicetur; hic tamen nobis ſufficit in genere oſtendiſſe, quod intellectus nimium acui haud quaquam poſſit. Qui notione diſtincta acuminis intellectus deſtituuntur, aut nullam prorſus habent, notionem, quam habent, rerum artificialium acutarum ex ferro factarum vel chalybe ad intellectum trahunt, & defectu acuminis intellectus huic tribuunt, quod de illarum acumine obſervarunt, aut fando acceperunt, ſine mente ſonos utique edentes, ſi verba ipſorum ad acumen intellectus referantur. Ideo nec mirari debemus, quod rationem reddituri, cur intellectus acutus a veri tramite deflectat, ad ſubtilitatem acuminis acus provocent (*nat* §. 213.).

§. 215.

An detur intellectus nimium acutus.

Quoniam impoſſibile eſt, intellectum nimis acui (§. 214.); impoſſibile autem nihilum eſt (§. 101. *Ontol.*); *intellectui nimis acuto nulla reſpondet notio* (§. 57. *Ontol.*), cumque impoſſibile exiſtere nequeat (§. 132. *Ontol.*), *intellectus nimis acutus non eſt* (§. 137. *Ontol.*).

Cur ſibi videantur notionem intellectus nimis acuti habere, qui

qui nullam habere poſſunt, patet ex iis, quæ ad propoſitionem præcedentem annotavimus (*not.* §. 214.). Transferunt nimirum notionem rei alienæ ad intellectum, tanquam communem, cum tamen eadem intellectui repugnet. Neque id inſolitum eſt, cum vix quicquam ſit frequentius, quam ut homines de iis, quorum notionem nullam habent, diſſerant ex notionibus alienis, præſertim ubi vocabula iisdem imponunt, veluti in caſu præſenti, in quo non minus intellectus acutus dicitur, quam acus acuta. Conſtat enim perpaucos eſſe, qui animum advertunt ad theoriam vocabulorum, & perpendunt, unde vocabuli ſignificatus ipſis innotuerit. Et hi ſunt, qui vocabula a rebus diſtinguere non didicerunt: neque enim ad hoc ſufficit, ut ſaltem noris, aliud eſſe vocabulum, aliud vero rem ipſam, quæ eodem indigitatur.

§. 216.

An intellectus acutus noxius eſſe poſſit.

Quo magis acutus fuerit intellectus, eo eſt utilior; nunquam autem per ſe nec nimis acutus noxius eſſe poteſt. Etenim quo magis acutus fuerit intellectus, eo plura in rebus cognoſcibilibus diſtinguere poteſt (§. 332. *Pſych. empir.*), cumque acumen faciat ad cognitionem univerſalem acquirendam (§. 193.), ad veritates univerſales ad ſingulares applicandas (§. 195.), immo ad omnem praxin moralem (§. 196.), & ad expectationem caſuum ſimilium (§. 203.), magnum actionum dirigendarum in negotiis humanis principium (§. 503. *Pſych. empir.*), quo quis fuerit acutior, eo quoque in cognitione rerum univerſali ulterius progredietur, quam alii, eo rectius veritates univerſales ad ſingulares applicabit, & omnis praxis moralis erit expeditior, immo in empirica actionum directione magis ſibi cavebit, ne eventum caſui committat. Abunde igitur patet, intellectum eſſe eo utiliorem, quo magis acutus fuerit. *Quod erat primum.*

Quoniam intellectus acutus non eſt, niſi quatenus ea diſcernimus, quæ diverſa ſunt (§. 332. *Pſych. empir.*), aſt error quidem committitur, quando pro iisdem habentur, quæ diverſa ſunt, quatenus confuſe percepta eadem apparent (§. 631. *Log.*), non vero ſi a ſe invicem diſtinguantur, quæ diverſa ſunt (§. 624. *Log.*); ideo nec fieri poteſt, ut intellectus acutus per ſe quenquam inducat in errorem, quod potius defectui acuminis tribuendum, conſequenter ut per ſe ſit noxius. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum intellectus nimium acutus ſit non ens (§. 215.), per ſe patet, quod nec noxius effici poſſit. *Quod erat tertium.*

Deo competit acumen ſummum (§. 109. *part. 2. Theol. nat.*), idque abſolute ſummum (§. 111. *part. 2. Theol. nat.*). Quo acutior itaque efficitur intellectus humanus, eo quaſi propior ad intellectum divinum accedit, utut infinito ſemper intervallo adhuc ab eodem diſtet. Nihil igitur abſurdius fingi poteſt, quam ut acumen ultra gradum communem promotum noxium fieri debeat. Sane ſi intellectus ideo noxius fieri debet, quia efficitur acutior; non video, cur non inde recte colligatur, intellectum divinum omnium maxime noxium eſſe debere, quia abſolute acutiſſimus quod quam ſit abſurdum, immo ſi revera ſtatueretur, quam foret blaſphemum (§. 1157, *part. 1. Jur. nat.*), nemo non videt. Oſtendimus ſuperius, ſine acumine non deregi fontes errorum (§. 204.). Abſurdum itaque eſt, quod idem ad errores ſeducat, ſi ad excellentem gradum promoveatur. Quamvis enim concedamus, non deeſſe exempla eorum, qui errores maxime nocuos foverunt, utut acumine vicerint alios; nondum tamen inde ſequitur, acumini intellectus tribuendos eſſe errores. Quodſi enim acumine ipſe uſus in fontes eorum inquiras, non uſu, vel defectu acuminis eos in errores incidiſſe

animadvertes. Oſtendimus hoc de *Spinoſa* (§. 679. *& ſeqq. part. 2. Theol. nat.*), ad cujus exemplum vulgo hic provocatur. Nimis prolixum foret, ſi in examinandis exemplis ad particularia deſcendere vellemus, ut luculentiſſime pateret, in quibusnam qui errorem noxium defendit acumen ſuum, quo uti potuiſſet, non uſus fuerit & quid obſtiterit, quo minus fuerit uſus, & quænam ſint ea, ad quæ acumen ipſius penetrare non potuerit, cum nemo ſit in omnibus acutus. Si quis acumen ſuum perficere ſtuduerit atque ea omnia, quæ hactenus demonſtrata & annotata fuerunt, ad animum revocaverit, is ea per ſe perſpiciet. Proderit autem ſuper iis reflectere, quæ de erroribus *Spinoſæ* demonſtravimus, atque perpendere ea, quæ paſſim in anterioribus monuimus huc facientia.

§. 217.

De iis, qui acuti videri affectant.

Qui acuti videri affectant, vel etiam acutiores, quam revera ſunt; opiniones paradoxas amant. Cum enim vulgo de acumine intellectus prædicentur, quæ de acumine viſus nota ſunt; qui acuti videri affectant, vel etiam acutiores, quam revera ſunt, aliis perſuadere volunt, ſe perſpicere ea, quæ ab aliis perſpici nequeunt. Quamobrem ſibimet ipſis placent, ſi ea quæ ab aliis habentur pro veris, ipſi pro falſis declarent, & contra. Quoniam itaque opiniones paradoxæ receptis dogmatis, vel ſententiis contrariæ ſunt, qui acuti videri affectant, vel etiam acutiores, quam revera ſunt, opiniones paradoxas amant.

Propoſitionem præſentem experientia confirmat. Sane non deſunt, qui profanas opiniones amplectuntur & diſſeminant, ut videantur acutiores aliis. Videmus quoque eadem de cauſa eos, qui juvenili pruritu ſine merito ad nominis famam contendunt, contrarium ejus ſtatuere, quod dudum ab aliis ſuffici-

enter probatum, & quicquid paradoxi proditur, eidem ſtatim calculum ſuum adjicere, ita ut non alia ipſis ſit aſſenſus determinandi ratio, quam quia id, quod affirmant, dogmatis vel opinionibus receptis contrarium, quod vero negant, iisdem conſentaneum. Qua de cauſa etiam contingit, ut, ſi quæ opinio, quam pro aris & focis defenderunt, invaleſcat, & quæ olim recepta fuerat nunc paucis placeat, miſſa illa hanc amplectantur. Quoniam enim ipſis propoſitum eſt ea defendere, quæ ſunt contra communem opinionem, quamprimum quod defenderant contra eandem eſſe deſinit, eidem adhuc adhærente propoſito ipſorum adverſatur. Sententiam igitur ſuam mutare coguntur, niſi ſibimetipſi contrarii eſſe velint. Quodſi contingat iſtiusmodi homines communes errores eradicare; id caſui potius, quam acumini intellectus ac bonæ voluntati tribuendum. Etenim ſi per ipſos ſtaret, errores iſtos ex orco iterum revocarent. Propoſitionis præſentis veritatem hodie quoque confirmant illi, qui libere ſentientium titulo ſuperbiunt. Neque enim alia de cauſa diſſeminant opiniones profanas, quam ut videantur aliis acutiores; quamvis ſubinde haud multo acumine opus ſit, ut defectum acuminis, quem produnt, agnoſcas. Dolendum vero eſt, quod jam diu animos plerorumque obſederit ea opinio, quaſi acumine intellectus præſtent, qui profanas opiniones aucupantur. Hoc enim fortiſſimum motivum eſt iis, qui acutiores videri affectant, quam revera ſunt. Ceterum ex iis, quæ modo diximus, eluceſcit, ad appetitum ſenſitivum potiſſimum referendum eſſe, ut id genus hominum opinionibus paradoxis delectetur, ac per conſequens perperam ad eorum exempla provocari, ubi quam noxium ſit acumen intellectus, ſi nimis extendatur, probandum. Appetitus illorum ſenſitivus minime dependet ab acumine intellectus, ſed multiplicem potius ejus defectum arguit.

§. 218.

§. 218.

Quoniam qui acuti videri affectant, vel etiam acutiores, quam revera ſunt, opiniones paradoxas afferunt (§. 217.), *ſi opiniones paradoxæ fuerint abſurdæ, vel profanæ, inde inferri nequit, quod acumen nimium intellectus ad errores noxios hominem ſeducat, ſed eædem vel defectum acuminis, vel non uſum arguunt, vel abuſum.* *Quale inde ſignum petatur.*

Abſurdum hic ſumitur in ſignificatu apud Mathematicos & Philoſophos recepto pro eo, quod veritatibus manifeſtis repugnat, conſequenter contradictionem involvit, non quod receptis opinionibus, quæ falſæ eſſe poſſunt, contrariatur. *Paradoxum* dicitur, quod eſt contra communem opinionem: hæc autem non ſemper vera eſt, etſi pro vera fuerit habita. Ita paradoxus vocatur motus vertiginis terræ, quia vulgo certum creditur, terram quieſcere, nec absque ejus quiete nos eidem inſiſtere firmiter poſſe. Idem dicendum eſt de antipodibus. Quamobrem ex opinione paradoxa, ſi vera fuerit, recte colligitur acumen intellectus, quod tunc duxit ad veritatem inventorem. Antequam igitur ex paradoxis opinionibus certi quid concludi poteſt, ante omnia inquirendum, num eæ ſint veritati conſentaneæ, an vero ab eadem alienæ. Quodſi vero demonſtrari poſſit, opinionem falſam eſſe, ſive abſurdam; tunc duo diſtinguendi ſunt caſus. Aut enim nihil acuminis in ea deprehenditur, aut actus ad acumen pertinentes in eadem notantur. In caſu priori opinio paradoxa defectum acuminis arguit, in poſteriori non uſum, ſi appetitus non influit in determinationem intellectus, abuſum vero, ſi actus intellectus fuerint ab appetitu penduli. Neque enim una ſaltem cauſa eſt, cur acumine quis non utatur, cum uti potuiſſet, cauſa illa remota, ut inſcius acumen ſuum deſiderari quis patiatur: ſicuti etiam ſciens ac volens acumine ſuo quis abuti poteſt, ſi ſumat, quod vel incertum, vel prorſus falſum eſſe

no-

novit, & deinde non ſine ſubtili acumine deducit alia, quæ inde ſequuntur. Sane qui quælibet defendere ſuſcipiunt & de re quacunque in utramque partem acute diſputant, in hunc cenſum veniunt. Quamvis vero admodum difficile videatur ex opinionibus paradoxis certi quid de earum autore concludere; circumſtantiæ tamen particulares in caſu daro negotium facilitant: quæ cum multis modis variari poſſint, ad caſus particulares deſcendere non eſt noſtri inſtituti. Sufficit nobis hic, ut in aliis, monſtraſſe viam, qua ſit eundem. Ideo vero difficile eſt judicium, quia propoſitionem præſentem convertere non licet: poſſunt enim aliæ quoque dari cauſæ, cur quis opinionibus paradoxis delectetur, quam quod acutus videri velit.

§. 219.

De ſtudio linguæ in gratiam acuminis.

Qui acumen perficere vult, ſignificatus vocabulorum rimari eademque a vagis ad fixos atque determinatos reducere tenetur. Acumine enim diſcernenda ſunt, quæ diverſa rebus inſunt (§. 332. *Pſych. empir.*), non modo quæ in ſenſus incurrunt, verum etiam quæ quocunque modo diſcernibilia ſunt (§. 188.), & ab illis abſtrahuntur (§. 282. *Pſych. empir.*). Enimvero cum in cognitione ſymbolica utamur vocabulis ad illa, quæ diſtinguimus & a rebus abſtrahimus, ſignificanda (§. 289. *Pſych. empir.*); ideo neceſſe eſt, ut præciſe ſignificent id, quod indicari debet, conſequenter ut vocabulis invariata conſtanter ac determinata ſufficienter reſpondeat notio (§. 123. *Log.*). Significatus igitur eorum determinatus eſſe debet, &, ſiquidem vagus fuerit, a vago ad fixum reducendus (§. 129. *Log.*). Qui igitur acumen perficere vult, ſingulorum vocabulorum ſignificatus rimari eademque a vagis ad fixos atque determinatos reducere tenetur.

Non

Non ſufficit acumine diſtingui diſcernibilia, niſi ea, quæ diſtinguuntur, enunciare poſſis. Diſcernibilia vero enunciabilia ſunt, quatenus vocabulis indigitari poſſunt: quæ niſi præciſe id ſignificent, quod indigitare debent, non modo ab aliis ſatis intelligi haudquaquam poteris, ac facile contingit, ut alii contra mentem tuam eadem interpretentur, verum etiam vix ac ne vix quidem fieri poteſt, ut ipſe notiones acquiſitas intemeratas conſerves, nec in progreſſu confundaris. Notiones potiſſimum abſtractæ non alio modo rectius invariatæ conſervantur quam per vocabula ſignificatus fixi atque determinati. Attamen non adeo facile eſt vocabulis, quorum ſignificatus a vulgo iisdem impoſitus, imponere ſignificatum ab uſu loquendi non abhorrentem, eundemque fixum atque determinatum. Non exiguo acumine valere debet, qui rem tam arduam non ſine ſucceſſu aggredi voluerit. Dudum optavi, ut conderetur Lexicon aliquod philoſophicum, in quo ſignificatus vocabulorum & complexionum eorundem, quas phraſes vulgo vocant, proprii explicarentur & ad ſignificatum determinatum atque fixum reducerentur ea, quæ ob inconſtantiam loquendi vulgo receptam vagum habent, una cum terminis philoſophicis, quos technicos appellamus. Iſtiusmodi Lexicon mirifice juvaret acumen, vi propoſitionis præſentis; non tamen condi poſſet ſine multo acumine, nec absque multo labore, prouti colligitur vel ex eo, quod de inveſtigando ſignificatu proprio verborum, quem ipſis tribuit uſus loquendi, alias docuimus (§. 150. *Log.*). Quamobrem vix credendum eſt, unum hominem tanto labori ſufficere, ac puto ab initio nos contentos eſſe poſſe ſpeciminibus ab uno vel altero datis, quæ ſucceſſu temporis in unum volumen digeſta operis longe utiliſſimi nos tandem compotes redderent. Talia vero vix ac ne vix quidem ſperanda ſunt, quamdiu mores eruditorum non reducantur ad eam normam, quam lex naturæ præſcribit (§. 858. *& ſeqq. part. 6. Jur. nat.*). Plura igitur de hoc inſtituto dicere nolo, præſertim cum hic obſtet prolixitas.

§. 220.

Motivum illius ſtudii.

Qui ſignificatus vocabulorum acute rimatur eademque a ſignificatu vago ad fixum atque determinatum reducit; acumine ſuo maxime prodeſt aliis. Vocabula enim ſigna ſunt noſtrarum perceptionum, ac ideo quoque rerum per eas repræſentatarum (§. 271. 24. *Pſych. empir.*) Quamobrem ſi ſatis apta eſſe debent ad ſignificandum id, quod per ea ſignificari debet; non modo neceſſe eſt, ut notiones ſint determinatæ, quæ iisdem reſpondent (§. 123. *Log.*), verum etiam ut eædem ſemper maneant invariatæ, conſequenter ſignificatus determinatus (§. 112. *Ontol.*) & fixus eſſe debet (§. 129. *Log.*). Quoniam itaque alius, qui nos intelligere debet, easdem cum verbis ſingulis notiones conjungere tenetur, quas nos cum iisdem jungimus (§. 903. *Log.*); ſi verba reducantur ad ſignificatum determinatum & fixum, alter mentem noſtram penitus intelligere poteſt, nec verendum eſt, ut præter intentionem noſtram notioni ſignificatæ quicquam addat, vel demat. Qui ergo ſignificatus vocabulorum acute rimatur, ut ſcilicet accurate diſcernat, quæ per ea ſignificari debent (§. 188.), eademque ad ſignificatum determinatum atque fixum reducit, is acumine ſuo maxime prodeſt aliis.

Non nobis ſolis diſcimus, quæ diſcuntur, ſed ut cognitione rerum acquiſita proſimus aliis (§. 602. *part. 1. Jur. nat.*), ſive id fiat eum docendo vel viva voce, vel verbis ſcriptis, ſive in caſu emergente conſilium dando. Quicquid igitur facit ad communicandum ea, quæ cognovimus, cum aliis; ad id faciendum naturaliter ſumus obligati. Monui autem jam aliquoties, omnia a nobis fieri debere cum ſenſu officii, ut recte agamus, etſi de eo ex inſtituto agere nondum datum fuerit. Quodſi quis ergo recte agendi ſtudio delectatur, quem-

ad-

admodum delectari debent omnes (§. 189. *part. 2. Phil. pract. univ.*), atque actu delectantur, qui bonam mentem cum ratione conjunctam possident; ei sufficiens motivum est significatus vocabulorum acute rimandi, quod hoc modo acumine suo aliis maxime prodesse possit. Immo si quis in genere ardore satisfaciendi obligationi suæ flagrat, atque intelligit, se non modo aliis debere idem, quod sibimetipsi, verum etiam in id enitendum esse, ut sit ad inserviendum aliis aptus, consequenter pro certo habet, se sibi soli natum minime esse; eidem motivum istud abunde sufficit ad vocabulorum significatum acute rimandum. Ad actionem rectam requiruntur motiva a bonitate & malitia intrinseca desumta (§. 80. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quoniam itaque in Ethica id intenditur, ut recte agere discamus; eorum quoque motivorum inprimis habenda est ratio, quæ ad recte agendum incitant. In quantum vero aliis motivis locus est, quæ hominum moribus & cupiditatibus attemperantur, & quomodo inflectenda sint, ut cum illis tandem conspirent, suo docebitur loco. Ceterum idem quoque motivum inservire poterat iis, qui ad Lexicon philosophicum, de quo diximus paulo ante (*not.* §. 219.), sua opera suoque studio quid conferre possunt, ut id quam lubentissime conferant, &, ubi adfuerit voluntas, eum quoque acuminis gradum acquirere studeant, quæ ad illud præstandum requiritur.

§. 221.

Acumen in bono a malo, æquo ab iniquo, justo ab injusto discernendo juvatur notionibus generalibus a Jure naturæ abstractis. Etenim notiones generales, quæ a certo genere rerum abstrahuntur, intellectum dirigunt ad universalia, quæ certis quibusdam singularibus insunt & alias attentioni nostræ se subducerent, sicque acumen juvant ad pervidendum ea, quorum alias cogitatio mentem nostram minime subiret (§. 337.

De adminiculis acuminis in discernendo bono a malo, æquo ab iniquo & justo ab injusto.

337. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum in Jure naturæ agatur de eo, quod bonum, vel malum, æquum, vel iniquum, juſtum vel injuſtum eſt, quod neminem fugit, qui vel oculo fugitivo Juris naturæ ſyſtema a nobis conditum, aut ſaltem Inſtitutiones Juris naturæ & gentium percurrit; notiones generales a Jure naturæ abſtractæ acumen juvant in bono a malo, æquo ab iniquo, juſto ab injuſto diſcernendo.

Cum ad acumen requiratur attentio (§. 184.), afferenda ſcilicet ad ea, quæ in re percepta diſtinguenda (§. 332. *Pſych. empir.*); neceſſe eſt, ut adſit ratio quædam, cur in hæc attentionem noſtram dirigamus (§. 70. *Ontol.*) ac per conſequens, ubi latent, in ea inquiramus, ut in apricum producantur. Quemadmodum omnia ſingularia univerſalia & hæc univerſaliora continent; ita ſicuti in omni genere veritatum univerſalium inſunt notiones quædam univerſales, vi quarum tanquam individua ad ſuam veluti ſpeciem reducuntur. Atque ideo quoque in Jure naturæ non modo ea, de quibus in eodem agitur, ad certas rerum claſſes reduci poſſunt, verum etiam in qualibet claſſe inſunt notiones univerſales, quæ particularibus, quæ demonſtrantur, communia in uno quaſi ſubjecto concentrant, quod recta via nos ad illa ducit in caſu emergente. Una vero eademque res pro diverſo reſpectu tanquam hujus, vel illius generis ſub generali ſchemate conſiderari poteſt, ac ideo pro diverſo reſpectu diverſis notionibus directricibus ſubjacet. Quodſi igitur hæ notiones nobis fuerint perſpectæ, acumen noſtrum mirifice juvatur & amplificatur, ut facile per nosmetipſos videamus, quæ alias ex diſciplinis nobis cognita atque perſpecta eſſe debebant: id quod in omni praxi utilitatis maximæ eſt. Immo qui acumen ſuum quomodocunque perfecerunt, inprimis acumen pervidendi abſtracta in concretis; iisdem iſtiusmodi notiones generales, quas directrices appellamus, veluti ſua ſponte ſeſe inſinuant, ut de his ducibus non

non cogitantes eos præeuntes ſequantur. Hæc ut ſatis intelligantur, exemplo uno vel altero declaranda ſunt. Demus itaque primum exemplum facile ex Geometria elementari petitum. Nihil in ea facilius eſt triangulorum conſtructione, quæ absque omni theoria intelligitur. Quodſi ad hanc animum attendamus, animadvertentes triangulum conſtrui poſſe datis tribus lateribus, vel duobus lateribus cum angulo intercepto, vel duobus lateribus cum angulo uni eorum oppoſito, vel duobus angulis cum latere, cui adjacent; notio generalis inde abſtrahitur, quod determinantia trianguli ſint vel tria latera, vel duo latera cum angulo intercepto, vel duo latera cum angulo uni eorum oppoſito, vel unum latus & anguli adjacentes, cetera vero determinata. Atque hoc pacto triangula reducentur ad notionem generalem entium, quatenus determinantia & determinata continent, ut vi principiorum ontologicorum perſpiciantur, quæ alias ex principiis ſpecialibus demonſtranda forent. Quamobrem cum ex Ontologia conſtet, ſi determinantia fuerint eadem, determinata quoque eadem eſſe debere, eodem nimirum reſpectu, quo illa tanquam eadem conſiderantur, & in triangulis rectilineis latera ſpectentur tanquam lineæ rectæ eandem rationem vel æqualitatis, vel inæqualitatis habentes & anguli tanquam æquales, ſive eandem rationem ad rectum, vel, ſi mavis, quatuor rectos habentes; ſtatim inde perſpicitur, ſi v. gr. latera duo unius trianguli fuerint æqualia lateribus alterius & anguli iisdem comprehenſi æquales, fore etiam latus tertium unius æquale lateri tertio alterius & angulos adjacentes ſigillatim utrobique æquales, totaque triangula æqualia, ſi vero latera utrobique ſaltem ſint proportionalia, & anguli comprehenſi iisdem æquales, fore quoque iisdem proportionale latus tertium & ceteros angulos unius æquales angulis ceteris alterius. Hæc quidem uſum theoreticum potiſſimum habent, ut ſtatim pateant, quæ alias per ambages demonſtranda forent. Enimvero generalis iſta determinantium & determinatorum notio a triangulis abſtracta non minus uſui eſt in praxi. Exempli loco eſto praxis geo-

dætica, veluti cum diſtantias locorum ope triangulorum vel congruentium, vel ſimilium inveſtigamus. Determinantia enim oſtendunt. quænam certa menſura aut alio adhuc modo determinanda ſint, ut determinetur triangulum, per quod determinatur linea diſtantiæ vel æqualis, vel proportionalis. Et ita facile quis videt, quid in caſu dato faciendum ſit, etiamſi problematum geodæticorum reſolutiones memoriæ non mandaverit, & harum veritatem absque receptis demonſtrationibus perſpicit. Sed nolo de his dicere diſertius: id ſaltem adhuc obſervo, vi principii determinationis Geometriæ aliam formam induci poſſe, quam huc usque habuit, ut multo facilius omnia pateant, quam per demonſtrationes hucusque uſitatas. *Euclides* Geometriam reduxit ad notiones communes, a quibus mutuatur omnem evidentiam, quam habet; vi principii autem determinationis reduceretur ad notiones ontologicas, & lucem affunderet ſcientiis philoſophicis, cum principium determinationis regnet in omnium entium genere. Aſt hæc obiter dicta ſufficiant ad excitandam aliorum attentionem. Demus igitur etiam exempla notionum generalium a Jure naturæ abſtractorum. Iſtiusmodi notio eſt ortus juris ex obligatione: hac enim ducimur ad primum fontem omnis juris ut in quolibet caſu perſpiciamus, unde tandem jus oriatur. Huc etiam referri poteſt, quod nihil ſit faciendum contra jus alterius & quod omnes exceptiones oriantur ex legum naturalium colliſione in caſu emergente: unde apparet, legum univerſalitatem non infringi, etſi in caſu emergente cedere debeat alteri & caſuum perplexorum ſolutio efficiatur facilis. In eundem cenſum venit a libertate naturali abſtracta permiſſio ſequendi judicium ſuum in determinandis actionibus ſuis. Quodſi quis plures iſtiusmodi notiones generales abſtraxit; cum ſingulis inſint univerſaliora, quæ inde ulterius abſtrahi poſſunt, inde reperire datur notiones, quæ tanquam genus alias tanquam ſpecies ſub ſe continent. Atque hoc modo ſimul philoſophia prima promovebitur, ac uſus ampliſicabitur. Non nego, ad iſtiusmodi abſtractiones re-

requiri acumen, præsertim istud, quod acumen pervidendi abstracta in concretis appellamus; id tamen minime obstat, quo minus ipsum quoque acumen notionibus istis adjuvetur, ut prospiciat longius, quam ante poterat. Fructibus enim suis fit locupletior. Obiter hic noto, quamvis disciplinæ genuina methodo ad eum perfectionis gradum fuerint perductæ, qui ad omnem usum in vita humana sufficit, hoc tamen non obstante, vi illarum abstractionum, quas hic commendamus, easdem adhuc ad notiones generales reductum iri, ut magis potestati hominum subjiciantur, & pauca memoria retenta satisfaciant in praxi, & acumen efficiatur pragmaticum. Neque vero existimandum est, istiusmodi abstractiones fore nimium subtiles, ut nonnisi pauciſſimis prosint. Etenim non inter impossibilia referendus est modus eas reducendi ad captum communem, quatenus eædem per res maxime obvias atque vulgares animo insinuari possunt, ut idea ipsarum exemplaris in eodem nascatur: in quo plurimum valet ingenium, de quo postea dicemus.

§. 222.

De acuminis in agendo adjumentis.

Acumen in praxi morali plurium juvatur notionibus generalibus a factis hominum abstrahendis & ab iis, quæ in parte altera philosophiæ practicæ universalis traduntur; immo etiam ab iis, quæ in Ethica demonstrantur. Facta enim hominum cum sint actiones liberæ, quæ actu eduntur (§. 24. *part. 1. Phil. pract. univ.*), consequenter certæ speciei (§. 232. 233. *Ontol.*), & quia in casu singulari fiunt; modum agendi sub certis circumstantiis continent (§. 180. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum omnibus singularibus universalia & universalibus universaliora inesse dudum exploratum sit; ab iis quoque notiones generales determinationis actionum & modi agendi abstrahi possunt, quæ in casibus aliis dirigunt intel-

tellectum ad pervidendum ea, quæ alias acumini ejus ſeſe ſubducerent, atque ſic notionibus iſtis acumen juvatur. *Quod erat primum.*

In parte altera philoſophiæ practicæ univerſalis tradimus principia generalia praxeos moralis, quæ ſunt notionum directricium loco in ſpecialibus inveſtigandis, ut pateat, qua ſit eundum, nec ad quæſita denegetur aditus, quemadmodum in præfatione monuimus. Quamobrem ipſa Philoſophia practica univerſalis jam actu continet iſtiusmodi notiones generales, quibus acumen juvatur (§. 200.) Enimvero cum etiam his inſint univerſaliora, poſſunt quoque hinc notiones generaliores abſtrahi, quibus acumen adhuc magis promovetur. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum Ethica doceat modum, quo homo actiones ſuas quascunque ad legem naturæ componere debeat (§. 1.), & in ea tradantur actionum committendarum & omittendarum motiva, itemque media ſpecialia & ſigna rectitudinis actionum in qualibet earum ſpecie, nec minus impedimenta ſpecialia & modus, quo ea tolluntur (§. 10.); hiſce omnibus inſunt univerſalia, quæ ad formandas notiones generales faciunt. Quamobrem cum juvetur acumen notionibus generalibus in quolibet diſciplinarum genere obviis, ſi iis tanquam directricibus utaris (§. 200.); idem quoque notionibus generalibus ab iis, quæ in Ethica abſtrahuntur, adjuvabitur. *Quod erat tertium.*

Quæ in præcedentem propoſitionem annotavimus, ea quoque uberiorem lucem præſenti affundunt. Unum tamen eſt, quod adhuc probe notandum, ſcilicet non confundendas eſſe notiones communes, quæ praxi inſunt, cum directricibus.

Di-

Diverſus enim prorſus illarum atque harum uſus eſt. Notiones communes faciunt ad evidentiam, ut aſſenſus reddatur firmus atque immotus; directrices vero monſtrant viam, qua ſit eundum, ut ad veritatem pateat aditus, nec a vero tramite ad devia delabaris, & ut facilius perſpicias, quæ alias difficiliora erant cognitu. Exempli loco eſſe poſſunt ea, quæ de Geometria annotavimus ad propoſitionem præcedentem. *Euclides* Geometriam reduxit ad notiones communes, quatenus demonſtrationes ſuas in easdem reſolvit, inſtar axiomatum illis uſus, veluti dum ſumſit, totum eſſe æquale omnibus ſuis partibus ſimul ſumtis, majus vero qualibet parte ſua, æqualia eidem tertio eſſe æqualia inter ſe, quæ ſibi mutuo congruunt, ea eſſe æqualia, ac ita porro. Quamobrem vi principiorum logicorum veritatis propoſitionum ab ipſo demonſtratarum ea eſt evidentia, quæ notionum iſtarum communium. Enimvero ſi a conſtructione triangulorum abſtrahas notionem determinantium & determinatorum, eadem dirigitur acumen ad pervidendum ea absque demonſtrationibus *Euclideis* ſine iſtis ambagibus, quibus opus eſt, ut veritatem ab *Euclide* traditorum perſpicias, & vi ejusdem notionis ipſi Geometriæ alia prorſus forma induci poteſt, quam per reductionem ad notiones communes nacta eſt. Annotabimus ſuo loco, quæ in praxi morali notionibus communibus ſint conſentanea. Et tunc conſtabit, fieri poſſe, ut exemplo *Euclidis* Ethica ad notiones communes reducatur. Sed oſtendemus etiam hinc inde ſpeciminis loco, quomodo abſtrahendæ ſint notiones directrices, immo ipſimet quoque jam in philoſophia practica univerſali iſtiusmodi notiones dedimus. Ita huc referendum, quod ad omnem actionem requiratur omnium facultatum conſenſus, quod omnis culpa oriatur a non uſu, vel abuſu facultatum, quod determinatio voluntatis pendeat ab inclinationibus generalibus, quod in ſimulatione detur aliquis diſſenſus actionum externarum ab internis. Notandum vero eſt, a notionibus communibus, quæ a factis hominum ſingularibus abſtrahuntur, abſtrahi quoque poſſe directrices. Ita ſuperius

quæ nominativum habet in -ὁς, -ὴ, -ὸν, ... quæ habet nominativum

ſequenter ſuper iis, quæ fieri debent, minime reflectit, ut videat, num alio adhuc modo, ſaltem in caſu dato, idem fieri poſſit. Quamobrem cum ad acumen requiratur reflexio (§. 184.), quæ ut debito modo fiat exercitio opus eſt (§. 433. *Pſych. empir.*), neque ideo ſatisfaciat acumen, qua quis alias in aliis uti ſuevit; ſi quis in iis, quæ fieri debent, in nuda applicatione eorum, quæ didicit, acquieſcit, acumen omne, quantumcunque alias fuerit, deficit.

Veritatem propoſitionis præſentis confirmare poſſumus exemplo eorum, qui arithmetica artificiali deſtituti utuntur naturali, haud raro magno compendio & absque ulla ſcriptione. Arithmetica hac artificiali uti feliciſſime videas fœminas acutiores & homines plebejos, cum arte computandi excellentes cœcutiant, ſi absque regula computare debeant. Nimirum regula, quam ſequi adſueverunt, omnem attentionem ad ſe trahit, & præjudicium, quod tacite ſeſe inſinuavit animo eorum, eandem a circumſtantiis caſus præſentis avertunt, ſine qua acumini locus eſſe nequit (§. 184.). Inſunt arithmeticæ iſti naturali notiones communes, quæ quamvis confuſæ ſint, tacite tamen juvant acumen illa utentium. Hæ autem notiones minime ſuccurrunt iis, qui arithmeticam nonniſi artificialem continuo exercent. Quamvis nimirum artificia iſta arithmeticæ artificialis ſint particularia, ex notionibus tamen iſtis communibus, modo confuſæ ad diſtinctas revocentur, demonſtrabilia ſunt. Ceterum in negotiis quoque aliis tam publicis, quam privatis illiteratos acutiores haud raro videas iis, qui ex notionibus ſtudio comparatis judicare adſueverunt. Abſit tamen, ut hinc inferas, acumen doctrina corrumpi, aut fingas acumen naturale, quod præſtet acquiſito. Neque enim doctrina excœcat, aut aciem acuminis obtundit, ſed mos minime probandus, quod eadem confiſus ſuper circumſtantiis obviis reflexionem intermittas. Et quamvis non negetur, ſine diſpoſitione naturali acumen concipi

non poſſe, ac pro diverſitate illius variare gradum, ad quem acumen promoveri poteſt; non tamen ideo acumen naturale datur, quod acquiſito præſtantius ſit, ſed in acumine quocunque modo acquiſito natura ſaltem ſuos habet partes, ut pro benignitate ipſius eodem ſtudio, vel uſu non idem gradus acquiratur: id quod acumini cum omni habitu commune eſt.

§. 224.

Quomodo id tollatur.

Quoniam acumen ſuum in ſe deſiderari patitur, qui in iis, quæ fieri debent, in nuda applicatione eorum, quæ didicit, acquieſcit (§. 223.), cum conſtet, pro diverſitate caſuum variare agendi modum, & ſubinde magno laboris & temporis, immo etiam ſumtuum compendio fieri poſſe, quod modo ordinario per ambages & majore temporis, aut ſumtuum impendio fit; ideo *qui acumen ſuum in ſe deſiderari non vult pati, in iis, quæ fieri debent, non acquieſcere debet in nuda applicatione eorum, quæ didicit, ſed ſuper eo, quod faciendum, reflectere adſueſcat opus eſt* (§. 187.).

Illuſtrationis cauſa provocamus ad exemplum de arithmetica naturali, quæ dici ſolet, paulo ante (*not.* §. 223.) commemoratum. Qui Arithmeticam artificialem didicit, quæ de numeris abſtractis agit, ubi regulas in ea præſcriptas applicare debet ad numeros præſertim concretos, vel etiam ad numeros certos abſtractos, ſuper iis reflectere debet, ut videat, annon a regula generali hic diſcedere liceat ob circumſtantias particulares, quæ compendioſiori locum faciunt. Ita nimirum acumen in computando acquiret, quod non uno modo ipſi proderit. Idem vero obſervandum eſt in omnibus negotiis aliis.

§. 225.

§. 225.

Hebetudo intellectus dicitur impotentia distinguendi ea, quæ diversa in rebus insunt, consequenter *hebetudo acuminis privatio est* (§. 332. *Psych. empir.*). Et hinc *Hebes* dicitur sine acumine homo. *Hebetudo intellectus quid sit.*

Acutus & hebes sibi invicem opponuntur in significatu proprio, quando vocabula de rebus materialibus adhibentur. Opponuntur vero etiam, quando eadem vocabula usurpantur de intellectu. Consistit autem hebetudo in privatione acuminis, sicuti cœcitas privatio visus est. Neque hic attenditur, undenam sit ista hebetudo, num naturale vitium sit, quod tolli nequit, an vero negligentiæ exercitii tribuendum, quo acumen acquiri poterat.

§. 226.

Quoniam hebetudo in privatione acuminis consistit (§. 225.), *eodem studio, quo acumen acquiritur & perficitur, hebetudini una medemur: quodsi* vero *defecerit dispositio naturalis acuminis*, cum sine ea acumen acquiri non possit (§. 430. *Psych. empir.*), *hebetudo vitium insanabile est, & cœcitati æquiparatur.* *Quomodo hebetudini medeamur.*

Acumen homini potentia inest, ad actum vero deducitur exercitio; & quatenus natura inest, ad dispositiones naturales referendum. Hebetudo igitur naturaliter inhæret homini, ac ideo permanet, nisi eidem medela afferatur sive peculiari studio, sive ipso usu, vel ab institutione, vel hominum consuetudine veniente. Enimvero si prorsus deficit dispositio naturalis acuminis, tum hebetudo vitium insanabile est, seu naturalis quædam imperfectio tolli nescia. Non tamen crediderim, omnimodum defectum dispositionis naturalis esse dabilem, ut nihil prorsus acuminis exercitatione acquiri possit.

Sed talium cognitio ab experientia pendet, ubi tamen cautione opus eſt, ut accurate diſcernamus in actionibus hominum, quæ ab acumine dependent & in gradu acuminis, quæ negligentiæ debentur, quæ defectui diſpoſitionis naturalis.

§. 227.

De neglectu acuminis uſus & uſu impedito.

Cum hebetudo in privatione acuminis conſiſtat (§. 225.); *ſi quis acumine uti negligit, vel a cauſis quibusdam impeditur, is hebes non eſt.*

Nimirum in caſu priori acumine uti potuiſſet, modo voluiſſet & majorem diligentiam adhibuiſſet: in poſteriori impedimenta vel ſuperabilia ſunt, vel inſuperabilia, & illorum alia facile, alia nonniſi difficulter ſuperari poſſunt. Multa igitur cautione opus eſt, ne in ferendo de hebetudine judicio a vero aberres. Unde ex uno vel altero actu, quod defectum acuminis arguit, non colligere licet hebetudinem. Quamvis itaque in nonnullis deſideretur acumen, hebes tamen dicendus non eſt, qui alia acuminis ſpecimina præſertim in eodem genere cognoſcibilium dedit. Multo autem difficilius eſt, ac propterea multo majore circumſpectione opus, ſi quæritur, utrum alicui imputari poſſit, nec ne, quod acumen ſuum in ſe hic & nunc deſiderari paſſus fuerit. Etenim ſciri debet, qualia fuerint impedimenta, quo minus quis acumine uſus fuerit, utrum fuerint evitabilia, an inevitabilia, num ſuperabilia, an inſuperabilia, & quænam fuerint neglectus rationes, ſive cauſæ. Dantur nimirum non imputanda, dantur etiam facile condonanda & quæ excuſationem merentur. Aſt in caſu dubio, qualis utplurimum eſſe ſolet, ab imputatione abſtinendum.

§. 228.

De impedimentis uſus acuminis.

Quæ attentionem & reflexionem impediunt, uſum acuminis impediunt. Etenim absque attentione & reflexione uſus acumi-

minis nullus est (§. 184.). Quodsi ergo attentio impediatur, aut reflexio, usus acuminis cessat. Quamobrem quæ attentionem & reflexionem impediunt, usum quoque acuminis impediunt (§. 726. *Ontol.*).

Dantur causæ extrinsecæ, dantur etiam intrinsecæ, quæ impediunt attentionem, ac inprimis reflexionem, & intrinsecæ vel excitantur ab extrinsecis, vel ab iis independentes sunt. Quemadmodum vero extrinsecæ plurimum variant pro diversitate objectorum sensibilium; ita intrinsecæ non minus variant pro diverso concursu facultatum animæ, quarum actus in determinationem actionis præsentis influunt. Hæc qui perpendit, is non amplius dubitabit de difficultate ferendi judicii de acumine impedito, quam ad propositionem præcedentem annotavimus. Neque minus idem intelliget, non sine magno acumine certi quid statui posse, etiamsi judicium nobis non sit prorsus impossibile.

§. 229.

An detur acumen universale.

Nemo hominum in omnibus acutus est. Etenim acumine distinguimus, quæ in re percepta diversa sunt (§. 332. *Psych. empir.*). Quamobrem si acumine uti volueris, necesse est ut rerum notionibus imbutus sit animus. Et qui acumine uti vult, inprimis etiam notiones generales in disciplinis sibi familiares reddere & tanquam directricibus uti debet (§. 208.). Immo cum progressu in aliquo cognitionis genere, in eodem quoque incrementum capit acumen (§. 208.). Quoniam itaque hominum nemo omnium rerum notionibus animum implere valet, nec omni generi cognitionis vacare; nemo quoque hominum in omnibus acutus est.

Quando quæritur, num homo unus idemque in omnibus acutus sit, aut esse possit, non de eo quæstio est, num eodem

Las voces pasivas, que ahora se dirán, se componen siempre, como en Latin, del Participio pasivo, y del Verbo Substantivo, que se llama Auxiliar, porque ayuda á formar los tiempos de los demas Verbos. Pero en Castellano el Participio pasivo no varia nunca de terminacion, como en Latin, sino que siempre acaba en o, cualquiera que sea el género, y el número del nombre, con que se junta. Ejemplos: *Yo soy amado, Tu eres amado, El es amado, Nosotros somos amados, Vosotros sois amados, Ellos son amados.*

Las voces pasivas, que ahora se dirán, se componen siempre, como en Latin, del Participio pasivo, y del Verbo Substantivo, que se llama Auxiliar, porque ayuda á formar los tiempos de los demas Verbos. Pero en Castellano el Participio pasivo no varia nunca de terminacion, como en Latin, sino que siempre acaba en o, cualquiera que sea el género, y el número del nombre, con que se junta. Ejemplos: *Yo soy amado, Tu eres amado, El es amado, Nosotros somos amados, Vosotros sois amados, Ellos son amados.*

Lo mismo.

Tanta in hominem perfectio vix cadere videtur, ut nunquam acumen ſuum deſiderari patiatur. Et ſi vel maxime largiamur, fieri poſſe, ut quis eam perfectionem acquirat; ſupereruntamen adhuc impedimenta inevitabilia & inſuperabilia, atque ideo nondum fieri poteſt, ut omnibus horis ſit acutus. Et quoniam intrinſeca inprimis impedimenta non facile obſervabilia ſunt, immo peculiaribus perſpicillis opus ſit ad ea obſervanda, ut ideo eorundem obſervatio non in cujusvis poteſtate ſit; acumen deficere poteſt nonnunquam nobis non advertentibus. Cum vero eadem impedimenta non ſemper ponantur, conſequenter quæ nunc adſunt, alio tempore abſint, ideo contingit, ut acuminis defectum alio tempore animadvertamus, quem in præſenti non obſervabamus. Videmus idem accidere in ipſo acumine viſus, cui nunc ſubducuntur, quæ alio tempore quaſi ſponte ſua in eundem occurrunt, ut ad ea diſcernenda non anxia attentione aut ſcrupuloſa opus ſit: multo minus igitur mirari debemus, ſi idem in abſtractis contingat, ubi longe plura ſunt, quæ acuminis uſum impedire poſſunt.

§. 231.

De utilitate acuminis plurium in eadem re conjungendi.

Quoniam nemo hominum in eodem genere, quo acumine uti ſuevit, ſemper acutus eſt (§. 230.), quæ autem hic & nunc acumen unius impediunt, non etiam impediunt acumen aliorum, ſicuti nec alio tempore impediunt illius, qui nunc eodem non utitur; *defectum acuminis unius ſupplere poteſt acumen alterius, ſi vel maxime alias ille hoc acutior fuerit*, defectu nempe acuminis pendente ab impedimento, effectu autem a gradu ejusdem.

Id minime abhorret a notionibus communibus, quæ proverbio locum fecerunt: Oculi plus vident, quam oculus. Neque enim eodem indigitatur, quod unus altero acumine præſtet; verum etiam, quod acumen unius impediri queat,

quando alterius liberum eſt, & quod in particulari quadam re acutior quis eſſe poſſit, etiamſi alius eundem acumine vincat in aliis. Si quis acumen ſuum deſiderari patitur, vel ſi impeditum deficiat in eo, ad quod non multum acuminis requiritur; defectum ſupplere poteſt, qui exiguum acuminis gradum acquiſivit. Quamobrem tunc omnino utile eſt, ſi alieno acumine juvetur, qui acutior eſt. In praxi multum habet uſum, ut perpendamus, neminem in omnibus eſſe acutum, nec acutum eſſe omnibus horis, & defectum acuminis unius ſuppleri poſſe acumine alterius, ſi vel maxime alter acumine non præſtet.

§. 232.

An ingenium ſit virtus intellectualis.

Ingenium virtus intellectualis formalis eſt. Ingenium enim eſt facultas rerum ſimilitudines obſervandi (§. 476. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum conſtet, hanc facilitatem exercitatione comparari, dum ideas rerum acquiſitas inter ſe conferimus, & continuo uſu incrementa capere, ut in habitum adoleſcat (§. 428. *Pſych. empir.*), habitus autem omnis intellectu recte utendi virtus intellectualis ſit (§. 142.); ingenium virtus intellectualis eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero facultas illa obſervandi ſimilitudines rerum conſideratur tantummodo, quatenus ad ſolum intellectum refertur, nec determinantur ullo modo res, quarum ſimilitudinem obſervamus. Quamobrem cum acumen virtus intellectualis ſit, *per demonſtrata n. 1.* virtus autem intellectualis formalis ſit, quæ ad ſolum intellectum refertur præciſis rebus, circa quas verſatur (§. 143.); ingenium virtus intellectualis formalis eſt. *Quod erat alterum.*

Ingenium vulgo inter virtutes intellectuales non numeratur. Rationem jam dedimus ſupra, cum acumen in eundem nume-

merum referremus (*not.* §. 182.), quia ſcilicet virtutes intellectuales, quas formales diximus, inſuper habuerunt Philoſophi, in diſtinguendis virtutibus intellectualibus unice reſpicientes ad ea, quæ cognoſcuntur, prouti ex tractatione ſequente eluceſcet, quando de virtutibus intellectualibus, quas materiales appellare libuit, ex inſtituto agemus. Enimvero nemo negare poteſt, eſſe intellectus quandam perfectionem, ut rerum ſimilitudinem facile obſervare queamus, modo noverit promptitudinem eliciendi actum certum intellectus perfectionem quandam ejusdem eſſe (§. 198. 209. *part. 1. Jur. nat.*). Peculiaris autem actus intellectus eſt obſervare rerum ſimilitudinem, utpote cum non ſufficiat obſervare, quæ rei cuidam inſunt, ſed agnoſcendum quoque ſit, quatenus ea eadem ſunt, quæ rebus diverſis inſunt. Ingenium non peculiaris quædam facultas animæ eſt, ſed in certo quodam uſu facultatum cognoſcendi conſiſtit, quemadmodum ceteri habitus intellectus. Et diſpoſitio naturalis, vi cujus ingenium potentia ineſt animæ, pendet a determinationibus facultatum animæ, quibus eædem in diverſis ſubjectis differunt, quemadmodum idem de ceteris quoque virtutibus intellectualibus intelligitur. Equidem vulgo ingenium quaſi natura homini inſitum ſpectatur, ita ut homines ingenioſi naſci, non fieri dicantur; non tamen id aliter accipiendum, quam quod ob diſpoſitiones & inclinationes naturales unus magis aptus ſit altero, ut fiat ingenioſus. Quoniam vero ingenio excolendo peculiaris opera non impenditur, aut ſaltem non attenditur, ut, quæ impenditur, eo fine impendatur; ideo naturæ ſoli tribuitur, quod ſoli non debetur. Nondum adſuevimus, aut ſaltem non ſatis adſuevimus poſſibilitatem extrinſecam ab intrinſeca diſcernere, & actus quosdam occaſione oblata caſu elici, aut aliud agendo, qui certo conſilio elici poſſunt. Huc igitur ſi proferetur acumen, accuratius diſcernetur, quænam naturæ, quænam occaſioni & quænam ſtudio atque operæ tribuenda ſint.

§. 233.

De actibus & acumine requisitis ad ingenium.

Ad ingenium requiritur acumen & eorum, quæ in rebus diversis discernuntur, comparatio. Etenim qui ingenio valet, rerum similitudinem observare debet (§. 476. *Psych. empir.*). Quamobrem cum similitudo sit identitas eorum, per quæ res a se invicem discerni debebant (§. 195. *Ontol.*); ingeniosus observare debet ea, quæ in rebus insunt, & eadem a se invicem discernere. Enimvero ea, quæ rebus insunt, observare & a se invicem discernere acuminis est (§. 332. *Psych. empir.*). Ad ingenium itaque acumen requiritur. *Quod erat unum.*

Enimvero quia ad agnoscendam similitudinem rerum minime sufficit, ut noris, quænam iisdem insint, sed etiam agnoscere debes ea, quæ insunt, esse eadem (§. 195. *Ontol.*); ideo necesse est, ut ea, quæ rebus inesse intelliguntur, inter se conferantur. Quoniam itaque ingeniosus similitudinem rerum agnoscere debet (§. 476. *Psych. empir.*), ad ingenium quoque requiritur comparatio eorum, quæ in rebus diversis discernuntur. *Quod erat alterum.*

Duo sunt actus ad ingenium requisiti observare ea, quæ rebus insunt, & ea inter se conferre: ita enim percipitur eorum identitas, in qua similitudo consistit, & sic apparet, quatenus una assimiletur alteri. E. gr. novimus lyncem pollere visu & hominem acutum discernere in rebus, quæ ab aliis non observantur, ut videre judicetur, quæ ab aliis videri nequeunt, consequenter visu præstare aliis. Ingeniose igitur homo acutus per translationem lynceus dicitur. Similiter constat eos, qui, cum in demonstrationibus nondum diu multumque versati sint, evidentiæ sensum non habent, nimia evidentia offendi, nec ferre posse, ut demonstrentur ea, quæ absque demon-

monſtratione ipſis manifeſta videntur. Quoniam vero notum eſt, noctuas lucem diurnam ferre non poſſe, aquilam vero ipſum ſolem intueri; ideo ingenioſe illi, qui nimiam evidentiam ferre non poſſunt in demonſtrando, nec nimiam claritatem in notionum analyſi, ac diſtincta earundem explicatione, ut penitus convincantur & intelligant, quod cognoſcere debent, cum noctuis, qui vero ſummam evidentiam & claritatem affectant, cum aquilis comparantur.

§. 234.

Quoniam ad ingenium acumen requiritur (§. 233.), ad acumen vero attentio atque reflexio (§. 184.); *ad ingenium* quoque *attentio & reflexio requiritur.*

Id ulterius expenditur.

Afferenda attentio eſt ad ea, quæ in diverſis rebus eadem ſunt, ut quatenus ſibi invicem aſſimilenter videamus, veluti ad acumen viſus in lynce & acumen intellectus in homine, quando hunc lynceum dicimus, vel cum animali hoc comparamus, aut ad id, quod aquilæ viſum non confundat ſplendor ſolis, noctuæ autem oculis caliginem offundat lux diurna, & quod ſenſum evidentiæ atque claritatis nondum habentes nimia evidentia & claritate offendantur, eodem autem inſtructi ſummam evidentiam & claritatem appetant, ſi illos cum noctuis, hos cum aquilis comparare velimus. Ipſa autem comparatio fieri nequit absque reflexione, ſicuti nec abſtractio eorum, juxta quæ res invicem conferuntur, fieri poteſt (§. 257. 259. 282. *Pſych. empir.*).

§. 235.

Actus ingenii continet actum imaginationis atque memoriæ. Etenim actus ingenii in eo conſiſtit, ut rem unam alteri aſſimilemus, ſeu, quod eodem redit, ut unam cum altera comparemus, quatenus ſimilitudo quædam inter eos inter-

Adhuc ulterius expenditur.

cedit (§. 476. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum animum attendimus ad id, quod in re quadam percepta deprehendimus, vi imaginationis reproducitur idea rei alterius, in qua idem, vel quod ſaltem tale apparet, deprehenditur (§. 109. *Pſych. empir.*), & vi memoriæ recognoſcitur (§. 175. *Pſych. empir.*). Atque ita obſervamus ſimilitudinem, ob quam rem unam cum altera comparare datur. Actus igitur ingenii actum imaginationis & memoriæ continet.

Oſtendimus jam alias, ingenioſum præditum eſſe imaginatione vivace (§. 479. *Pſych. empir.*) & memoria pollere (§. 480. *Pſych. empir.*). Hic vero paulo diſtinctius expendendum erat, quomodo actus imaginationis atque memoriæ ad actum ingenii concurrant. Concurſus vero iſte ſatis manifeſtus eſt in exemplis, quæ modo dedimus (*not.* §. 233. 234.). Si obſervamus, hominem acutum in re percepta diſcernere, quæ ab alio non animadvertebantur, & ad id animum attendimus, quod ab aliis non animadverſa perſpiciat, ſeu quod videat, quæ alii videre non poterant; vi imaginationis reproducitur idea lyncis, aut, ſi mavis acuminis viſus, quam lynci tribu audivimus, & vi memoriæ ideam iſtam recognoſcimus, quatenus meminimus, nos acumen viſus lynci tribui audiviſſe. Atque hoc modo imaginatio & memoria ad actum ingenii concurrit, nec ſine actu imaginationis & memoriæ idem concipi poteſt. Patet idem eodem modo in exemplis ceteris, quæ dedimus ante (*not.* §. §. *cit.*). Facile hinc patet, ingenium non ita a natura pendere, ut ſtudio atque opera noſtra ad idem nihil conferri poſſit. Et ubi poſſibilitatem extrinſecam diſtincte concipere voluerimus, quam multa in eandem influant, ex iis, quæ demonſtravimus, colligitur. Quicquid in acumen, quicquid in attentionem & reflexionem, quicquid in actus memoriæ atque imaginationis influit; in id omne reſolvitur notio diſtincta poſſibilitatis extrinſecæ ingenii.

Quam-

Quamobrem cum oſtenderimus exercitio acquiri ac perfici attentionem, reflexionem, acumen, immo nec uno modo perfici imaginationem atque memoriam; abſonum ſane foret dubitare, immo magis adhuc abſonum foret prorſus negare, quod ingenium perinde ac habitus alii exercitio acquiratur & perficiatur. Unde vero ſit, cur alii, qui caſui exercitia iſta permittunt, facilius vel inſcii in eadem incidant, ex ſequentibus patebit.

§. 236.

Qui ingenium perficere vult, ſuper rebus quibuscunque reflectere & ea, quæ de iis cognoſcit inter ſe conferre debet. Etenim qui ſuper rebus quibuscunque reflectit, is cognoſcit, quæ iisdem conveniunt (§. 257. *Pſych. empir.*). Quodſi ergo ea, quæ de rebus diverſis cognoſcit inter ſe confert; eidem patet, quatenus res diverſæ quicquam commune habent, ſeu quæ iisdem conveniunt quodammodo eadem ſunt. Quamobrem cum in hac identitate ſimilitudo conſiſtat (§. 195. *Ontol.*), quatenus res iſtæ, aut ea, quæ de ipſis cognoſcuntur, quodammodo aſſimilentur ſibi invicem animadvertit. Quoniam itaque in facilitate id obſervandi ingenium conſiſtit (§. 476. *Pſych. empir.*), qui ingenium perficere vult, ſuper rebus quibuscunque reflectere & ea, quæ de iis cognoſcit, inter ſe conferre debet. *De modo perficiendi ingenium.*

Non ſpectatur hic accurata identitas eorum, quæ rebus inſunt, & ad ea a ſe invicem diſcernenda requiruntur, quemadmodum in ſcientiis requiritur, ubi ſimilitudo ex ipſa ejus notione demonſtranda (§. 195. *Ontol.*); ſed ſufficit, ut ea, ſecundum quæ res diverſæ inter ſe comparantur, quodammodo eadem appareant. Quamobrem neceſſe non eſt, ut acumen ante excolatur, quam de cultura ingenii cogitetur. Qua de cauſa ingenioſe dicta non rigoroſe exa-

examinanda ſunt ad normam ſcientiarum, quæ eſt demonſtratio, niſi ingenio in uſum ſcientiarum utaris, de quo mox plura dicemus. Iſta autem ſubtilitas, quæ ſupponit promptitudinem recte utendi intellectu, conſequenter ut eum perfeceris & in virtutibus intellectualibus ad ſingulas operationes intellectus ſpectantibus plurimum profeceris, exercitiis, quibus ingenium perficitur, parum convenit. Ingenium exerceri poteſt, antequam de intellectu perficiendo cogitare datur, & ſcientia rerum acquiſita. Qui enim ingenio pollet, ubi ad ſcientias progreditur & intellectum multum perfecerit, ſua veluti ſponte eodem ſcientiis convenienter uterur, & ita per eas limabitur ingenium. Aliquoties jam monuimus, id quod non ſatis inculcari poteſt, mirificum eſſe concurſum facultatum animæ ac iisdem inhærentium virtutum intellectualium in actionibus animæ determinandis, atque inde eſt, ut virtus intellectualis una continuo perficiat alteram, ubi eidem ſe comitem præbet, & per incrementa unius promoveantur incrementa alterius. Talia autem data opera perſequi, pro præſenti inſtituto & prolixum nimis, & parum conſultum videtur. Valde enim vereor fore plerosque, quos difficultas theoriæ nimis prolixæ atque ſubtilis a ſtudio Ethicæ deterreret. Nullus ex adverſo dubito fore, ut, ſi quis in Philoſophia noſtra diligentiam ſuam exercuerit, & principiis ontologicis atque pſychologicis inſtructus ea animo comprehenderit, quæ in Ethica demonſtrantur, in caſibus particularibus non infeliciter concurſum facultatum atque virtutum intellectualium uſum earundem perficientium detegat, & mutuam earum a ſe invicem dependentiam quoad diverſos gradus perfectionis animadvertat, neque ideo ſpeciali theoria habeat opus. Exempla autem particularia oſtendent, quanta ſit difficultas ſpecialem theoriam condendi, & magis conducet, ſi qui poſthac exemplis doceant, quomodo in illo concurſu detegendo ſit procedendum, ut aliorum diligentiam juvet. Ceterum quando diximus, ingenioſa dicta non exigere, ut omnia, quæ inter ſe conferuntur, accurato acumine diſcernan-

nantur, quemadmodum in ſcientiis opus eſt, id exemplo illuſtrari poteſt, quo ante uſi ſumus (*not.* §. 233.), & quo eos, qui in ſcientiis tyrones ſunt, comparantur cum noctuis, quæ lucem meridianam ferre nequeunt: etenim hic notio acuminis viſus transfertur ad acumen intellectus, non attenta diverſitate, quæ inter utrumque intercedit, in ſcientiis minime negligenda, neque cauſa, cur noctuæ abhorreant a luce meridiana, comparatur cum cauſis difficultatis, qua deterrentur tyrones ab accurata idearum evolutione & ad plenariam convictionem requiſita demonſtratione. Sane ſi ingenioſe dicta ad normam ſcientiarum exigere volueris, haud raro deprehendes, ea plus diſſimilitudinis, quam ſimilitudinis habere. Ac ideo dudum invaluit illud pervulgatum: omne ſimile eſt etiam diſſimile, & propterea inculcatum: ſimile non eſſe extendendum ultra ſuum tertium, hoc eſt, ultra id, ſecundum quod res diverſæ inter ſe comparantur, quod ut idem appareat, quatenus in notionibus confuſis acquieſcimus, ſufficit. Diverſus autem ingenii uſus, de quibus nobis dicendum, docebit, quandonam accurata ſimilitudine non ſit opus, ſed contenti eſſe poſſimus quacunque apparente, modo non pro ſimili habeantur, ubi nihil ſimilitudinis adeſſe cuivis levi attentione ſtatim patet: id enim ad aberrationes ex parte ingenii eſt referendum, & exemplis Poëtarum inter nos celebrium doceri poterat, niſi moribus noſtris conveniret, ut talia propriis oculis videnda aliis relinqueremus, atque nobis ſufficeret eorundem attentionem excitaſſe.

§. 237.

Quoniam ſuper rebus quibuscunque reflectere & ea, quæ de iis cognoſcit, inter ſe conferre debet, qui ingenium perficere vult (§. 236.), vocabula vero non modo ſunt in numero rerum ſenſibilium, quatenus viva voce prolata auditu percipiuntur tanquam ſoni, verum etiam quatenus ſunt

De ingenii exercitiis circa vocabula.

entia compoſita ex certis ſyllabis & literis, & quatenus vi ſignificatus inter ſigna locum obtinent, quæ peculiarem quandam claſſem entium conſtituunt (§. 952. *Ontol.*); *Qui ingenium perficere vult, ſuper vocabulis quoque reflectere debet, tum ut obſervet, num eorum ſonus habeat aliquid, quod convenit animo loquentis, vel rei ſignificandæ, tum ut videat, num ratio etymologica quid ſuppeditet rei ſignificandæ conveniens, tum ut appareat, num ſyllabarum diviſione, vel literarum transpoſitione prodeat vocabulum quoddam, quo indigitatur aliquid, quod rei, quæ nomine iſto indigitatur, convenit & hoc artificio inculcatur.*

Ut ea, quæ hic dicuntur, ſatis intelligantur, ſingula exemplo uno vel altero illuſtranda ſunt. E. gr. ponamus me loqui de re, quam maxime deteſtor, & animum deteſtandi ſignificare velle. Conveniunt igitur vocabula, quæ durum habent, non mollem ſonum, & quibus convenit in pronunciando vox minime accelerata, ſed in longum quaſi protracta. Admittunt vocabula in pronunciando multam vocis variationem, cui non modo literæ & earum in ſyllabis combinationes, verum etiam terminationes & accentus in hanc vel illam ſyllabam impoſitio convenit. Nemo non videt inde multa pendere in arte Oratoria, quæ de Elocutione præcipiuntur, & ad rectitudinem elocutionis faciunt. Huc etiam reſpiciendum eſt in iis, quæ de numero dicuntur & in iis linguis, in quibus liberior regnat conſtructio, quemadmodum in Latina, idem de hac quoque attendendum. Et quoniam homines naturali quodam impetu ad ea feruntur, quibus verborum copia ſupperit; ex iis haud fallacia morum indicia peti poſſunt, quæ tamen pro diverſitate circumſtantiarum modificantur, ut in numero ſignorum non ſemper eandem ſignificandi vim habeant. Obiter obſervo id ipſum, de quo jam diximus, influere in inconſtantiam loquendi, utut non unica ſit cauſa, quæ eandem peperit. Exempla ſingularia reperire licet apud Oratores, ut ad ea deſcendere neceſſe non ſit. Ad imponendum ſigni-

ſignificatum equidem non requiritur, ut nomen conveniat rei ſuæ, hoc eſt, ut in derivatione vocabuli aliquid occurrat, unde intelligi poſſit, cur id nominis rei huic impoſitum fuerit, aut ſaltem imponi potuerit; non tamen ignotum eſt nomina ſæpe convenire rebus ſuis. Ita *Feſtus* rationem etymologicam dat, quod latrones ita dicti, quia a latere adoriuntur, ac per conſequens latenter inſidiantur. Orator inde ingenio uſus, ipſum nomen prodere ipſorum aſtutiam, vel etiam propriam conſcientiam ipſis exprobrantem factum pudendum, affirmat, verborum pompa aſſertum ſuum confirmans. Huc etiam pertinet, ſi ex nominibus propriis ducatur argumentum laudis perſonarum, vel perſonæ tribuuntur, quæ ſignificatui illorum, in quo alias de rebus aliis uſurpantur, vel qui vi etymologiæ iisdem vindicatur, conveniunt. Talia conveniunt oratorio dicendi generi & ei, quod Poëtis proprium. Atque oratoribus & inprimis Poëtis tanto magis utiles ſunt iſtiusmodi ingenii luſus, quia in ipſorum foro elegantia vincit veritatem, de hac parum ſolliciti, modo illi conſulatur. Poteſt tamen quoque utile miſceri dulci absque ullo veritatis præjudicio, prouti ex ſequentibus palam fiet, quæ de uſu ingenii demonſtrabuntur. Ingenii ſane multæ ſunt partes in ipſa praxi morali, modo eodem recte uti diſcas. Rectus autem uſus addiſcendus, non ſua ſponte venit, atque idem ſupponit, ut ingenii vires poteſtati tuæ ſubjicias. Non inutiliter hic relegenda ſunt, quæ de literarum elegantiorum uſu ſupra diximus (§. 135. 136.). Sed demus etiam exemplum ingenioſe diviſionis vocabuli in ſyllabas & translationis literarum, vel inverſæ lectionis. E. gr. ſi vocabulum doctor dividatur in doc & tor, ſeu abjectis tribus literis retineatur tres ultimæ, hæ cum vocabulo germanico thor eundem ſonum fundunt, quod ſtultum ſignificat. Quamobrem cum doctoris nomen etiam a vulgo uſurpetur in noſtra lingua, quatenus certam eruditorum dignitatem denotat; diviſio iſta vocabuli pro diverſitate circumſtantiarum non uni dictioni ingenioſæ anſam dat; veluti quando loquimur de eo, quod nemo omnibus horis ſa-

piat, in lingua noſtra dicimus, doctorem ſæpius de nomine ſuo nonniſi tres literas poſtremas retinere. Similiter vocabulum germanicum Maul, quod os ſignificat, ſi inverſe legatur, prodit Latinum *luam*: quæ inverſa lectio ingenioſe transfertur ad redarguendum eos, qui per inconſiderantiam ea loquuntur, quibus aliorum inimicitiam, vindictam, vel animadverſionem in ſe provocant. Contingit ſicuti in hoc, ita in caſibus aliis bene multis, ut iſtiusmodi artificiis doctrinæ momentoſæ memoriæ firmiter infigantur, & ad eas ſtimulus quidam occultus accedat, quatenus notioni eidem reſpondenti peregrini quid admiſcetur ad incitandum appetitum, tanto utilior, quanto minus attenditur, unde veniat, utpote nonniſi per tacitum facultatum animæ concurſum explicabilis. Anagrammata vero, quæ per literarum transpoſitionem veniunt, recte ad ingenium referri, quia ſignificatus vocabuli, vel complexionis verborum, per transpoſitionem literarum prodeuntis applicatur ad eam perſonam, vel rem, cujus nomen, vel prædicatum per literarum transpoſitionem immutatum fuit: in qua applicatione utique ſupponitur aliquid ſimilitudinis, vel fingitur, quatenus ſignificatus anagrammatis ineſſe ſumitur verbis, quorum literæ transponuntur. *Maro* per anagramma amor eſt. Cum Maro cognomen *Virgilii* ſit, anagramma ingenioſe eundem ſiſtit ob præclara carmina amore dignum.

§. 238.

De ingenii uſu in fingendo.

Ingenii uſus eſt in fingendo. Quando enim fingimus, quod non eſt, id fingitur ad ſimilitudinem eorum, quæ ſunt. Quamobrem cum ingenium obſervet ſimilitudinem, quæ inter res intercedit (§. 476. *Pſych. empir.*), conſequenter etiam ejus vi alia ad ſimilitudinem aliorum componimus; ingenii uſus utique eſt in fingendo.

Per-

Pertinent huc hiſtoriæ fictæ, quas olim Mileſias, nunc Romanenſes fabulas vocant. Etſi enim vulgo obtinuerit, ut iſtiusmodi fabulæ ſint ludicræ atque laſcivæ, ac ideo ſignificatus mileſiarum ad has reſtringatur, non tamen neceſſe eſt, ut hiſtoriæ fingantur ſaltem de rebus ludicris atque laſcivis, ſed fingi etiam poſſunt ac utiliter finguntur de rebus ſeriis, immo maxime arduis, quibus virtutis amor, vitiorum odium animis lectorum inſtillatur, & prudentia inculcatur atque ſtultitia hominum veluti in imagine conſpicienda ſiſtitur. Atque hæ fabulæ Romanenſes maxime ſunt commendandæ & ad praxin moralem plurimum afferunt adjumenti. Facile autem intelligitur, iſtiusmodi fabularum conditores gloria maxime excellere, ſi ingenio plurimum præſtant, ne ſcilicet quicquam fingatur niſi ad ſimilitudinem eorum, quæ fieri poſſunt: id quod inprimis obſervandum rigidius, ſi in uſum moralem, quemadmodum fieri debet, conduntur. Fictiones, quæ ingenium minime ſapiunt, abſurdæ ſunt, quæ nec delectant, nec proſunt. Ingenio autem abutitur, qui fabulis Romanenſibus non ſolum laſciviam, ſed & alia vitia lectoribus commendat.

§. 239.

Quoniam ingenii uſus eſt in fingendo (§. 238.), fabula autem expoſitio facti cujusdam ficti eſt (§. 302. *part. 2. Phil. pract. univ.*); *ad componendas fabulas ingenium requiritur.* Idem quoque inde patet, quod, quæ in fabula finguntur, ſimilitudinem habere debeant cum iis, quæ docet (§. 308. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Similitudinem enim obſervare, conſequenter etiam alia ad ſimilitudinem aliorum componere, utique ingenii eſt (§. 476. *Pſych. empir.*).

De ingenio ad fabulas componendas requiſito.

De fabulis abunde diximus in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis (§. 302. *& ſeqq. part. 2. Phil. pract. univ.*),

ibidemque jam oſtendimus, fabularum inventores ingenioſos eſſe debere (§. 311. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Hic tamen uſus in condendis fabulis inculcandus denuo erat, quoniam is ad motiva excolendi ingenium pertinet, de quibus in Ethica agendum (§. 14.). Fabulas rationales diximus, ſi ſubjectis tales tribuuntur actiones & paſſiones, qualium ſunt capaces, ſeu in genere talia prædicata, quæ ipſis convenire poſſunt (§. 303. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem fabulæ Romanenſes, de quibus ante diximus, & quas ultra communem loquendi uſum extendimus (*not.* §. 238.), ad fabulas rationales referendæ. Et quamvis plerumque narrationes, quæ fabularum nomine inſignimus, ſint breves, & nonniſi circa factum unicum, aut negotium verſentur, quales ſunt æſopicæ; cum tamen majus & minus non varient ſpeciem, prolixitas minime obſtat, quo minus fabulæ Romanenſes cum aliis rationalibus ad formam æſopicarum compoſitis in eundem cenſum referantur. In fabulis rationalibus fingitur homo ad ſimilitudinem aliorum, quos vel olim extitiſſe novimus, vel hodienum exiſtere obſervamus, & ei tribuimus actiones, quales ab iisdem patratas fuiſſe, vel hodienum patrari conſtat: immo & eventus iſtiusmodi fingimus, quales facta hominum conſequi ſolent.

§. 240.

De differentia ingenii.

Ingenium acutum dicitur, quod cum acumine minime vulgari conjungitur, ac ideo *pro diverſis acuminis gradibus & ipſum diverſos gradus admittit.* Unde & *ſubtile* vocatur *ingenium*, quando ſubtile fuerit acumen, quod idem comitatur. Opponitur autem *Ingenio vulgari*, quod acutum non eſt, conſequenter ad cujus actum ingenium minime vulgare non concurrit.

Oſtendimus ſuperius, ſine acumine aliquo nunquam eſſe ingenium (§. 233.). Aſt cum acumen multos admittat gradus,

dus, non ſtatim ingenium acutum appellatur, niſi inſignis quidam acuminis gradus adſit, qui non promiſcue competit ingenioſis omnibus. Quo rarior eſt gradus acuminis, eo magis ingenium acutum dici meretur. Qui igitur de ingenio acuto & ſubtili judicium ferre vult, is gradus acuminis æſtimare norit neceſſe eſt. Gradus acuminis æſtimantur ex iis, quæ actu diſcernuntur, prouti vel facilius, vel difficilius obſervantur, ac inprimis eosdem produnt abſtracta, quo minus, vel magis generalia ſunt, eaque magis, vel minus latent ſub aliis, quæ in ſenſus incurrunt, quaſi ſepulta, prouti ſatis apparet ex iis, quæ in anterioribus de acumine demonſtrata & prolixe annotata fuerunt. Quamobrem fieri poteſt, ut, qui ingenio excellit, non ſolum careat ingenio acuto, præſertim ſubtili; verum etiam de ingenio acuto & ſubtili certum judicium ferre nequeat. Ingenium vulgare vix extenditur ultra ea, quæ in ſenſus incurrunt, & haud raro per errorem confuſe percepta pro iisdem habet, licet revera ſint diverſa, atque ad notiones diſtinctas confuſarum evolutione reducta talia deprehendantur, quo facto acutis non amplius ingenioſa apparent. Ea de cauſa fieri quoque poteſt, ut acumine vulgari excellens ingenioſa non agnoſcat, quæ acumen valde acutum & inprimis ſubtile ſupponunt. Oratores atque Poëtæ plerumque nonniſi vulgari acumine pollent, quod fini ipſorum ſufficit. Ingenioſis nimirum dictionibus rerumque, de quibus loquuntur, repræſentationibus Oratores intendunt, ut perſuadeant, Poëtæ vero, ut delectent. Iisdem igitur potiſſimum negotium eſt cum hominibus, quibus vel deficit acumen ad accurate omnia a ſe invicem diſtinguenda, & quorum aſſenſus ab appetitu & averſatione pendulus eſſe ſolet, vel qui acumine uti nolunt. Enimvero quamvis acumen vulgare vix ac ne vix quidem extendatur ultra ea, quæ ſub ſenſum cadunt; non tamen acumine ſaltem vulgari ſemper utitur, qui ob ſimilitudinem, quæ ſenſui patet, res diverſas inter ſe comparat. Etenim non ſaltem acumine uti poteſt, quatenus apparentem a vera diſtinguit, ut ſimilitudo notione quadam de-

ter-

terminata ſit explicabilis, quæ rebus inter ſe collatis ex æquo competit, citra ullam nimirum immutationem; ſed & prouti ſimilitudo major præfertur minori, ubi plures comparationes inſtitui poterant.

§. 241.

De medio acquirendi ingenium acutum & ſubtile.

Quoniam ingenium acutum non concipitur ſine acumine, nec ſubtile ſine acumine ſubtili (§. 240.); *Qui ingenium acutum, ac inprimis ſubtile acquirere vult, acumen perficere atque inprimis operam dare tenetur, ut acquirat acumen pervidendi abſtracta in concretis* (§. 206.).

Patet a poſteriori, eos, qui acumine deſtituuntur, aut parum idem perfecerunt, ingenium nonniſi vulgare habere, ita ut haud raro acutioribus ridiculum videatur, quod ipſis & ſui ſimilibus valde ingenioſum videtur. Immo inde eſt, ut, quibus ipſi admodum delectantur, ex iis acutiores nihil voluptatis percipiant. Non alia ſane de cauſa admodum variat guſtus in iis, quæ ingenioſa dicuntur: immo contingit, ut acutioribus nauſeam moveant, quæ tanquam maxime ingenioſa prædicantur ab aliis & neſcio cujus ſublimitatis elogio condecorantur, atque mirifice placent. Quodſi itaque ingenium acutum ac ſubtile in uſum ſcientiarum & artis inveniendi acquirere volueris, & ut acumen vulgare recte moderari diſcas; acumini perficiendo omnem operam impendas neceſſe eſt, & eodem in exercendo ingenio utendum.

§. 242.

Quid ſit reductio ad ſenſum communem.

Reductio veritatum univerſalium *ad ſenſum communem* eſt actus intellectus, quo notiones eorum, quæ a ſenſu remota ſunt, per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ob ſimilitudinem animo ingenerantur. Quoniam intellectus miniſterio facultatum cognoſcendi inferiorum & interme-

mediarum (§. 14); *a reductione ad ſenſum communem non excluduntur actus facultatum cognoſcendi inferiorum, ſenſuum ſcilicet, imaginationis atque memoriæ, & facultatum intermediarum, attentionis ſcilicet & reflexionis.*

Reductio hæc maximæ utilitatis eſt, cum rerum captu difficilium, cognitu tamen maxime neceſſariarum notitia rudi vulgo atque iis, qui ea in re vulgo non altius ſapiunt, hoc artificio aperiatur. Illuſtria hujus reductionis exempla nobis ſuppeditat Chriſtus, qui hoc modo dogmata ardua tam theoretica, quam practica ad captum vulgi reduxit. Ita animum ab omni vindictæ cupidine inculcaturus *Matth.* V. 39. dicit: Si quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe ei & alteram. Qui enim caſum hunc ſibi repræſentat & attentionem ſuam dirigit in animum, qualis in eodem eſſe debeat, is notionem animi ab omni vindictæ cupidine alieni habet, adeo nimirum procul ab eadem remoti, ut nihil inſit, quod amori inimicorum repugnet: quemadmodum fuſius expoſui in Horis ſubſecivis A. 1729. trim. brum. n. V. Similiter conſtat, nos ad præſtanda officia humanitatis aliis promptos eſſe debere. Promptitudinis hujus notionem Chriſtus ingenuit rudi plebi *Matth.* V. 41. his verbis: Quicunque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo. Si quis enim verba iſta eodem modo expendere velit, quo in Horis ſubſecivis l. c. in verborum anteriorum vim & poteſtatem inquiſivimus: is animadvertet, notionem promptitudinis præſtandi officia humanitatis nulla ex parte deficientem ingigni. Ad promptitudinem agendi, quæ ad officiorum exercitium requiritur, pertinet conſtantia voluntatis, ab eadem prorſus inſeparabilis (§. 328. *part. 1. Phil. pract. univ.*): voluntas vero tum demum conſtans eſt, quando nil quicquam a propoſito noſtro nos dimoveri patimur (§. 1062. *part. 1. Theol. nat.*). Conſtat præterea, officia erga alios præſtari debere cum ſenſu officii tanquam naturaliter debita, ita ut ipſa obligatio, quæ a lege na-

nach Hilli. ad Inst. Justin. Lib. II. tit. 1. num. 34. p. 108. Ed. Lips. 1727. 8. Ein Grundstück, welches einem Andern zu Lehen gegeben worden, kann nicht verpfändet werden, weil es nicht in des Vasallen Eigenthum steht

tamen non prorſus inutile eſt. Conducit enim ad notionum claritatem, quæ non modo omnem obſcuritatem prorſus arcet, ſi quid obſcuri forſan iisdem adhuc inſit, ſed etiam omnem dubitationem tollit, quæ in caſibus emergentibus ſubinde ſubnaſci poterat, ubi ſenſus certitudinis diuturnitate temporis quodammodo langueſcit, ſicque aſſenſum immotum ſervat, ac præterea haud parum confert, ut memoria facilius retineantur.

§. 243.

Ad reductionem ad ſenſum communem requiritur ingenium, idque acutum, immo pro re nata ſubtile. Reductione enim ad ſenſum communem notiones eorum, quæ a ſenſu remota ſunt, animo ingenerantur per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ob ſimilitudinem, quam illa cum his habent (§. 242.). Quamobrem cum ingenii ſit obſervare rerum ſimilitudines (§. 476. *Pſych. empir.*); ad reductionem ad ſenſum communem requiritur ingenium. *Quod erat primum.* *Quale ingenium ad illam requiratur.*

Enimvero ſi quis ſimilitudinem inter ea, quæ a ſenſu remota ſunt, & res ſenſibiles animadvertere vult, is in rebus, quas inter ſe comparat, diſcernere debet, quæ eadem ſunt (§. 195. *Ontol.*), ut ſub notione abſtracta communi repræſentari poſſit id, in quo ſibi invicem comparantur (§. 282. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum ea diſtinguere acuminis ſit (§. 332. *Pſych. empir.*); in reductione ad ſenſum communem acumen minime vulgare ad ingenium, ſine quo ea non concipitur, *per demonſtrata n. 1.*, accedit (§. 242.). Ingenium autem acutum eſt, quod cum acumine minime vulgari conjungitur (§. 240.). Ad reductionem

igitur ad ſenſum communem requiritur ingenium acutum. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum ea, quæ a ſenſu remota ſunt, talia eſſe poſſint, quæ non ſine ſubtili acumine cognoſcuntur (§. 205.), ac tum inprimis etiam ſubtili acumine ſeparandum ſit in rebus ſenſibilibus, quod cum iisdem idem eſt, conſequenter has illis aſſimilat (§. 195. *Ontol.*); ideo pro re nata acumen, quod ingenium comitatur *per demonſtrata n. t.* ſubtile eſt. Quamobrem cum ſubtile ſit ingenium, quando acumen fuerit ſubtile (§. 240.); ad reductionem ad ſenſum communem pro re nata ingenium ſubtile requiritur. *Quod erat tertium.*

In reductione ad ſenſum communem ingenium acutum ubivis elucet, ſi exempla rite expendamus, animum nimirum attendentes ad concurſum facultatum animæ & in eo diſcernentes ſingulos actus, quibus ea perficitur, non vero ad res obvias, per quas notio rerum a ſenſu maxime remotarum ingeneratur. Ingenii vires non æſtimandæ ſunt ex rebus obviis, quarum ope notio eorum, quæ a ſenſu remota ſunt, ingignitur, prouti nimirum iſtæ cognitu faciles, immo facillimæ ſunt, ac propterea in vulgus notæ; ſed ex actibus facultatum animæ ad eruendam notionem, qua res obvia aliam a ſenſu admodum remotam repræſentat. Quodſi quis parabolam ſeminantis, ad quam ante provocavimus, eo modo expendere voluerit; is abunde convincetur, quantum acuminis requiſitum fuerit, ut diverſitas effectuum verbi divini pro diverſitate ſubjectorum intelligibilis efficeretur per diverſitatem fructificationis ſeminis pro diverſitate agrorum. Plures ſunt notiones abſtractæ, quæ ad hanc reductionem ducunt. Neque enim hic quæritur de uſu facultatum, qui ad intelligendum a ſenſu remota per res obvias, ad quas reducuntur, re-

requiritur, ſed de eo, ſine quo reductio iſta fieri non potuit. Ingenium acutum atque ſubtile eſt reducentis, non reductæ intelligentis. Hac reductione non aliud intenditur, quam facilitas intelligendi, qua conſulitur imbecillitati eorum, quorum captum a ſenſu nimis remota tranſcendunt. Quoniam vero parabola ſeminantis prolixior eſt, quam ut tanquam ſpecimen reductionis ad ſenſum communem hic conſiderari poſſit, & quomodo ingenium acutum atque ſubtile prodat oſtendi; demus exemplum aliud. In parabola zizaniorum *Matth.* XIII. 29. *& ſeqq.* ad ſenſum communem reducitur ardua & plerorumque captum tranſcendens doctrina de permiſſione mali, quæ tot ac tantas diſceptationes peperit inter eruditos, dum paterfamilias noluit a ſervis eradicari zizania, ne ſimul cum eis eradicaretur triticum, *v.* 29. Ita nimirum notio nexus malorum cum bonis in ſerie rerum tanquam permiſſionis cauſæ ingeneratur animo per radicum tritici & zizaniorum implicationem, ut, quemadmodum zizania evelli nequeunt, niſi una eradicetur triticum, ita quoque malum ex ſerie rerum tolli nequeat niſi ſublatis ſimul bonis. Nexus rerum in hoc univerſo, qui obſtat, quo minus ex hac rerum ſerie tollantur mala, captum plurimorum tranſcendit: neque enim ignotæ ſunt controverſiæ nuper de eo agitatæ tanta animi acerbitate, ut ad quaslibet vexas mihi creandas jus ſibi eſſe arbitrarentur, qui eundem oppugnabant. Radicum vero implicatio, quæ obſtat, quo minus zizania, quæ inter triticum excreverunt, eradicentur, nexum bonorum cum malis in hac rerum ſerie non diſſolvendum vulgo maxime imperito intelligibilem facit. Non neceſſe eſt, ut multis demonſtremus ad nexum rerum in univerſo ac ideo malorum & bonorum agnoſcendum requiri acumen, & ad inveniendum in rebus maxime obviis aliquid, quod eidem aſſimilatur, non minore acumine opus eſſe. Qui ergo huc animum adverterit, is de acumine acuto, immo ſubtili in repræſentatione nexus malorum atque bonorum per implicationem radicum zizaniorum & tritici tanquam cauſæ permiſſionis mali dubitare haudquaquam poterit. Quam-

vis vero reductio hæc ad ſenſum communem tantummodo faciat ad intelligendum nexum malorum cum bonis indivulſum in hac ſerie rerum, non autem eundem probet; attentionem tamen excitat intelligentis ad perſpiciendum eundem in caſibus particularibus, in quibus dependentia boni a malo comparet, quæ alias obſervationi ipſius ſe ſubduxiſſet, & hoc modo in perſuaſionem influit. Præterea quoque iſta reductio inſinuat malum, cujus nos cauſa non ſumus, permittendum eſſe, ne impediatur bonum. Probe autem hic notandum nexum malorum cum bonis in univerſo & implicationem radicum zizaniorum & tritici in agro repræſentari notione generali communi rerum indivulſo nexu cohærentium, quarum una tolli nequit ſalva altera. Ita nimirum intelligitur, quid ſibi velit in reductione ad communem ſenſum notio generalis communis, juxta quam id, quod ad ſenſum communem reducitur, & res ſenſui obvia, per quam illius notio ingeneranda, ſibi invicem aſſimilantur. Iſta notio cum revera ſit lux mentis, ſine qua ſimilitudinem ad reductionem neceſſariam videre minime licuiſſet, ingenium acutum in eadem abunde probat. Inde quoque eluceſcit, qui de acumine, quod ad ingenium in reductione ad ſenſum communem accedit, judicare vult, immo ipſam ſimilitudinem, qua nititur reductio, intimius perſpicere; eundem notionem generalem, quam diximus, facta rerum collatione abſtrahere debere: id quod omnino præſupponit acumen pervidendi abſtracta in concretis, pro re nata nunc majoris, nunc minoris gradus. Multa non inutilia de hac reductione dici poterant, ſi de ea ex inſtituto ageremus: ſed ea aliis, qui acumen atque ingenium ſatis excoluerunt, inquirenda relinquimus.

§. 244.

De modo acquirendi potentiam rebus quibuscunque vulgaribus notiones generales abſtrahere debet.

Cui reductio ad ſenſum communem curæ cordique eſt, is a re-

Etenim qui a rebus quibuscunque vulgaribus notiones gene-

ra-

rales abſtrahit, cum eædem contineant ea, quæ cum rebus aliis communia habent (§. 234. *Ontol.*), is facile animadvertit, quando notio eorum, quæ a ſenſu remota ſunt, ingigni poſſit per ideas rerum maxime vulgarium. Quamobrem quia reductione ad ſenſum communem eorum, quæ a ſenſu remota ſunt, notiones per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ingenerantur (§. 240.); cui reductio ad ſenſum communem curæ cordique eſt, is a rebus quibuscunque vulgaribus notiones generales abſtrahere debet.

ducendi dogmata captu difficilia ad ſenſum communem.

Exemplo parabolæ zizaniorum propoſitio præſens illuſtratur. Obvia experientia docemur, triticum ſimul cum zizaniis eradicari, ſi radices tritici radicibus zizaniorum implicentur. Qui notiones generales a ſingularibus abſtrahere adſuevit acumine pervidendi abſtracta in concretis uſus, inde abſtrahit notionem generalem rerum ita inter ſe connexarum, ut una ſalva altera tolli nequeat. Quodſi ergo nexum rerum omnium in univerſo, conſequenter malorum cum bonis agnoſcit; vi notionis illius abſtractæ reminiſcitur zizaniorum inter triticum creſcentium. Ex ſuperioribus conſtat, acumen perfici, ſi ſuper rebus quibuscunque reflectere adſueſcimus (§. 201.), ac inprimis abſtractione notionum univerſalium acumen pervidendi abſtracta in concretis acquirimus (§. 336. *Pſych. empir.*), immo & acumen ſubtile (§. 206.). Quamobrem dum acumen eo modo perficere ſtudemus, una apti efficimur ad reductionem veritatum univerſalium ad ſenſum communem. Et hæ ipſæ abſtractiones reductionem ad ſenſum communem magis poteſtati noſtræ ſubjiciunt: id quod ut fiat, tanto magis curandum, quanto utilior eſt iſta reductio.

§. 245.

Cui reductio ad ſenſum communem curæ cordique eſt, is rerum omnium vulgarium notitiam ſibi comparare debet. Qui enim re-

Idem ulteriorus expenditur.

reductionem ad ſenſum communem curæ cordique habet, is rerum a ſenſu maxime remotarum notiones per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ob ſimilitudinem animo ingenerare intendit (§ 242.). Quoniam id fieri nequit, niſi rerum vulgarium atque eorum, quæ de iis in vulgus nota ſunt, notitiam habeat; ideo neceſſe eſt, ut eandem ſibi comparet.

Vulgarium notitia vulgo contemnitur ab iis, qui ſupra vulgus ſapere ſtudent, quaſi vulgo relinquenda. Neglectus ille impedit, quo minus ea, quæ captum non ſolum vulgi, ſed aliorum quoque tranſcendunt, ad ſenſum communem reducantur. Reductio iſta cum manifeſta utilitate ſe commendet, nec rerum vulgarium notitia contemnenda. Dantur adhuc rationes aliæ, cur ea non contemnenda ſit, ſed quas hoc in loco urgere parum conveniens videtur.

§. 246.

De reductione veritatum moralium ad ſenſum communem.

Veritates morales ad ſenſum communem reducendæ. Quilibet enim homo obligatur ad virtutem omnem colendam & vitia omnia fugienda (§. 278. *part. 1. Jur. nat.*). Quamobrem noſſe debet ea, quæ ad virtutum culturam, vitiorum fugam cognitu neceſſaria ſunt. Enimvero cum non omnes veritates morales a quovis facile capi poſſint; ideo quam maxime opus eſt, ut earum notiones per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ob ſimilitudinem animis hominum ingenerentur. Quoniam itaque in eo reductio ad ſenſum communem conſiſtit (§. 242.); veritates morales ad ſenſum communem reducendæ ſunt.

Chriſtus, cum rigorem legis naturæ adverſus corruptelas Phariſæorum vindicaret ipſique negotium cum plebe imperita eſſet, cujus captum is tranſcendebat, veritates morales maxi-

me

me arduas & ſcitu omnibus neceſſarias ad ſenſum communem reduxit, ut ideo hujus reductionis exempla illuſtria in ſcriptis Evangeliſtarum reperiamus: ad quæ intime inſpicienda ſi acumen afferatur, quomodo reductio iſta fieri poſſit, inde diſcimus. Dedimus exempla inde hauſta in anterioribus, quale eſt reductio animi ab omni cupidine vindictæ alieni (*not.* §. 242.) & promptitudinis præſtandi officia humanitatis ad ſenſum communem (*not.* §. *cit.*). Huc etiam pertinet parabola zizaniorum (*not.* §. 243.), quatenus continet rationem & cautionem in tolerandis malis attendendam. Similiter Apoſtolus influxum pravorum exemplorum in mores hominum ad ſenſum communem reduxit, dum ea comparavit cum modico fermento totam maſſam corrumpente, 1. *Cor.* V. 6. 7. In praxi inprimis morali, quemadmodum jam ex iis intelligitur, quæ in parte altera Philoſophiæ practicæ univerſalis demonſtrata ſunt, veritates maxime arduæ ac cognitu omnibus neceſſariæ occurrunt, quæ tamen non ſunt ad omnium captum. Eas igitur ad ſenſum communem reduci non utile ſolum, verum etiam prorſus neceſſarium eſt. Nobis propoſitum eſt ſcientiam moralem tradere, ac ideo praxis moralis ex uſu facultatum humanarum demonſtranda (§. 5.). Reductionem igitur ad ſenſum communem aliis relinquimus. Supponit utique hæc reductio veritatum moralium notitiam, quæ quo magis exaſciata fuerit, eo felicius illa fieri poteſt. Aliud igitur eſt veritates morales demonſtrare, ut penitus intelligantur & plena convictione iisdem aſſenſus præbeatur; aliud vero easdem ad captum vulgi & eorum omnium, quorum captum demonſtrationes tranſcendunt, componere, ut eas intelligant, qui intellectum non ita perfecerunt, ut ad ſcientiam apti ſint. Reductionem ad ſenſum communem non fert ſyſtema, in quo veritates univerſales continuo nexu copulantur, ut pleniſſima luce fulgeant, nec in claritate notionum, & evidentia veritatis quicquam deſiderari poſſit. Et quamvis in annotationibus, quæ in ſyſtemate demonſtrantur, ad ſenſum communem reduci poſſe videantur; quo minus tamen id fiat non mo-

do prolixitas obſtat, ſed nec commode utriqúe labori una vacare licet; cum diverſus prorſus ſit facultatum animæ in utroque uſus. Antequam vero de reductione veritatum moralium cogitemus, ne in ejus rectitudine quicquam deſideretur, neceſſe eſt ut ipſæ veritates morales intime perſpiciantur, ne notiones earundem ullo defectu laborent: id quod non aliter niſi in ſyſtemate veri nominis fieri poteſt. Philoſophus agit, quod ſuum eſt, parum ſollicitus, num ea, quæ demonſtrat, ſint ad captum hujus, vel illius, cum non detur via regia ad ſcientiam. Non tamen propterea contemnit id, quod aliorum eſt, & facem præfert aliis, ut rectius agant quod ſuum eſt & num reductio ad ſenſum communem recte facta fuerit, ipſe competens judex eſt, cum ex uſu facultatum animæ rectitudo demonſtranda ſit. Nullum ſane dubium eſt, quin philoſophus qui veritatum moralium ſcientia excellit, de reductione ad ſenſum communem a Chriſto facta multo accuratius judicare poſſit, quam alii, qui confuſas ſaltem, aut minimum non ſatis evolutas illarum notiones habent, & acumine ſuo in eadem diſcernere, quæ aliorum oculis ſubducuntur. Qui novit, quid ſit acumen pervidendi abſtracta in concretis, & quibus notionibus directricibus juvetur; is de eo, quod aſſerimus, minime dubitabit. Ceteris ſatisfaciunt exempla, qualia dedimus in Horis ſubſecivis. Immo dudum obſervatum eſt a Theologis acutis, philoſophum verba ſcripturæ rimantem plura videre, quam alium perſpicillis ejus deſtitutum.

§. 247.

De ingenio acuto ad figuras hieroglyphicas fingendas requiſito.

Ingenium acutum requiritur ad figuras hieroglyphicas fingendas. Figuræ enim hieroglyphicæ repræſentant phantaſmata ſignificatum hieroglyphicum habentia (§. 157. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum phantaſma ſignificatum hieroglyphicum habens componatur, ſi ita componitur, ut per ſimilitudinem partium conſtitutivarum cum de-

determinationibus rei cuidam intrinsecis hæ ex istis colligi possint (§. 152. *Psych. empir.*); qui figuras hieroglyphicas effingere vult, non modo ea, quæ repræsentari debent, accurate a se invicem discernere, verum etiam eorundem similitudinem cum rebus aliis in sensum incurrentibus observare tenetur. Quoniam itaque hoc ingenii (§. 476. *Psych. empir.*), illud acuminis est (§. 332. *Psych. empir.*), ingenium autem acutum est, quod cum acumine conjungitur minime vulgari (§. 240.); ad figuras hieroglyphicas fingendas ingenium acutum requiritur.

De figuris hieroglyphicis alias egimus, cum facultatem fingendi explicaremus (§. 151. *& seqq. Psych. empir.*): sunt enim fictionum quoddam genus. Quamobrem cum in superioribus in genere ostenderimus, non sine ingenio fingi (§. 238.); inde jam inferri poterat, ad figuras hieroglyphicas componendas ingenium requiri. Clarius tamen id perspicitur & evidentius patet veritas, si ex ipsa notione figurarum hieroglyphicarum idem demonstretur, quemadmodum hic a nobis factum. Repræsentationum hieroglyphicarum exempla jam alibi dedimus (*not.* §. 151. 156. *Psych. empir.*), & ipsum Deum per figuras hieroglyphicas repræsentari posse ostendimus (§. 91. *part. 1. Theol. nat.*), utut nulla ejus imago pingi, aut sculpi possit (§. 90. *part. 1. Theol. nat.*), ac Dei per figuras hieroglyphicas repræsentationem legi naturæ non repugnare, sed nobis permissam esse demonstravimus (§. 1263. *part. 1. Theol. nat.*). Noto notius est, virtutes quoque atque vitia hieroglyphice repræsentari posse. Figuræ hæ, si rite fuerint compositæ, cum aptæ sint ad ea memoriæ firmius imprimenda, quæ de virtutibus atque vitiis tenenda; novus hinc ingenii usus in moralibus elucet. Quamvis itaque non probemus, ut veritates multo præsertim acumine detectæ figurarum hieroglyphicarum involuero tegantur, ne ad quorumlibet notitiam pervenire possint, quemadmodum

Ægyptiis olim in uſu fuiſſe fertur; figuras tamen hieroglyphicas magni facimus, quatenus veritates, quas familiares experiri debemus, memoriæ ita infigunt, ut eidem tenacius inhæreant, & omnium, quæ de re quadam tenenda ſunt, facile ſimul reminiſcamur. Repræſentationibus hieroglyphicis affinia ſunt *Emblemata*, quæ dici ſolent, & ſunt imagines ingenioſæ ad aliquid ſignificandum aptatæ, ad quarum ſignificatum ducit lemma adſcriptum. Sed de his ut ſigillatim dicamus, opus non eſt: ſatis enim ſuperque notum ad eas effingendas ingenium acutum requiri, & eas improbari, nec placere, ſi ingenioſæ non ſint, ſeu nullum ſapiant ingenium, nec ullum in iis notetur acumen inventoris.

§. 248.

Quando ingenium acutum requiratur ad expectationem caſuum ſimilium.

Ingenium acutum requiritur ad expectationem caſuum ſimilium, ſi ea rationi æquipollere debeat. Etenim ſi expectatio caſuum ſimilium rationi æquipollere debet, caſus præſens revera ſimilis eſſe præterito, non tantummodo ex parte ſimilitudo quædam deprehendi debet (§. 507. *Pſych. empir.*), conſequenter circumſtantiæ omnes, quæ concurrunt, non tantum aliquæ eædem ſint neceſſe eſt (§. 180. *part. 2. Phil. pract. univ.* & §. 195. *Ontol.*). Quamobrem cum ſimilitudinem obſervare ingenii (§. 476. *Pſych. empir.*), circumſtantias rite diſcernere acuminis ſit (§. 332. *Pſych. empir.*), ingenium vero acutum, quando cum acumine minime vulgari conjungitur (§. 240.); ad expectationem caſuum ſimilium acutum requiritur ingenium, ſi ea rationi æquipollere debeat.

Expectatio caſuum ſimilium magnum principium eſt directionis actionum humanarum, quia homines in agendo utplurimum empirici ſunt (§. 502. 503. *Pſych. empir.*) & alias jam oſtendimus ad eam apprime neceſſariam eſſe accuratam caſuum determinationem (§. 213. *part. 2. Phil. pract. univ.*).

Ma-

Maximi igitur fieri debet uſus, quem in expectatione caſuum ſimilium præſtat ingenium acutum. Quamobrem qui ardua negotia tractant, cum deficiente theoria empirici eſſe teneantur in agendo, inprimis operam dare debent, ut acumen & ingenium quantocunque ſtudio perficiant, ſicque ingenii acuti participes fiant.

§. 249.

De meditationibus caſualibus & quando eædem ingenioſæ.

Medtiationes caſuales ſunt, quarum objectum nobis in memoriam revocamus per ea, quæ jam ſenſu percipimus, vel eſt res ipſa caſu ſenſu percepta. Quodſi ergo id fiat per ſimilitudinem, quam res ſenſu percepta cum objecto meditationis habet, cum ſimilitudinem obſervare ingenii ſit (§. 476. *Pſych. empir.*); *meditationes caſuales ſunt ingenioſæ, ſi quod jam ſenſu percipitur & objectum meditationis ſimilitudinem quandam habeat, ſeu illa huic in aliquo aſſimiletur.*

Notum eſt, quod *meditari* dicamur, quando actibus animæ internis ad facultatem cognoſcitivam potiſſimum ſpectantibus vacamus. Quando igitur caſu incidimus in meditationem de re quadam, de qua non cogitaſſemus, niſi hæc jam ſenſu perciperemus; meditatio caſualis eſt. Fieri equidem poteſt, ut habeamus intentionem generalem meditandi de eo, quod nobis in memoriam revocare dabitur vi eorum, quæ ſenſu a nobis percipientur; non tamen nobis eſt intentio in ſpecie meditandi de hoc objecto, cujus cogitatio mentem noſtram ſubit, dum animum ad rem nunc ſenſu perceptam attendimus & ſuper ea reflectimus. Quemadmodum enim ignoramus, quænam nobis in ſenſum incurſura ſint, & caſu eadem offerantur, immo nec ſemper voluntate noſtra determinatur attentio ad hoc, quod cum aliis ſimul percipitur, aut ad quidpiam, quod eidem ineſt; ita etiam id, quod nobis in memoriam venit, prævideri non poterat, nec poſita per-

ceptione præſente in arbitrio noſtro erat hoc potius, quam aliud in memoriam revocare. Aliud vero eſt, num res ipſa ſenſu nunc percepta tanquam pars contineatur in perceptione aliqua præterita totali; an res alia, quæ in uno vel altero rei ſenſu percepræ aſſimilatur. Atque ideo non omnes meditationes caſuales ingenioſæ ſunt. Per ſe autem patet, ſi res ipſa caſu ſenſu percepta ſit objectum meditationis, hanc ingenioſam non eſſe, quatenus ad caſum non concurrit ingenium, ut de ea meditemur. Aliud nimirum eſt, num caſus per ſe det meditandi occaſionem, an nonniſi ingenio concurrente meditationem provocet. Sunt autem meditationes caſuales longe utiliſſimæ, tum quatenus nos ducunt ad multorum cognitionem, quæ alias ignoraremus, aut ſaltem non eadem facilitate acquireremus; tum quatenus praxin moralem mirifice juvant.

§. 250.

De meditationibus caſualibus moralibus.

Quoniam in meditationibus caſualibus ingenioſis per ſimilitudinem ejus, quod nunc ſenſu percipitur, cum alio, quod ante cognovimus, hoc in memoriam revocatur (§. 249.); *ſi objectum quoddam morale, quod cum re quadam hic & nunc ſenſu percepta quandam ſimilitudinem habet, occaſione eorum in memoriam nobis revocare adſueſcimus, meditationes caſuales ad praxin moralem utiles ſunt.* Et quia ad ſimilitudinem requiritur notio quædam generalis rebus, quæ inter ſe comparantur, communis (§. 195. *Ontol.*); *qui meditationibus caſualibus ingenioſis adſueſcere vult, a rebus ſenſibilibus quibusvis notiones generales abſtrahere debet*, & ut occaſione earum meditationibus caſualibus moralibus locus fiat, *a veritatibus quoque moralibus iſtiusmodi notiones generales abſtrahere tenetur.* Quoniam itaque ad notiones generales a rebus quibuscunque abſtrahendas requiritur acumen pervidendi abſtracta in con-

concretis (§. 336. *Psych. empir.*); *ad meditationes casuales plurimum prodest acumen pervidendi abstracta in concretis*, cumque ad ingeniosas requiratur ingenium (§. 249.), *meditationes casuales ingeniosæ, ac ideo quoque morales non perficiuntur sine ingenio acuto* (§. 240.).

Nulla concipi potest similitudo sine notione quadam generali communi rebus, quæ invicem assimilantur. Notio hæc itaque sufficienter determinata esse debet, ut per eam similitudo sit distincte explicabilis, nec admittantur in iis, juxta quæ res invicem comparantur, talia, quæ manifestam diversitatem loquuntur, & tanquam dissimilia repræsentant, quæ pro similibus venditantur. Ita si quis eruditos, qui sibi soli sapere voluit, nec quæ ab aliis inventa, vel observata fuerunt, cognoscere, cum aranea comparat, quæ ex se fila ducit, is defectu acuminis inter se comparat, quæ diversa, non quæ eadem sunt. Neque enim eruditus reprehenditur, si aliena cognitione juvari non vult, ubi propria eidem sufficit, sed potius in casu oppositio: aranea vero fila ex se ducit, quia aliena materia ad ea ducenda non indiget. Notio generalis, quæ ab erudito ab aliis tradita spernente atque ea cognoscere negligente abstrahitur ea est, qua concipitur agens, quod aliena ope uti respuit in iis, in quibus sibimetipsi minime sufficit: ast notio generalis, quæ ab aranea fila ex se ducente abstrahitur, eandem repræsentat tanquam agens, quod alienam opem non requirit, ubi sibimetipsi sufficit. Notiones hæ prorsus oppositæ sunt, ut eruditus aliena spernens & aranea fila ex se ducens in modo agendi sibi invicem assimilari nequeant. Eluceat hinc necessitas ad notionem generalem, quæ similitudinem facit, animum attendendi, ne lapsu ingenii committatur error. Notio ista generalis revera est tertium comparationis, quod vulgo dicitur, si distincte explicetur. Illa igitur deficiente, hoc quoque deficit, nec ea, quæ pro ingeniosis habentur, pulchra videbuntur nisi hebeti ingenio præditis, nec vi-

vitio detecto his placebunt amplius. Uſus ingenii non præſtigioſus eſſe debet, ſed veritati conſentaneus. Quamvis enim in ingenioſis ſubinde admittuntur apparentia (*not.* §. 236.); non tamen propterea repugnantia admittuntur in eo, in quo res diverſæ ſibi invicem aſſimilantur. Meditationes vero caſuales requirunt applicationem notionis iſtius generalis ad ea, quæ invicem comparantur, ac ideo diſtinctam præſupponunt: ſit ita, quod ea non ante applicationem a re ſenſibili præſente abſtrahatur, ſed ſucceſſiva demum attentione & inde pendente reflexione intra applicationem demum formetur.

§. 251.

Quatenus ingenium ad ſpecies & genera conſtituenda requiratur.

Ingenium acutum requiritur ad ſpecies & genera rerum conſtituenda. Etenim ſpecies ſunt ſimilitudo entium ſingularium, ſeu individuorum (§. 233. *Ontol.*), genera vero ſimilitudo ſpecierum & genera ſuperiora ſimilitudo inferiorum (§. 234. *Ontol.*). Quamobrem cum ingenii ſit rerum ſimilitudines obſervare (§. 476. *Pſych. empir.*); ad ſpecies & genera rerum conſtituenda ingenium requiritur. *Quod erat unum.*

Enimvero in conſtituendis generibus & ſpeciebus determinationes communes a propriis accurate ſunt diſcernendæ (§. 238. *& ſeqq. Ontol.*). Quamobrem cum determinationes intrinſecæ, hoc eſt, ea, per quæ entia in eſſe ſuo conſtituuntur, & quibus a ſe invicem differunt, diſcernere acuminis ſit (§. 332. *Pſych. empir.*); ad ingenium, quod ad ſpecies & genera rerum conſtituenda requiritur *per demonſtrata n. 1.* ingenium minime vulgare accedere debet. Enimvero ingenium acutum eſt, quod cum acumine minime vulgari conjungitur (§. 240.). Ad ſpecies igitur & gene-

nera rerum conſtituenda ingenium acutum requiritur. *Quod erat alterum.*

Non modo nomina appellativa ſunt nomina generum atque ſpecierum; verum etiam verba nituntur generibus & ſpeciebus actionum ac paſſionum. Vocabula invenit vulgus. Ad genera igitur & ſpecies conſtituenda ſufficere videtur ingenium vulgare. Enimvero vocabulorum conditores non habuerunt niſi notiones confuſas: unde venit, ut eorum ſignificatus plerumque non ſatis determinatus ſit & difficile eundem ad notiones determinatas reducere. Quamvis itaque non ſine acumine diſtinguantur res diverſæ, quæ ſenſu percipiuntur; hoc tamen acumen, cum non extendatur ultra id, quod ſenſui obvium eſt, nonniſi vulgare eſt. In diſciplinis vero ſpecies & genera rerum diſtinctas notiones exigunt, ad quas formandas & rite determinandas, ut ſint completæ, nec plures, nec pauciores determinationes contineant, quam par eſt, acumen vulgare minime ſufficit. Qui novit theoriam generum ac ſpecierum in Ontologia traditam & in diſciplinis verſatus eſt; is minime dubitabit, ad genera & ſpecies rerum rite conſtituenda ingenium acutum requiri. Maximi omnino momenti eſt ſpecies & genera rerum accurate determinari in diſciplinis. Atque hic ingenii fructus maximo intervallo poſt ſe relinquit eum, quem in literis elegantioribus percipimus, ubi plerumque magis ludere, quam ſerio rem agere videmur. Eſt utique ſuperior quidam ingenii minime vulgaris gradus, qui ſpeciebus & generibus rerum in diſciplinis rite conſtituendis ſufficit. Acumen hic adeo ferit mentis aciem, ut ingenium ipſum vix appercipiatur, quaſi ſolius acuminis ſit ſpecies ac genera rerum definire. Latius vero hac in parte extenditur ingenium acutum. quam ab iis etiam attenditur, qui in ſcientiis acumen ſuum minime deſiderari patiuntur. Nolo jam urgere, quod in omni propoſitione hypothetica ſive formaliter, ſive virtualiter tali, notio ſubjecti ſit inſtar alicujus

generis, vel ſpeciei, quatenus res cum ſuo ſtatu conſiderata pro diverſitate ſtatus diverſam facit rerum claſſem, ſeu peculiare quoddam ens univerſale; ſed ſufficit provocaſſe ad ea, quæ in anterioribus de notionibus generalibus a rebus cognitis abſtrahendis diximus, quarum vi aliæ ad ſimilitudinem illorum reducuntur (*not.* §. 250.). Oppido falluntur qui ſibi perſuadent, quaſi ingenium ſaltem vim ſuam exerat in literis elegantioribus, nec ultra dictiones & fictiones extendatur, in ſcientiis vero nullæ ejus ſint partes. Ita nimirum ſentiunt, qui non ex notionibus diſtinctis de rebus ſtatuunt, ſed ex confuſis omnia æſtimant. In ſcientiis actus intellectus, aut, ut vulgo loqui amamus, operationes ejus cum actibus ingenii ſemper concurrunt & hi cum illis arctiſſime copulantur, ut, cum in unum confuſi habeantur pro uno, actus ingenii non agnoſcatur, quia alius apparet, ſi ab intellectu ſejungitur. Singulare acumen requiritur ad actus facultatum animæ in earum concurſu a ſe invicem diſcernendos: id quod ſine diſtinctis ſingularum facultatum notionibus & legitima applicatione principii rationis ſufficientis fieri nequit. Sane nec alia de cauſa accidit, ut nonnulli ſibi atque aliis perſuadere conentur ingenium perperam ad ſimilitudinem reſtringi, quod non obſtante ſimilitudine dictiones & fictiones nonnullas ſibi minime placere animadvertunt, quaſi non innumera ſint, quæ placent, non tamen ingenioſa ſunt, nec plures ſint cauſæ, quæ impediunt, quo minus nunc placeant, quæ placuerant alio tempore, & quo minus placeant ſibi quæ placent aliis. De guſtu pulchritudinis non eſt diſputandum, ubi magis opinioni, quam veritati litatur, quæ a cultu idololatrico elegantiorum literarum procul abeſt.

§. 252.

Ingenii quidam uſus ſingularis in de-

Quoniam ad ſpecies & genera rerum diſcernenda ingenium acutum requiritur (§. 251.); *non ſine ingenio acuto, quæ de genere demonſtranda ſunt, ad ſpeciem in demonſtratione ap-*

pli-

plicantur; quasi de ea essent demonstranda; vel etiam ad individuum monstratio-
quoddam certum, vel vagum, quæ de specie demonstranda, immo & *nibus.*
de genere. Ac similiter quæ de specie demonstrantur, in genere valere intelliguntur, si non assumantur, nisi quæ in notione generis continentur.

Quando in Hydrostatica æquilibrium fluidorum demonstrandum, demonstratio applicatur ad aquam tanquam ad fluidum notissimum & in qua facillime experimentum capitur. Ingenio acuto præditus statim videt, aquæ, manente demonstratione eadem, substitui posse quamvis aliam fluidi gravis speciem, modo attendamus animum ad ea, quæ de aqua in demonstratione sumuntur. Immo si quis tubum recurvum aqua replet & ad eum demonstrationem applicat, is de individuo demonstrat, quæ de specie, immo de genere demonstranda sunt, sed quatenus non sumuntur, nisi quæ de fluido gravi in tubo quocunque recurvo, seu tubis communicantibus sumi possunt, demonstratio valere intelligitur de fluido quocunque gravi in tubis communicantibus quibuscunque, & ingeniosus sibi sub imagine ista singulari sibi repræsentare potest specialia, quæ sensui prorsus diversa apparent. Sane in omnibus demonstrationibus geometricis idem observatur. Schemata enim, ad quæ demonstrationes applicantur, entia singularia sunt, sed quatenus in demonstrando non sumuntur, nisi quæ generis, vel speciei intelligitur. Unde etiam dicitur, ad demonstrationem non requiri Schematismorum veritatem, quia sufficit, ut fingatur, quod repræsentent ea, quæ de subjecto sumenda, ut eidem conveniat, quod demonstratur. Hinc vero patet, quam utile sit, si ea, quæ sumuntur, accurate discernantur, ut distincta prodeat subjecti notio. Ea enim æquivalet notioni abstractæ, vi cujus similitudo aliorum cum objecto præsente percipitur, ope ejusdem in memoriam revocandorum. Tacite irrepit ingenium in plurimos intellectus actus, ubi nullæ ejus partes esse putantur. Occul-

tus autem iſte concurſus ad latebras animæ pertinet (§. 72.), non cuivis acceſſas (§. 74.).

§. 253.

De concurſu ingenii ad propoſitionum applicationem.

Similiter quia genera & ſpecies rerum diſcernere ingenii acuti eſt (§. 250.), quando vero propoſitiones generales in caſu obvio applicandæ, ſingularia, quæ nobis objiciuntur, ad genus, vel ſpeciem quandam reducenda, antequam applicatio fieri poſſit (§. 1223. 1224. *Log.*); *ad applicationem propoſitionum generalium, aut, ſi mavis, univerſalium ingenium acutum concurrit.*

Non eſt, quod objicias, in applicatione propoſitionum univerſalium, præſertim ſi de ſubjecto quid enunciatur ſub quadam conditione, ſeu notionem ſubjecti ingrediuntur determinationes accidentales, ante inquirendum eſſe, num rei præſenti ea inſint, vel etiam adſint, per quæ rei genus & ſpecies determinatur, aut ſtatus ejusdem: id quod omnino intellectus atque acuminis ejusdem eſt. Etenim quamprimum id agnoſcitur, ingenium vires ſuas exerit, quatenus rem præſentem aſſimilat ſubjecto propoſitionis applicandæ. Immo qui ſatis exercitati ſunt, primo ſtatim intuitu ſimilitudinem rei præſentis cum ſubjecto propoſitionis applicandæ obſervant, id quod ingenio tribuere nemo facile dubitabit, qui quid ingenium ſit novit. Non tamen propterea ingenii eſſe deſinit reductio rei præſentis ad ſubjectum propoſitionis applicandæ, quia ope intellectus diſtincte explicatur utriusque ſimilitudo, ut certiores ſimus in confuſa notione nihil deſiderari, quod ad ſimilitudinem requiritur. Neque exiſtimandum eſt, actus iſtos intellectus ad inſtantaneam quaſi ſimilitudinis obſervationem minime concurrere. Qui enim talia ſibi perſuadere poteſt, is nondum expendit actiones ex habitu profectas, de quibus ſupra diximus (§. 73.), & contra vim principii rationis ſufficientis in anima admittit, quæ per ſe intelligibili mo-

modo inexplicabilia ſunt. Ingenium nonniſi plebejum eſt, quod a ſolo ſenſu dependet, nec intellectus regimini ſubeſt.

§. 254.

De ingenio ad principium reductionis in demonſtrando & inveniendo requiſito.

Ad principium reductionis, quo utimur in demonſtrando & inveniendo, ingenium acutum requiritur. Etenim vi principii reductionis objectum, de quo quæſtio eſt, reducitur ad aliud notionem quandam communem habens, ut ea, quæ de hoc nobis innotuere, vi notionis communis ad illud quoque applicari poſſint (§. 472. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum ea, quæ notionem quandam communem habent, vi ejusdem ſibi invicem aſſimilentur (§. 195. *Ontol.*), ingenii autem ſit obſervare, quatenus res diverſæ ſibi invicem aſſimilantur (§. 476. *Pſych. empir.*), idemque acutum, quod cum acumine minime vulgari conjunctum eſt (§. 240.), quale in præſenti caſu obtinere nemo in dubium vocabit, niſi qui nondum perſpexit uſum principii reductionis, de quo jam nobis ſermo eſt; ad principium hoc reductionis, quo in demonſtrando & inveniendo utimur, ingenium acutum requiritur.

Exempla hujus reductionis dedimus alias (*not.* §. 471. 472. *Pſych. empir.*), quæ ſi attenta mente conſideraveris, non minus acuminis minime vulgaris, quam ingenii eſſe clariſſime perſpicies. Ipſa autem hæc exempla docent, notionem, quam res reducta cum ea, ad quam reducitur, communem habet, vel eſſe huic propriam, veluti cum circulus conſideratur tanquam polygonum infinitorum laterum, aut cylindrus inſtar priſmatis infinitanguli, & polynomium inſtar binomii in Arithmetica atque Algebra, vel eſſe notionem ab utraque re abſtrahendam, veluti cum additionem comparamus cum numeratione pecuniæ, ubi & numeri addendi, & pecuniæ numerandæ ſpectantur tanquam res diverſæ ſpeciei, ex quibus certa ratione ſpecies major e minori componitur & ſpecies minores ad majores

ſunt reducendæ connumerando. Elucet hic acumen, quatenus in concreto diſcernuntur ea, quæ notionem abſtractam ingrediuntur: elucet ingenium, quatenus rebus diverſis eandem notionem abſtractam convenire obſervamus, vi cujus ſibi invicem aſſimilantur. Similiter in caſu poſteriori acuminis eſt abſtrahere notionem, qua numeri repræſentantur tanquam entia diverſæ ſpeciei, ita ut ex iis, quæ minoris ſpeciei ſunt, componatur certa ratione ens ſpeciei majoris; ingenii vero obſervare, quod hæc eadem notio conveniat quoque monetæ diverſæ ſpeciei. Ad reductionem, de qua jam nobis ſermo eſt, referri etiam poteſt reductio problematum phyſico-mechanicorum ad geometriam puram. Et eadem reductio fere regnat in omni Matheſi applicata. Haud difficulter autem in omni caſu videre licet, quænam ſint ingenii, quænam acuminis partes, nec niſi utriusque conjunctione illam perfici.

§. 255.

De utilitate ingenii acuti in ſcientiis & arte inveniendi.

Quoniam ad principium reductionis, quo utimur in demonſtrando & inveniendo, ingenium acutum requiritur (§. 254.), ſatis autem ſuperque experimur, quantus ſit principii hujus uſus per omnes diſciplinas tam in demonſtrando, quam in inveniendo; *ingenii acuti utilitas in ſcientiis* (§. 598. *Log.*) *& arte inveniendi magna eſt.*

Qui in Matheſi ſatis verſatus eſt, quanta ſit vis ingenii acuti tam in demonſtrando, quum in inveniendo ignorare nequit. Et qui Mathematicos in aliis diſciplinis imitari voluerit, is ipſo facto convincetur, utilitatem ingenii acuti Matheſi non eſſe propriam. Hactenus multiplicem ingenii uſum ſufficienter oſtendimus, ut ejus excolendi motiva plura deſiderari nequeant. Diverſitas autem uſus ſatisfaciet ad culturam ingenii incitandum nunc hunc, nunc alium, prout unumquemque ſua trahit voluptas. Nimis abjecte de ingenio ſentiremus, ſi ejus uſum ultra literas elegantiores, artem inprimis Ora-

Oratoriam & poëticam, non extenderemus. Quamvis enim uſum iſtum non contemnamus, præſertim ſi regimini intellectus ſubjiciatur, ut ad culturam virtutum, fugam vitiorum, & rectam atque prudentem actionum directionem profit; non tamen æquiparandus eſt uſui multo illuſtriori, quem in promovenda ſcientia, eademque amplificanda & in omni praxi morali habet. Quis enim adeo veſanus eſt, ut exiſtimet, nudam delectationem præferendam eſſe veritatis agnitioni, virtuti atque ſapienti & prudenti actionum directioni?

§. 256.

Luſus ingenii dicuntur actus ejus, qui ad nudam delectationem tendunt. Quamobrem patet, *luſus ingenii nec ad veritatis agnitionem, nec ad culturam virtutis atque vitiorum fugam, nec ad ſapientem ac prudentem actionum directionem quicquam conferre.* *Luſus ingenii quid ſint.*

Iſtiusmodi ingenii luſus inprimis occurrunt apud Poëtas, quando ſaltem delectare, non vero ſimul prodeſſe volunt. Immo haud raro contingit, ut ſaltem delectent, quando prodeſſe ſimul volebant, dum ipſos nimium delectant, quæ ingenioſe dicta & conficta videbantur, præſertim cum ſibimetipſis ob ingenium nimium placentes faſtu turgidi efficiantur, qui occœcat mentem, ne quid profit videant. Dum luſum ingenti definimus, vocabulo tribuimus ſignificatum, qui a ſignificatu ludi in genere non abit (§. 287. *part.* 3. *Jur. nat.*), & inſtituto morali maxime convenit.

§. 257.

Quia luſus ingenii ad nudam delectationem tendunt (§. 256.), iſtiusmodi autem delectatio ad voluptates tranſi litorias referenda (§. 385. *part.* 1. *Phil. pract. univ.*), & voluptas tran- *Quando luſus ingenii liciti, quando illiciti.*

tranſitoria licita eſt, ſi fuerit innocua (§. 287. *part. 1. Jur. nat.*), illicita, ſi nocua fuerit (§. 283. *part. 1. Jur. nat.*); *luſus* quoque *ingenii liciti ſunt, qui ſunt innocui; illiciti* autem, *qui nocent.*

Conſiſtunt luſus ingenii in ſermone, cujus finis ultimus eſſe debet ſui aliorumque perfectio (§. 279. *part.* 3. *Jur. nat.*). Quamobrem luſus ingenii, qui huic fini adverſantur, illiciti omnino ſunt. Ita luſus ingenii, qui ſunt libidinis fomes, damnantur, non quod delectent, ſed quod ad libidinem incitent: tunc enim voluptas, quam procreant, nocua eſt, utpote appetitum ſenſitivum corrumpens. Sunt autem luſus ingenii per ſe nocui, quatenus appetitum ſenſitivum & averſationem ſenſitivam corrumpunt, ut ille in malum trahatur, vel tales fiunt per accidens, quatenus ob circumſtantias præſentes actus facultatum animæ, qui adeſſe debebant, impediuntur: id quod multis modis contingit. Ita ſi quis ad peccatum in genere ſpectatum transfert verba ſcripturæ; Filius meus tu es, ego hodie genui te, quia quotidie peccat omnis homo; merus ingenii luſus eſt, quia præter delectationem nihil intendi poteſt, cum placere nequeat niſi quia ingenium ſapit. Aſt quoniam verba iſta uſurpantur de æterna filii Dei generatione, myſterio ſumme venerando; ſi æternæ filii Dei generationi comparetur generatio peccati, dignitas myſterii vileſcit, ut de eo animo minus venerabundo cogitemus, dum luſus ingenii ſimul in mentem venit. Iſtiusmodi luſus ingenii in concionibus ſacris non erant infrequentes, cum ingenioſa themata & dictiones ingenioſæ concionatoribus probarentur, non improbanda, quamdiu finem ſermonum ſacrorum promovent: id quod fieri poſſe, ex antea demonſtratis & uberius explicatis colligitur.

§. 258.

De notitia rerum ad in-

Uſus ingenii rerum non modo vulgarium, ſed & veritatum præ-

præſertim moralium hiſtoricam cognitionem requirit. Etenim qui ingenio uti vult, is res diverſas ob ea, quæ ipſis communia ſunt, inter ſe aſſimilari debet (§. 476. *Pſych. empir.* & §. 195. *Ontol.*). Quamobrem neceſſe eſt, ut rerum multarum notitiam habeat. Et quia vi ingenii veritates hominibus cognitu utiles, præſertim morales reducendæ ſunt ad ſenſum communem (§. 242. 246.), & meditationes caſuales utiliter promovendæ (§. 250.); qui ingenio uti vult, ei veritates, quæ in diſciplinis traduntur, præſertim morales perſpectæ eſſe debent. Ad uſum itaque ingenii non modo requiritur rerum vulgarium notitia, ſed & veritatum, præſertim moralium cognitio. *Quod erat unum.* *genii uſum requiſita.*

Enimvero quoniam ingenioſus tantummodo obſervat rerum ſimilitudinem (§. 476. *Pſych. empir.*), conſequenter ea, quæ in rebus diverſis eadem deprehenduntur (§. 195. *Ontol.*); ipſi ſufficit, ut norit, hæc eſſe, aut fieri, non vero opus eſt, ut rationem capiat, cur ſint, vel fiant. Quamobrem cum hæc cognitio hiſtorica ſit (§. 3. *Diſc. prælim.*); cognitio rerum vulgarium & veritatum univerſalium, quam uſus ingenii exigit, *per demonſtrata n.* 1. hiſtorica ſaltem eſſe debet. *Quod erat alterum.*

Qui nonniſi rerum vulgarium notitia abundat, is quoque nonniſi vulgaria inter ſe conferre poteſt. Ac ideo contingit, ut quæ ab ingenio ejus proficiſcuntur, ſint ſoli ingenii luſus, &, ſi forſan prodeſſe debent, non proſint niſi vulgo, aut iis, qui extra ſphæram ſuam ſupra vulgus non ſapiunt. Sed qui ingenio ſuo aliis prodeſſe vult, is veritatum arduarum, ſcitu hominibus neceſſariarum, notitia inſtructus eſſe debet. Quemadmodum ſua unumquemque trahit voluptas; ita non eadem delectant omnes. Qui doctrinam ſolidam curæ cordique habent, non delectantur ingenioſis, quæ intra vul-

garium rerum notitiam coarctantur, utut mirifice in iisdem ſibi placeant, qui cultum idololatricum literis elegantioribus tribuunt, nec verum iisdem pretium ſtatuere norunt. Ad ſidera usque extolli audias, quæ ingenioſe ab aliis dicta videntur, ſed quibus nulla notio reſpondet, ſi ſub incudem rationis revocentur, quantamcunque vim perſuadendi iis ineſſe ſomnient Dianæ ſuæ amore faſcinati. Quodſi igitur quis ingenio ſuo recte uti velit, is rerum ſcitu neceſſariarum ac utilium notitiam ſibi comparet neceſſe eſt, & ingenio ita utatur, ut eam animis aliorum inſinuet easque amabiles reddat illis, qui de veritate convinci nequeunt, & firmiter perſuadere ſtudeat. Hoc demum modo ingenioſus non ſaltem ſe probabit vulgo aut opinione præjudicata occœcatis; ſed & rerum intelligentibus.

§. 259.

De medio ingenium perficiendi.

Ad ingenium perficiendum conducit lectio Poëtarum, ſi ingenioſæ dictiones & fictiones attenta mente expendantur, inprimis ſi ſimilitudo in iis obvia ad diſtinctam notionem revocetur. Idem obſervandum eſt de dictis & fictionibus ingenioſis quibuscunque ubicunque obviis. Quoniam enim Poëtarum inprimis eſt ingenioſe dicere & fingere; apud ipſos potiſſimum exempla occurrunt, in quibus ingenii uſus elucet. Quamobrem ſi ingenioſæ ipſorum dictiones atque fictiones attenta mente expendantur; lectio Poëtarum conjuncta eſt cum continuo ingenii exercitio. Quoniam itaque omnis habitus crebro exercitio comparatur & perficitur (§. 430. 431. *Pſych. empir.*); habitus quoque ingenio utendi lectione Poëtarum comparatur ac perficitur, conſequenter ad ingenium perficiendum conducit lectio Poëtarum, ſi ingenioſæ dictiones & fictiones attenta mente expendantur. *Quod erat primum.*

Quodſi ſimilitudo, quæ dictionibus atque fictionibus

bus ingenioſis ſemper ineſt (§. 476. *Pſych. empir.*), ad diſtinctam notionem revocetur; non modo intimius intelligitur, in quonam res, quæ invicem comparantur, ſibi invicem aſſimilentur, verum etiam deprehenditur, in quonam acumen ſuum deſiderari paſſi ſunt acutiores, diſſimilitudine detecta, quæ lapſum ingenii arguit. Quamobrem cum ſic rectius diſcamus, quid imitandum ſit, & quid vitandum, ne quod ingenioſum tantummodo apparet cum eo, quod revera tale eſt, confundatur; ad ingenium perficiendum inprimis conducit, ſi ſimilititudo in dictionibus & fictionibus ingenioſis obvia ad diſtinctam notionem revocetur. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum ingenioſe dicta & conficta non modo apud Poëtas, verum etiam apud Oratores & autores alios occurrant, & homines quoque ingenioſi in communi vitæ conſuetudine ingenioſa proferant, nunc jocando, nunc ſerio loquendo, immo dentur quoque arte facta, quæ ingenioſe excogitata ſunt; eodem, quo ante modo patet, ad ingenium perficiendum conducere, ſi ad talia animum attendamus, ac inprimis ſi quæ apparet ſimilitudo ad notionem diſtinctam revocetur. *Quod erat tertium.*

Qui ingenioſe dicta vel facta ab aliis attenta mente expendit, is actus ingenii in ſe elicit, conſequenter ingenio utitur animam ſuam quaſi transformando in animam alterius, quoniam quoad hunc actum illa huic aſſimilatur. Neque enim alia hic intercedit differentia, quam ſi duo videant rem eandem, unus vero per ſe rem videt, alter autem nonniſi illo monſtrante. Quemadmodum vero quilibet actus ſuam habet rectitudinem; ita quoque ingenii actus nunc recti ſunt, nunc a rectitudine deficiunt. Quamobrem ſi ſimilitudo in dictionibus & fictionibus ingenioſis attendenda ad notionem diſtin-

ſtinctam revocetur; id ad rectificandum ingenium plurimum facit. Multa ingenioſe dicta & conficta dicuntur, & prædicantur, quæ tamen non ſunt, & ex adverſo ingenioſa vulgo non agnoſcuntur, in quibus maxima ingenii vis latet. Contingit autem plerumque, ut ingenium non agnoſcatur in iis, in quibus omnium utiliſſime exercetur & eum uſum præſtat, ob quem homini datum concipitur, dum influit in actus intellectus, & mediantibus hiſce in facultatem appetendi ac averſandi, ac per conſequens in omnimodam rectitudinem actionum humanarum. Non inanem itaque operam ſumeret, ſed generi humano longe utiliſſimam, qui ingenioſe dicta, vel facta colligeret, & ſimilitudinem in iis obviam ad notiones diſtinctas revocaret, accurate diſcernens, quænam in iis ingenii ſint, quænam acuminis, quænam rerum vulgarium notitiæ communi, quænam ſcientiæ rerum ſublimium debeantur. Quoniam vero non facile unus ſufficit omnibus, ideo conſultum foret, ut unusquisque in ſe ſuſciperet onus humeris ſuis non impar. Ita commentator ſcripturæ ſacræ acutius ſcrutari poteſt ea, quæ in dictis & factis Chriſti occurrunt, atque in ſcriptis ceteris tam veteris, quam novi fœderis. Qui in Poëtas Græcos & Latinos commentatur, quæ ab ipſis ingenioſe dicuntur, vel finguntur, eo, quam diximus, modo explicare poteſt. Alius quod ingenioſi in proverbiis occurrit ſcrutari poteſt; alius, quod in fabulis. Patet autem ex antecedentibus, quid faciendum, ut labore hoc rite defungamur Immo exinde quoque elucet, & qui rem aggredi voluerit, ipſo opere experietur, laborem iſtum non adeo facilem eſſe, ut, qui ſcientia præſtat, eundem is dedeceat. Valet etiam hic illud pervulgatum: duo cum faciunt idem non eſt idem. Qui intellectum plurimum perfecit & ejus uſum poteſtati ſuæ ſubjecit, ac multa rerum minime vulgarium ſcientia animum implevit; multa videbit, quæ aliorum viſum effugiunt. Quodſi ingenioſe dicta & facta cauſam ſuam agant coram tribunali rationis & in hoc judicio vincant; tum demum ingenioſis veram laudem, quam merentur, tribuere datur. Nemini invi-

videmus laudem, quam parit opinio errantis; ſed nec quisquam nobis vitio vertet, quod veritatem opinioni præferamus, præſertim cum nos ad id obliget ipſum præſens inſtitutum (§. 4.). Placeant per nos puerilia pueris & qui hebetiores ſunt, quam ut veritatem perſpicere poſſint, felices ſint errore ſuo; aſt nec invideant aliis, ut delectando proſint, & permittant, ut utantur acumine, quod ipſis datum eſt ad verum ab apparente, ludricum a ſerio, utile a vacuo diſcernendum.

§. 260.

Qui culturam ingenii negligunt, propterea quod non ad aliud utile id eſſe exiſtimant, niſi ut vanam pariat delectationem; eos docere tenemur uſus inſignes, quos in veritate inveniendа, cognoſcenda, & in caſu obvio dextre applicanda habet. Quoniam enim ingenium uſum inſignem habet in arte inveniendi (§. 251.255.), itidemque in veritatibus univerſalibus ad ſenſum communem reducendis (§. 243.), ut notiones eorum, quæ a ſenſu remota ſunt, per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ob ſimilitudinem animo ingerentur (§. 242.), atque in illis demonſtrandis (§. 252. 254.), nec non in expectatione caſuum ſimilium, ſi rationi æquipollere debeat (§. 248.), in meditationibus caſualibus (§. 249.), ad praxin moralem admodum utilibus (§. 250.), & in applicatione propoſitionum univerſalium (§. 233.); plurimum falluntur, qui ſibi perſuadent, ingenium non prodeſſe, niſi ut vanam pariat delectationem, conſequenter omnes ingenii actus non eſſe niſi luſus ingenii (§. 256.), qui neque ad veritatis agnitionem, neque ad culturam virtutis & vitiorum fugam, neque ad ſapientem ac prudentem actionum directionem quicquam conferre poſſunt (§. *cit.*). Quodſi ergo error hic impediat, quo minus culturam ingenii curæ

De iis, qui ingenium colere tenemur non niſi ad vanam delectationem prodeſſe existimant.

Macedonia, Gaius and Aristarchus, who were Paul's companions in travel.

30 Paul wanted to go in among the people, but the disciples would not let him. 31 Even some of the officials of the province of Asia, who were friendly to him, sent him a message begging him not to venture into the theater.

32 The assembly was in confusion: Some were shouting one thing, some another. Most of the people did not even know why they were there.

33 The Jews in the crowd pushed Alexander to the front, and they motioned for him to make a defense. He wanted to speak to the people, 34 but when they realized he was a Jew, they all shouted in unison for about two hours: "Great is Artemis of the Ephesians!"

35 The city clerk quieted the crowd and said: "Men of Ephesus, doesn't all the world know that the city of the Ephesians is the guardian of the temple of the great Artemis and of her statue that fell from heaven? 36 Therefore, since these facts are undeniable, you ought to calm down and not do anything rash. 37 You have brought these men here, though they have neither robbed temples nor blasphemed our goddess. 38 If Demetrius and his fellow craftsmen have a complaint against anyone, the courts are open and there are proconsuls. They can bring charges against each other there. 39 If there is anything further you want to bring up, it must be settled in a legal assembly. 40 As it is, we are in danger of being charged with rioting because of what happened today. In that case we will not be able to account for this commotion, since there is no reason we can give for it."

41 After he had said this, he dismissed the assembly.

Paul's Journey Through Macedonia and Greece

20 When the uproar had ended, Paul sent for the disciples and, after encouraging them, said good-by and left for Macedonia. 2 He traveled through that area, speaking many words of encouragement to the people, and then arrived in Greece, 3 where he stayed three months. He was about to sail for Syria when a plot was made against him by the Jews, so he decided to return through Macedonia.

4 He was accompanied by Sopater son of Pyrrhus from Berea, Aristarchus and Secundus from Thessalonica, Gaius from Derbe, Timothy also, and Tychicus and Trophimus from the province of Asia. 5 These men went on ahead and waited for us at Troas. 6 But we sailed from Philippi after the Feast of Unleavened Bread, and five days later joined the others at Troas, where we stayed seven days.

Eutychus Raised From the Dead

7 On the first day of the week we came together to break bread. Paul spoke to the people and, because he intended to leave the next day, kept on talking until midnight. 8 There were many lamps in the upstairs room where we were meeting. 9 Seated in the window was a young man named Eutychus, who was sinking deeper and deeper into a sound sleep as Paul talked on and on. When he was overcome by sleep, he fell to the ground three stories below and was picked up dead.

cium quoque deproperarunt. Immo memini eos, qui nullum ingenio locum in concionibus concedere voluerunt, quasi in re tam seria non sit ludendum, omnium tamen maxime ingenio abusos fuisse, dum nescio quam emphasin somniaverunt in dictionibus tropicis, quibus nulla prorsus notio respondebat, utpote sine mente sonis, & veritates arduas, quas explicare voluerunt, magna animi commotione traxerunt ad similitudinem rerum vulgarium, cum quibus nihil similitudinis istis intercedebat, & de his prolixe verba facientes illas sibi explicasse visi sunt, visi etiam sunt aliis, qui ipsis non erant acutiores. Ne igitur culturam ingenii negligamus, nec ejus usum damnantes eodem vel inscii maxime abutamur multiplices ejus usus in anterioribus demonstratos nobis perspectos reddere debemus.

§. 261.

De signis ingenii.

Quantum quis ingenio præstet, ex dictionibus & fictionibus ingeniosis innotescit, vel etiam ex factis. Cum enim dictiones & fictiones ingeniosæ, vel etiam facta ingeniosa ab ingenio proficiscantur, quod per se patet, principium vero, a quo actualitas rei alterius ab ipso diversæ dependet tum quatenus existit, tum quatenus tale existit, causa est, & quod ita ab illo dependet, causatum (§. 881. *Ontol.*); ingenium spectandum est tanquam causa dictionum & fictionum ingeniosarum, vel etiam factorum aliorum ingeniosorum, hæ ipsæ autem dictiones & fictiones, vel facta alia spectari debent tanquam causarum. Quamobrem quia causatum est signum causarum sufficientium (§. 962. *Ontol.*); dictiones & fictiones ingeniosæ, vel facta etiam alia ingeniosa sunt signa ingenii, quo quis pollet, consequenter ex iis innotescit, quantum quis ingenio præstet.

Fa-

Facilè paret, ex dictionibus & fictionibus, vel etiam factis ingenioſis colligi non poſſe niſi ingenium autorum, a quorum ſcilicet ingenio illa proficiſcuntur. Qui enim ab aliis dicta repetunt, vel aliorum fictionibus in rem ſuam utuntur, aut ab aliis excogitata faciunt, non ſuum ingenium produnt, ſed ejus, qui invenit. Atque inde eſt, quod maxime ingenioſe dicta, vel conficta minime placeant, ſi facta fuerint nimis communia, quia tunc unicuique ſtatim patet, ea nullum ingenium arguere in iis, qui iisdem utuntur, crambem quippe multoties coctam apponentes. Placent nimirum ingenioſa ob ingenium, quod arguunt in ſuo autore. Quamobrem ubi referuntur ad eum, quem autorem non eſſe palam eſt, aut ſaltem palam eſſe non ſine ratione videtur, non placent. Abunde hoc patet, ubi duo idem carmen legunt, vel eundem Oratorem audiunt. Etenim qui norunt nonniſi multoties ab aliis dicta repeti, nihil inde voluptatis percipiunt: aſt qui opinantur, ex ſua penu proferri, quæ dicuntur, multa voluptate perfunduntur. Quæ ingenioſa ſunt, ingenioſa manent in ſempiternum, neo propterea minus ingenioſa fiunt, quod a multis repetantur. Quodſi igitur ingenioſa per ſe placerent, utique placerent ſemper, ſi vel centies repeterentur ab aliis; aſt quia non placent niſi quatenus reſpectum ad autorem ſuum habent, placere nequeunt, ſi ad repetitorem, qui autor non eſt, referuntur. Contingit ideo, ut ingenioſa, quæ parum placent in repetitore, plurimum delectent, ſi in ſe conſiderentur, quatenus certam ingenii vim arguunt, quod tunc tacite referuntur ad ſuum autorem, non vero amplius ad repetitorem alienorum. Ingenioſorum repetitio nullam ingenii vim arguit in repetitore, niſi repetitioni quid inſit, unde patet, eam absque ingenio fieri non potuiſſe. Artificia heuriſtica, quæ ingenium ſapiunt (§. 254.), mirifice placent in inventoribus eorundem; minime autem in iis, qui eadem ſaltem imitantur. Ex adverſo ſi ingenioſe dicta, vel conficta tanquam ab aliis dicta, vel conficta repetantur, eadem placent, ſi vel centies ab aliis jam repetita fuerint, quia

tunc

Lohnes, wie er sich nach Maßgabe der Leistungsfähigkeit des Arbeiters und der Arbeitsintensität ergibt, und dem Normallohn, wie er sich nach Maßgabe der Arbeitsintensität ergeben würde, wenn die Leistungsfähigkeit des Arbeiters eine normale wäre. Ist der Arbeiter leistungsfähiger als normal, so ist der Normallohn größer als der Lohn, ist er weniger leistungsfähig als normal, so ist der Normallohn kleiner als der Lohn. Der Normallohn ist also ein Maßstab für die Arbeitsintensität, der Lohn ein Maßstab für die Arbeitsintensität und die Leistungsfähigkeit des Arbeiters. Ist der Lohn größer als der Normallohn, so ist die Leistungsfähigkeit des Arbeiters größer als normal, ist der Lohn kleiner als der Normallohn, so ist die Leistungsfähigkeit des Arbeiters kleiner als normal. Ist der Lohn gleich dem Normallohn, so ist die Leistungsfähigkeit des Arbeiters eine normale.

Wenn der Lohn größer ist als der Normallohn, so ist der Arbeiter leistungsfähiger als normal, und wenn der Lohn kleiner ist als der Normallohn, so ist der Arbeiter weniger leistungsfähig

alioquin diverſas intercedit (§. 476. *Pſych. empir.*), ac ideo ſupponant notionem quandam generalem, ea continentem, in quibus res iſtæ ſibi invicem aſſimilantur (§. 195. *Ontol.*), *Qui de ingenio ſive proprio, ſive alieno judicium certum ferre vult, notionem generalem a rebus inter ſe collatis abſtrahere debet, ea continentem, in quibus res iſtæ ſibi invicem aſſimilantur.*

Patet igitur, eum, qui de ingenio ſive proprio, ſive alieno certum judicium ferre vult, recto intellectus uſu pollere debere. Sane qui hoc modo, quem præſcribimus, & ſine quo non datur alius ad certitudinem judicii ſufficiens, de ingenio, quo quis pollet, ſtatuit, is revera demonſtrat, quam ingenioſum ſit, quod pro tali habetur (§. 568. *Log.*) Atque hoc eſt philoſophi, qui rationem reddere debet eorum, quæ ſunt, cur potius ſint, quam non ſint, & cur talia ſint (§. 6. *Diſc. prælim.*). Et hac de cauſa fieri poteſt, ut, qui minime ingenioſus eſt, ſaltem in eo genere, ad quod pertinet id, quod dijudicandum, certius tamen judicium de eo, quod ingenioſum eſt, ferre poſſit, quam qui ingenio pollet. Ad hoc enim judicium requiruntur habitus intellectus, requiritur rerum cognitio, ſine quibus actus ingenii non eliciuntur. Et eadem de cauſa fieri poteſt, ut lapſus ingenii detegat, qui ipſe ingenio parum pollet, & a quo ingenioſa expectare non datur. Ex eo igitur, quod quis de iis, quæ ingenioſa ſunt, accurate ſtatuere valeat, colligi minime poteſt, quod ipſe ſit ingenioſus, multo autem minus, quantum ingenio præſtet, & quod antecellat eum, cujus lapſus notat. Ceterum ex modo ingenioſa ad trutinam rationis expendendi liquet, non ad nimias, nedum inanes ſubtilitates referendum eſſe, quod ſupra de notione generali a rebus invicem comparandis abſtrahenda diximus. Quamvis enim de diſtincta ſimilitudinis notione non ſolliciti ſint, qui ingenioſe dicunt, fingunt vel faciunt, ſed confuſa notione, quæ imaginationem ferit, contenti; ſine diſtincta tamen ut certum ſit de eo, quod ingenioſum eſt, judi-

cium

cium fieri nequit. Quodſi ergo ingenioſus certus eſſe velit, ſe ingenio recte uti, nec ullum lapſum committere, & quanta ſit in dato caſu ingenii vis, ſcire amet; ſine notione diſtincta ſimilitudinis, quæ ſumitur, neutrum conſequetur: immo nec diſcernet, quæ proprie ingenii ſunt, ab aliis, quæ ad actum ingenii accedunt aliunde atque ipſum quaſi modificant. Velim hæc atque alia, quæ de ingenio a nobis demonſtrantur, probe perpendi ab iis, qui ingenioſis delectantur, tum ne fiant ſcientiæ contemtores, tum ne putent, philoſophum, qui non idem Poëta, vel Orator eſt, perperam ſibi judicium ſumere de iis, quæ Poëtarum, vel Oratorum ſunt in delectando & perſuadendo, tum ne aliena, per quæ actus ingenii modificatur, ut aptior ſit ad delectandum, vel perſuadendum, ad ingenium referat.

§. 263.

Ex eo, quod quis ab omnibus dictionibus & fictionibus ingenioſis, quæ Poëtis atque Oratoribus ſolennes ſunt, in ſcientiis abſtinet, colligi nequit, eum ingenioſum non eſſe. Etenim in ſcientiis demonſtranda ſunt, quæ affirmantur, vel negantur (§. 594. *Log.*), & demonſtrationes præſupponunt propoſitiones determinatas (§. 320. 549. 550. *Log.*). Quamobrem cum iis conveniat ſtyli philoſophici ſimplicitas (§. 149. *Diſc. prælim.*), quem longe diverſum eſſe ab omnibus dictionibus & fictionibus ingenioſis, quæ Poëtis atque Oratoribus ſolennes ſunt, in dubium revocare nequit, qui perpendit ea, quæ de ſtylo philoſophico alias a nobis demonſtrata ſunt (§. 131. & *ſeqq. Diſc. prælim.*); in ſcientiis ab iſtiusmodi dictionibus & fictionibus ingenioſis abſtinendum. Quamobrem ex eo, quod quis in tradendis ſcientiis ab iisdem abſtineat, colligi nequit, eum ingenioſum non eſſe. *Spurium ingenii deficientis ſignum.*

Qui ab ingenioſis dictionibus & fictionibus, quas amant Poëtæ ac Oratores, in ſcientiis abſtinet, non aliud facit, quam quod facere debet, conſequenter ingenio non utitur, ubi eodem uti non licet. Non uſus igitur ingenii, ubi eidem nullus locus conceditur, ejus defectum minime arguit. Non deficit ingenium niſi in loco. Ita ſi quis ingenioſus videri vult, & diſſimilia ac propter diſſimilitudinem ſibi mutuo repugnantia inter ſe comparat, is defectum ingenii prodit.

§. 264.

De diverſo ingenii uſu non confundendo.

Ex eo, quod quis ingenio pollet in Poëſi & arte Oratoria, inferri nequit, quod etiam ingenio polleat in ſcientiis ac rebus agendis, & contra. Poëtæ enim ſimilitudines vagas atque remotas quærunt ad res admodum diverſas inter ſe comparandas, & plerumque ludunt (§. 256.). Oratores etſi non ſolum delectare velint, ſed etiam perſuadere, propius tamen ad poëtas in uſu ingenii accedunt. Non diſtincte expendunt ea, in quibus res aſſimilant, ſed confuſis ideis contenti ſunt. Ingenium ipſorum totum a ſenſu atque imaginatione pendet, ab intellectu minime dirigitur. Enimvero in ſcientiis ac rebus agendis uſus ingenii diſtinctam requirit ſimilitudinis notionem, ne rei ulli tribuantur, niſi quæ revera conveniunt, cum non aliud intendatur, niſi veritatis cognitio. Atque ideo ingenii uſus in hiſce caſibus ab intellectu dirigendus. Diverſus igitur ingenii uſus eſt in delectando & perſuadendo, atque in veritate cognoſcenda & applicanda: quorum ille a Poëtis & Oratoribus, hic in ſcientiis & rebus agendis intenditur. Ea de cauſa fieri poteſt, ut quis ingenio polleat poëtico & oratorio, non tamen eodem quoque polleat in ſcientiis ac rebus agendis, ex adverſo in ſcientiis & rebus agendis ingenio feliciter uti poteſt, qui tamen ab uſu

Poë-

Poëtis & Oratoribus familiari abhorret. Ex eo itaque, quod quis ingenio pollet in Poëſi atque arte Oratoria inferri nequit, quod etiam ingenio polleat in ſcientiis ac rebus agendis & contra.

Ingenium poëticum & oratorium adeo differt ab ingenio, quod *philoſophicum* appellare lubet, quatenus in veritate indaganda & intimius cognoſcenda uſum habet, & *pragmaticum*, quod in rebus agendis utile, & in veritate applicanda atque factis aliorum imitandis uſum ſuum exerit, ut philoſophicum & pragmaticum vix ac ne vix quidem agnoſcatur, præſertim ab iis, qui poëtico & oratorio pollent, & viciſſim qui pollent philoſophico & pragmatico poëticum & oratorium faſtidiant. Contingit ideo, ut ingenio philoſophico & pragmatico pollentes, ingenioſis Poëtarum & Oratorum dictionibus & fictionibus non delectentur, ex quibus ſummam voluptatem percipiunt non modo illi, qui ingenio poëtico & oratorio præſtant, verum etiam alii, qui recto intellectus uſu deſtituti in ideis rerum ſenſibilium acquieſcunt: quemadmodum enim veritatem ab aliis inventam cognoſcere poſſunt, qui eam per ſe invenire non poterant, ita quoque ingenioſe a Poëtis atque Oratoribus excogitata ingenioſa agnoſcunt, qui ipſimet excogitare non valebant. Immo magna illa diverſitas, quæ inter ingenium poëticum & oratorium atque inter philoſophicum & pragmaticum intercedit, in cauſa eſt, ut qui illo nimium indulget ad hoc efficiatur ineptus, & viciſſim qui in ſcientiis & rebus agendis ſe virum præſtat atque ingenio feliciſſime utitur ad illud parum aptus evadat. Nimirum qui ingenio oratorio & poëtico indulget, in uſu facultatum animæ inferiorum ab uſu ſuperiorum propemodum ſejuncto acquieſcit, ut ſeries cogitationum eodem potiſſimum promoveatur; aſt qui philoſophico & pragmatico utitur, is cogitationes ſuas ope facultatum ſuperiorum dirigit, & inferiorum nonniſi miniſterio utitur & ſeries cogitationum ſequitur potiſſimum leges facultatum

tum ſuperiorum, niſi quatenus inferiores ad eandem neceſſario concurrunt. Enimvero ex iis, quæ in ſuperioribus de veritatibus, præſertim moralibus, ad ſenſum communem reducendis dicta ſunt (§. 242. *& ſeqq.*), immo etiam de meditationibus caſualibus (§. 249. 250.), patet, ingenium poëticum & oratorium cum philoſophico & pragmatico conjungi poſſe, ut ideo diverſitas minime repugnantiam inferat. Rariſſimum tamen eſt hoc connubium, tum quod non omnium eſt diverſis uſibus operam navare, tum quod nihil magis familiare hominibus, quam ut unusquisque amet nimium Minervam ſuam cum contemtu ceterorum, quæ ab ea aliena videntur. Magna hic vis eſt diſpoſitionum & inclinationum naturalium, ad quam diſtincte agnoſcendam & intelligibili modo explicandam haud parum acuminis atque non vulgaris pſychologiæ ſcientia requiritur. Philoſophi autem eſt, ut omnia ſuo pretio æſtimet, & non modo præcaveat, ne uſus ingenii poëtici & oratorii vergat in contemtum philoſophici & pragmatici, nec hujus uſus in contemtum illius, verum etiam ne uſus poëtici & oratorii deficiat a rectitudine tam morali, quam phyſica: conſtat enim actus omnes humanos & phyſice, & moraliter conſiderari poſſe, & utroque reſpectu ſuam habere rectitudinem, hanc vero labe nulla notari, niſi quatenus neutro reſpectu quoad uſum facultatum quicquam deſideratur. Ceterum ingenue fatendum, ingenium philoſophicum & pragmaticum præſtare poëtico & oratorio, cum magis interſit generis humani, ut veritates eidem utiles deregantur & vi demonſtrationis ad rectitudinem evehantur, atque in negotiis humanis recte applicentur, quam ut ſenſus eorum demulcendo delectentur: quo ipſo tamen non reprobatur commercium ingenii philoſophici & pragmatici cum poëtico & oratorio, quod ab illo tum valorem ſuum accipit, & in quo connubio rectus ingenii poëtici atque oratorii uſus conſiſtit, maxime commendandus, quo certior eſt, immo minus diſpenſabilis. Etenim ingenioſa tum demum veram mentis pulchritudinem efficiunt, nec cum ornatu muliebri & luxurio-

ſo

ſo amplius comparanda, cum vera pulchritudine minime confundendo.

§. 265.

An ſoliditas virtus intellectualis ſit.

Soliditas virtus intellectualis formalis eſt. Soliditas enim intellectus, de qua hic nobis ſermo eſt, conſiſtit in habitu diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi (§. 440. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum omnis habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione, ad quem quod pertineat habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi nemo dubitare poteſt, cui operationes intellectus ſive ex Logica, ſive ex Pſychologia empirica perſpectæ ſunt, virtus intellectualis ſit (§. 142.); ſoliditas virtus intellectualis eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero habitus ille diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi conſideratur tantummodo, quatenus ad intellectum refertur, nec ullo modo determinatur per res, quæ cognoſcuntur. Quamobrem cum ſoliditas, quæ in habitu iſto conſiſtit (§. 440. *Pſych. empir.*), virtus intellectualis ſit, *per demonſtrata n. 1.* virtus autem intellectualis ſit formalis, quæ ad ſolum intellectum refertur, præciſis rebus, circa quas verſatur (§. 143.); ſoliditas virtus intellectualis formalis eſt. *Quod erat alterum.*

Cur ſoliditas inter virtutes intellectuales non fuerit relata nec in Ethica mentio ulla ejus facta, ratio prorſus eadem eſt, ob quam acumen (*not.* §. 182.) atque ingenium in cenſum virtutum intellectualium relata non fuerint (*not.* §. 232), hic ideo non repetenda. Nemo negare poteſt, habitum diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi eſſe inſignem intellectus perfectionem, tanto magis æſtimandam, quanto rarior

eſt

eſt & quanto majore labore comparandus, modo non ignoraverit, promptitudinem eliciendi certos actus intellectus perfectionem quandam ejus eſſe (§. 198. 209. *part. 1. Jur. nat.*). Extra omnem autem dubitationis aleam poſitum eſt diſtincte ratiocinari & ratiocinia concatenare peculiarem quandam intellectus operationem eſſe, niſi quis vel in omni Logica, vel Pſychologia prorſus hoſpes ac alienus fuerit. Quoniam vero ſoliditas habitus quidam intellectus eſt, per ſe patet, quod pro peculiari animæ facultate haberi nequeat. Soliditatem ſpectari præciſis rebus, quæ cognoſcuntur, ſatis manifeſtum eſt: neque enim reſtringitur ad certum cognoſcibilium genus, ſed promiſcue extenditur ad omnia, quæ a nobis cognoſci poſſunt. Ac ideo in genere doctrina ſolida appellatur in diſciplinis quibuscunque, quæ conſtat ex propoſitionibus ſufficienter explicatis & probatis, ſeu demonſtratis (§. 448. *Pſych. empir.*). Ita doctrina ſolida eſt, quæ hauritur ex Elementis *Euclidis* & veterum Geometrarum; doctrina ſolida traditur in philoſophia, ſi methodo philoſophica ſeu mathematica philoſophamur (§. 449. *Pſych. empir.*), immo etiam in Theologia, ſi accurate omne explicentur & ſufficienter probentur. Quid quod doctrina ſolida in ipſa quoque Grammatica & Rhetorica locum habeat? Ecquis ergo non videt, ſoliditatem in abſtracto, ſeu quatenus habitum quendam intellectus denotat, ſpectatam ad ſolum intellectum referri, præciſis rebus, quæ ſolide cognoſcuntur. Idiomate patrio doctrinam ſolidam vocamus gründliche Lehre, & ſolidam cognitionem gründliche Erkänntnis, ac eum, qui ſolida rerum cognitione poller, einen Grundgelehrten. Non diffiteor, eſſe plerosque, qui hiſce vocabulis quotidie utuntur, de eo tamen non cogitant, in quo ſoliditatem conſiſtere diximus, immo habitus iſtius, quem hoc nomine inſignimus, nullam prorſus notitiam habere. Conſtat tamen eosdem omni notione diſtincta ſoliditatis deſtitui, & ipſos ignorare, quid vaga ſua notione ſignificare velit, ut plerumque dent ſine mente ſonum, ſi quem elogio ſolide eruditi ornant. Videntur vocabulum referre inter

titu-

titulos, quibus præſtantiam quandam præ aliis ſignificare volunt. In ſcientiis igitur revocandum fuit ad ſignificatum fixum & determinatum, qui convenit intellectui, & quo cognitioni ſolidæ prærogativa quædam præ reliqua vindicatur.

§. 266.

Medium conſequendi ſoliditatem.

Si quis in demonſtrationibus conſummatis reſolvendis diligenter verſatur; is ſoliditatem conſequitur. Etenim demonſtrationes conſummatæ ſunt ordinatæ (§. 855. *Log.*), conſequenter propoſitiones eo ordine in iisdem collocantur, quo in ratiociniorum ſerie, in quam demonſtratio reſolvitur, continentur (§. 799. *Log.*). Sunt etiam completæ (§. 855. *Log.*), conſequenter in iis omnia principia demonſtrandi vel explicite, vel implicite continentur, quatenus nimirum vel verbis expreſſis enunciantur, vel per propoſitiones, quæ adſunt, vel per citationes in memoriam revocantur (§. 854. *Log.*). Quamobrem qui demonſtrationes conſummatas reſolvit, is ſingula ratiocinia a ſe invicem diſcernit, ex quibus demonſtratio componitur, quo ordine ſe invicem conſequantur agnoſcit & quomodo inter ſe concatenentur perſpicit, conſequenter cum demonſtrationis forma in concatenatione ſyllogiſmorum conſiſtat (§. 498. *Log.*), notionem diſtinctam demonſtrationis acquirit, ac diſtincte ratiocinatur & ratiocinia connectit (§. 88. *Log.* & §. 44. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia connectendi ſoliditas ſit (§. 440. *Pſych. empir.*), exercitio autem acquiratur habitus (§. 430. *Pſych. empir.*); ſi quis in demonſtrationibus conſummatis reſolvendis diligenter verſatur, is ſoliditatem conſequitur.

Exempla reſolutionis demonſtrationum dudum dedimus alibi

(*not.* §. 551. *& ſeqq. Log.*), ideo hic non repetenda. Quando vero demonſtrationes reſolvere volumus, ea, quæ in propoſitione ſumuntur, ab eo, quod infertur, accurate diſcernere ac ſingula diſtincte ſibi repræſentare debet, quemadmodum ſupra præcepimus, cum modum perficiendi intellectum ſtudio Matheſeos demonſtraremus (§. 99.). Ita nimirum intelligitur, quomodo ex aſſumtis procedat demonſtratio, & omnia, quæ ſumuntur, ingrediantur ratiocinia, ex quibus demonſtratio componitur. Utile omnino eſt, ut, quæ vi intellectus diſtincte concipiuntur, ea etiam oculis diſtincte ſpectanda exhibeantur, cum totum hoc negotium mirifice facilitetur & progreſſus celerior ſperandus ſit, ſi actus imaginationis & memoriæ in ſenſationem vertatur, ſenſu illarum facultatum vicem ſubeunte. Maxime igitur præſenti inſtituto ſerviunt ſymbolicæ propoſitionum repræſentationes, quas explicavimus in Commentatione de intellectu ſtudio Matheſeos perficiendo & ſupra commendavimus (*not.* §. 99.). Analyſes iſtæ faciles ſunt, quas ſoliditatis conſequendæ medium eſſe hic demonſtravimus, ſi Autor, quem ducem nobis eligimus, demonſtrationes conſummatas dedit. Quodſi vero tales non fuerint, ad conſummatas ſunt reducendæ, modo non nimis fuerint incompletæ, ut vi eorum, quæ dicuntur, ea, quæ deſiderantur, in memoriam revocari nequeant, vel quia nobis ignota ſunt, aut ſaltem non familiaria, vel quia in iisdem non continetur ratio ſufficiens ad eadem in memoriam revocandum. Difficultatem quoque faceſſit, ſi propoſitiones, quæ ingrediuntur ratiocinia, præpoſtero ordine collocentur, quæ tamen facilius tollitur altera, quæ ex demonſtratione incompleta oritur, præſertim ubi jam uno vel altero exemplo idea analyſeos demonſtrationum conſummatarum animo ingenita fuerit. Reductionem vero demonſtrationum non conſummatarum ad conſummatas, præſertim quatenus inordinatæ ſunt, juvant perſpicilla pſychologica, quatenus ex iis conſtat, quomodo vi præſentium in memoriam revocanda ſunt abſentia, & naturaliter continuatio ſeriei cogitationum per ſyl-

lo-

logiſmos diſtincte explicabilis. Ceterum non diffiteor, in analyſi demonſtrationum difficultates emergentes vix ac ne vix quidem ſuperabiles eſſe, ſi quis nullam adhuc vidit demonſtrationem conſummatam, cumque demonſtrationis conſummatæ nullam adhuc notionem habeat, nec ejus idea animo obverſetur, reductio demonſtrationis non conſummatæ ad conſummatam erit ipſi ſine mente ſonus, ideoque ignorabit, quomodo ea fieri debeat. Sicuti vero inſtitutione aliorum opus habemus in iis, in quibus ipſimet nobis minime ſufficimus; ideo quoque convenit analyſes demonſtrationum conſummatarum eos doceri ab aliis, qui ad ſoliditatem adſpirant. Quamvis enim non impoſſibile ſit, ut eam per nos conſequamur, quemadmodum ipſimet experti ſumus; non tamen hoc omnium eſt & plurimæ ſunt rationes, quæ impediunt, quo minus etiam illi, quibus non deſunt vires, huc animum advertant. Immo ſemper facilius eſt ſequi in via præeuntem, quam per viam ignotam ſine duce iter facere.

§. 267.

De ſoliditate ope ſtudii Matheſeos conſequenda.

Quoniam ſoliditatem conſequimur, ſi in demonſtrationibus conſummatis reſolvendis diligenter verſamur (§. 266.), demonſtrationes autem *Euclidis* & veterum Geometrarum conſummatæ ſunt, aut, ſi quid forſan in iis deſiderari contingat, quatenus ordinatæ ſunt, id tamen analyſi inſtituendæ non multum officit; *Qui ſoliditatem conſequi vult, demonſtrationes* Euclidis, &, *ſi ulterius ſeſe exercere voluerit, veterum Geometrarum eo modo reſolvere tenetur, quem intellectus perficiendi cauſa præſcripſimus* (§. 99.). Unde ſimul liquet, *eum, qui ſtudio Matheſeos intellectum legitimo modo perficere ſtudet, una ſoliditatem conſequi.*

Qui intellectum perficere ſtudet eo, quem ſupra (§. 99. *& ſeqq.*) demonſtravimus, modo; is revera omnibus, aut

ſaltem plerisque virtutibus intellectualibus formalibus acquirendis operam navat, cum virtutes intellectuales formales non ſint niſi habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione, quatenus præciſis rebus, circa quas cognoſcendas verſatur intellectus, ſpectantur (§. 142. 143.). Quamobrem ubi de virtutibus intellectualibus formalibus in ſpecie agitur, oſtendendum eſt, quænam in modo perficiendi intellectum hanc, quænam illam virtutem intellectualem formalem reſpiciant. Quoniam vero habitus diſtincte ratiocinandi ac ratiocinia concatenandi remanet, etiamſi obliviſcaris eorum, de quibus diſtincte ratiocinatus habitum iſtum tibi comparaſti (§. 453. *Pſycb. empir.*); in comparanda ſoliditate non attenduntur doctrinæ, quarum demonſtrationes reſolvuntur. Eligendum igitur tantummodo eſt objectum demonſtrationum, quod per ſe earum analyſin facilitat; quale quod ſint figuræ geometricæ, negandum non eſt. Quamvis itaque Geometria in ſpem futuræ oblivionis addiſcatur, ejus tamen ſtudio maxima animi contentione incumbere debet, qui doctrinam ſolidam curæ cordique habet atque ad ſoliditatem adſpirat, propriis, non alienis oculis viſurus. Cum nobis potiſſimum propoſitum eſſet ſtudium Matheſeos, quod in Academiis fere deſertum atque incultum jacebat, intellectus perficiendi, ac per conſequens virtutum intellectualium formalium conſequendarum cauſa, amplificare & quaſi poſtliminio in ſcholas reducere; operam quoque dedimus, ut demonſtrationes ad iſtiusmodi analyſes, quales in præclarum illum uſum commendamus, aptas efficeremus. Nullus itaque dubito fore, ut, qui demonſtrationes noſtras eo modo reſolvere voluerit, quemadmodum in Commentatione de intellectu ope ſtudii mathematici perficiendo docuimus, ad quem modo provocavimus (*not.* §. 266.), ſoliditatem conſequatur. Quodſi deinde ad opera noſtra philoſophica legenda animum appellere voluerit, quin doctrinam ſolidam ſit acquiſiturus nullus dubito: neque enim mihi aliud propoſitum eſt, quam ut diſcendi cupidos a doctrina ſuperficiaria ad ſolidam revocem, qua

ſicu-

ſicuti quovis, ita inprimis noſtro ævo maxime opus eſt cum in Eccleſia, tum in Republica. Relegenda hic ſunt, quæ ſupra annotavimus (*not.* §. 100.).

§. 268.

Ob eandem rationem *analyſis demonſtrationum conſummatarum in ſcriptis philoſophicis vel aliis quibuscunque occurrentium eſt medium conſequendi ſoliditatem.* *De medio ſoliditatis ulteriori.*

Nimirum analyſis demonſtrationum conſummatarum facit ad conſequendam ſoliditatem, quatenus conſummatæ ſunt, non vero quatenus in hoc, vel iſto ſcientiarum genere uſurpantur, & in ſoliditate acquirenda non attenditur objectum, circa quod intellectus verſatur (§. 143. 265.), neque attendendum eſt (§. 453. *Pſycb. empir.*). Rationes vero, cur præferenda ſit in hoc exercitiorum genere Matheſis, præſertim Geometria *Euclidea*, ſupra jam dedimus (*not.* §. 100.). Quamobrem quoque unicuique, qui intellectum perficere, ac per conſequens etiam ſoliditatem acquirere intendit, ſuadeo, ut exercitiis eo fine inſtituendis deſtinet Geometriam elementarem, &, ne opus habeat Elementis Matheſeos univerſæ, compendium quoddam Matheſeos conſcripſi, quod etiam in linguam Latinam & in alias exoticas translatum. Pauca enim, quæ in eo de Geometria elementari traduntur, ſi eo, quem hic commendo, modo pertractentur, ſufficient, ut ſine moleſtia & cum fructu in lectione operum noſtrorum philoſophicorum verſetur, & doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernat. Quamvis vero analyſes demonſtrationum conſummatarum ad acquirendam ſoliditatem commendemus, non tamen propterea exiſtimandum eſt, quaſi iſtiusmodi analyſes continuo ſint inſtituendæ, ubi ſolidam doctrinam curæ cordique habemus. Etenim alius eſt modus acquirendi habitum, alius eſt modus eodem utendi: id quod de quolibet habitu adeo manifeſtum eſt, ut ſuperfluum foret de hac differentia aper-

tius dicere. Qui ſoliditatem conſecutus, cum ex habitu poſtea agat, omnes iſtos actus, qui ad diſtincte ratiocinandum & ratiocinia legitime concatenanda requiruntur, elicit juſto ordine, utut de ſingulis ſigillatim non cogitet, & demonſtrationes conſummatas dat, etſi de diſtincta regularum in iis obſervandarum applicatione non cogitet. Qui hæc non perpendunt, analyſes demonſtrationum conſummatarum ſpernunt, immo facile ſibi aliisque perſuadent, ſine demonſtrationibus conſummatis doctrinam ſolidam acquiri, ac ideo nullius uſus eſſe ſubtilitates, quæ ad demonſtrationes ordinatas & completas requiruntur, nec ſoliditatem mereri virtutis intellectualis nomen, quam nos definimus (§. 440. *Pſych. empir.*). Aſſimilatur hoc præjudicium quodammodo alteri, quo ſyllogiſmorum formalium nullus ſtatuitur uſus in veritate inveniendа & demonſtranda, ſed ad luſus pueriles refertur. Quemadmodum ſufficit, ut demonſtratio in ſyllogiſmos formales ſit reſolubilis, etiamſi ex iis contexta non appareat, ita etiam ſufficit eam eſſe ejus conditionem, ut, ſi reſolvatur, nihil immutandum ſit in ordine, quo propoſitiones, vel ſyllogiſmi, in quos reſolvitur demonſtratio ſe invicem excipiunt, nec deficiat propoſitio ulla, quæ principiorum numero continetur, ſive actu, ſive virtualiter inſit. Ac propterea contingit, ut, ſicuti formæ genuinæ demonſtrationis ignarus non advertit, eam ex meris ſyllogiſmis formalibus eſſe contextam, ita etiam qui ignorat quid ſit demonſtratio ordinata & completa, conſequenter conſummata, eam non agnoſcat, & inter conſummatam & inconſummatam diſtinguere neſciat.

§. 269.

De raritate ſoliditatis.

Soliditas virtus intellectualis admodum rara eſt. Etenim qui ſolidus eſt, demonſtrationes conſummatas (§. 444. *Pſych. empir.*), conſequenter ordinatas & completas dare poteſt (§. 855. *Log.*). Enimvero qui novit, quænam ſit for-

forma genuinæ demonſtrationis & quænam ejus materia (§. 498. & §. 551. *& ſeqq. Log.*), & cum ea comparat probationes, quæ ubivis in medium afferuntur; is facile deprehendet, quantum eædem ab illa diſtent. Quodſi quis novit, quid ſit demonſtratio ordinata (§. 799. *Log.*), quid completa (§. 854. *Log.*), & juxta has definitiones examinat demonſtrationes etiam illorum, qui habitu demonſtrandi pollent, is facile perſpiciet, quid in iis adhuc deſideretur, quo minus ſint ordinatæ ac completæ. Quamobrem abunde patet, ſoliditatem eſſe virtutem intellectualem admodum raram.

Quemadmodum virtutes omnes in Ethica definimus, quales eſſe debeant, ut nihil ex parte ulla deſideretur, ita etiam ſoliditatem definire debuimus, qualis ea eſſe debet, ut perfecta ſit. Et ſicuti ex definitionibus deducenda ſunt, quæ definito competunt; ita quoque ea, quæ de ſoliditate demonſtrantur, ex ejus definitione, tanquam ex fonte ſuo, derivanda ſunt. Quamvis enim hinc ſequatur, ſoliditatem eſſe admodum raram, ita ut ejus laus ſumma etiam viris de ſcientia præclare meritis tribui nequeat; id tamen nos morari minime debet. Dantur gradus quemadmodum virtutum omnium tam moralium, quam intellectualium, cumque uno ore fateantur omnes, nihil in rebus humanis dari perfectum, ecquis mirabitur, ſi idem de ſoliditate dicatur? Nullius laudi detrahitur, nec meritis ullius in ſcientiam derogatur, ſi vel maxime quoad ſoliditatem defectus quidam hinc inde notentur. Neque enim in Ethica virtutes intellectuales atque morales definimus, quales eſſe debeant, ut ſint perfectæ, ut aliorum famam ſuggillandi materiam habeamus; ſed ut veritati litemus, nec deſit exemplar, ad quod nos conformare debemus, ad ulteriorem perfectionem continuo tendentes. In progreſſu non impedito ad majorem indies perfectionem cum ſummum bonum conſiſtat (§. 374. *part. 2. Phil. pract. univ.*), in Ethi-

ca

ca verò docendum ſit, quomodo ſummum bonum actu acquiratur (§. 7.); fini Ethicæ quam maxime convenit, ut virtutes omnes tam morales, quam intellectuales definiantur, quales eſſe debent. Immo idem omnino obſervamus in ſcientiis etiam aliis. Nonne in Opticis ſpeculum parabolicum definimus, quale eſſe debet, non quale ab artifice quodam parari poteſt, & ex hac definitione demonſtramus ſpeculi parabolici effectus, parum ſolliciti, utrum arte facta effectum illum habere poſſint, nec ne? Quemadmodum vero abſurdus videretur, qui propterea laudi alias meritæ artificis detrahere, aut famam ejus laceſſere vellet, quod ſpeculum perfecte parabolicum non confecerit, ira non minus abſurdus exiſtimandus, qui meritis Viri cujusdam celebris detrahere & famam ejus ſuggillare auderet, quod ſoliditatis laudem ſummam non fuerit conſecutus. Magnam laudis hujus partem jam meretur, ſi demonſtrationes, quas dedit, ad ordinatas & completas, ideoque ad conſummatas facile reducuntur ab eo, qui diſtinctam demonſtrationis ordinatæ ac completæ rationem habet. Nec propterea palmam ipſi eripit alius, qui demonſtrationes ejus aliqua adhuc imperfectione laborantes ulterius perficit. Perpendenda hic etiam ſunt, quæ jam alias in eandem rem annotavimus (*not.* §. 444. *Pſycb. empir.*). Ceterum diſſitendum non eſt recentiores Mathematicos, quos a vera methodo haud raro quam longiſſime aberrare ſupra monuimus (*not.* § 99.), non modo quando extra ſphæram ſuam progrediuntur, verum etiam quando ſine calculo more veterum demonſtrationes contexere volunt, de ordinatis atque completis demonſtrationibus prorſus non cogitare. Immo nullus dubito fore forſan haud paucos, qui puerilibus annumeraturi ſunt ea, quæ a nobis de ordinatis atque completis demonſtrationibus traduntur: quorum judicium, ſi vel maxime verſatur in contemtum noſtrum, parum me movet, qui talia non inculco, ut laudem conſequar, ſed ut proſim mulris. Mox enim videbimus, quanti interſit demonſtrationes eſſe ordinatas & completas. Ipſi in demonſtrationis ordinatæ notionem

nem non ante incidimus, quam in Pſychologia empirica naturalem cogitandi modum perſpiceremus, nec ad completas animum attendimus, quam ubi difficultatem experiremur, quando ex ſcriptis recentiorum Mathematicorum proficere vellemus. Et ut tandem quoad demonſtrationes conſummatas pleniſſima lux nobis affulgeret, analyſi demonſtrationum geometriæ elementaris obtinuimus, quam tanquam medium perficiendi intellectum ſupra commendavimus (§. 99.), & hic tanquam medium ſoliditatis commendamus.

§. 270.

Qui ſolidus eſt, doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere poteſt. Qui enim ſolidus eſt, habitu demonſtrandi pollet (§. 443. *Pſych. empir.*) & demonſtrationes conſummatas dare poteſt (§. 444. *Pſych. empir.*), nec tanquam vera admittit, niſi ſufficienter probata & ſufficienter explicata (§. 445. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum doctrina ſolida ſit, quæ conſtat propoſitionibus ſufficienter demonſtratis & ſufficienter explicatis (§. 448. *Pſych. empir.*), idque diſcernere ſoliditatis ſit, *per demonſtrata*; qui ſolidus eſt, doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere poteſt.

De doctrina ſolida a ſuperficiaria diſcernenda.

Maximæ omnino utilitatis eſt doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere, cum plurimum intereſſit Eccleſiæ ac Reip. ut, qui litteris operam navant, doctrina ſolida animum imbuant. Quamobrem cum non detur alia ad doctrinam ſolidam via, niſi quam ſoliditas oſtendit & qua ducit ſui cultores; qui mentem monſtroſam minime habet, ei ſufficit abunde motivum, ut ſoliditatem conſequi omni animi contentione ſtudeat, quod ipſius vi doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere valeamus. Habent vero utique mentem monſtroſam illi, quorum mens humanæ diſſimillima. Mens humana non intelligitur ſine facultatibus ſuperioribus, quibus a brutis differt

fert (§. 761. *& ſeqq. Pſyeh. rat.*). Quamobrem quo magis quis perficit intellectum & voluntatem cum nolunrate, eo magis mens ipſius humana dici meretur. Qui ergo virtutes intellectuales contemnit, & parum curat, utrum ſolida, an ſuperficiaria doctrina animum imbuat, ejus mens utique monſtroſa dici poteſt, quatenus naturam humanam in minime humanam vertere amat, ne quid gravius dicam, quod offendat.

§. 271.

Quinam ſoliditatem curæ habere debeant.

Quoniam qui ſolidus eſt, doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere valet (§. 270.); *qui doctrinam ſolidam amat, ſoliditatem curæ cordique habere debet.*

Optandum omnino foret, ut omnes doctrinam ſolidam amarent, immo optandum, ut omnis doctrina ſuperficiaria ex orbe eruditorum profligaretur; ſed hoc ad ea referendum, quæ magis optanda, quam ſperanda ſunt. Alia longe ſcholarum & academiarum conditio eſſe deberet, quam quæ nunc eſt, ſi adoleſcentibus amor doctrinæ ſolidæ inſtillari & juvenes ad eandem perduci deberent. Ea adhuc eſt rerum noſtrarum facies, ut adoleſcentes nullam doctrinæ ſolidæ notionem acquirant, & ſic rei ignotæ nullus eſſe poteſt amor. Nihil vero magis quotidianum eſt, quam ut juvenes in academiis a ſolida doctrina avocentur, & ſoliditas, quam ipſa difficultas minus amabilem facit, ipſis exoſa reddatur. Dudum de eo conqueſtus eſt *Melanchthon*, doctrinæ ſolidæ amantiſſimus; ſed nondum hodie ceſſant iſtæ querelæ. Non alia ratio me impulit, ut opus tam arduum reformandæ philoſophiæ aggrederer, ac indefeſſo ſtudio atque labore id continuarem, quam ut amorem doctrinæ ſolidæ animis diſcentium inſtillarem & eandem pro virili promoverem, atque alios ad ſimile ſtudium excitarem. Nec alio fine in præſenti volumine virtutes intellectuales uberius explico, quam ab aliis hactenus factum fuit, quam ut viam monſtrem, qua ſit eundum, ut ad

doctrinam ſolidam perveniatur, ac inde tandem percipiantur fructus, quos uberrimos pollicetur.

§. 272.

De ſoliditate extra Matheſin magis indiſpenſabili.

Qui extra Matheſin doctrinam ſolidam quærit, ſoliditate maxime opus habet. In Matheſi enim demonſtrationes applicantur ad figuras, quas delineatas oculo ſubjicimus. Unde contingit, ea nudo conſpectu illarum cognoſci, præſertim ab eo, qui principia demonſtrandi familiaria experitur, quæ alias ratiocinando colligi debebant, ita ut peritis nugari videatur, ſi quidem eadem ratiocinio diſtincto inferre velit, immo haud raro accidat, ut parum commode verbis exprimere ratiocinia poſſimus. Accedit, quod intellectus dirigatur ſenſu, dum oculos huc illucque vertentes eorum nobis conſcii reddimur, a quorum veritate dependet veritas ejus, quod demonſtrandum, ut ratiocinia, quibus opus erat, juſto ordine perfici non ſit opus. Enimvero ſi extra Matheſin verſemur, hoc ſubſidio caremus, & ex ſolis aſſumtis ratiocinando colligendæ ſunt concluſiones ac legitime inter ſe concatenandæ, donec tandem inferatur quod erat demonſtrandum. Quamobrem omnino neceſſe eſt, ſi omnimode certus eſſe velis, ne forſan inferas, quæ ex aſſumtis, vel jam demonſtratis non ſequuntur, quemadmodum fieri ſolet ab iis, qui habitu demonſtrandi minime pollent, ut diſtincte ratiocineris & ratiocinia legitime concatenare ſtudeas. Enimvero habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi ſoliditas eſt (§. 440, *Pſych. empir.*). Quodſi ergo extra Matheſin doctrinam ſolidam quæras, ſoliditate maxime opus eſt.

Principia, quibus nititur propoſitionis præſentis demonſtratio, præcipua facti ſunt, conſequenter fide eorum conſtant,

qui ea experti ſunt, aut, ſi vel iidem animum ad talia non advertere adſueverunt, nonniſi exemplis probari poſſunt: quod etſi hic loci non commode fieri poſſe videatur, ubi figurarum apparatu deſtituimur, ne tamen gratis ſumſiſſe videamur, quod a veritate alienum eſt, unicum ſaltem exemplum in medium afferre lubet, haud difficulter intelligendum ab iis, qui in Elementis Geometriæ verſati ſunt, &, ſiquidem opus ſit, demonſtrationem in iis evolvere valent. Ponamus nimirum demonſtrandam eſſe æqualitatem trium in triangulo angulorum ſimul ſumtorum cum duobus rectis & per verticem trianguli eo fine duci rectam baſi parallelam. Quamprimum oculos in ſchema conjicimus & anguli alterni in eosdem incurrunt, ſtatim eorum æqualitatem ſumimus, quemadmodum etiam æqualitatem trium ad verticem trianguli ſuper eadem recta conſtitutorum, ac inde mente facta ſubſtitutione angulorum ad baſin trianguli in locum alternorum ipſis æqualium absque omni ambage concluditur æqualitas trium in triangulo angulorum ſimul ſumtorum cum duobus rectis. Latent utique in hiſce actibus mentis confuſis ſinguli, qui eliciuntur, dum demonſtratio in ratiocinia diſtincta reſolvitur eademque juſto ordine inter ſe concatenantur. Aſt qui diſtincte ratiocinari & ratiocinia inter ſe concatenare non adſuevit, actus iſtos minime diſcernit, conſequenter nec eorum ſigillatim ſibi conſcius eſt & actus in unum confuſos non magis verbis alteri explicare valet, quam ideam coloris aut rei alterius ſenſibilis confuſe perceptæ. Enimvero ſi figuræ ſubſidio careremus, tum demum vi definitionis angulorum alternorum probandum foret, angulos in triangulo ad baſin exiſtentes & externos, cum quibus comparantur, eſſe alternos, & hoc ſumto, tanquam jam demonſtrato, vi propoſitionis de ſymptomatis linearum parallelarum inferenda erat eorum æqualitas. Similiter ex eo, quod recta baſi trianguli parallela per verticem ducatur, demonſtrandum foret, angulos externos, qui ſunt internorum ad baſin alterni, cum tertio ad idem punctum ſuper eadem recta conſtitui, ut inde porro illorum æqualitas cum duobus re-

rectis inferri poſſet. Hæc qui perpendit, facile intelliget, quod, quæ in demonſtrationibus geometricis veluti per intuitum patent, ea extra eandem, ubi adjumento figurarum caremus, ex ipſis rerum notionibus legitimis ratiociniis inferenda eſſe. Non itaque dubitabit, quin diſtincta ratiocinatione & juſto ordine facta concatenatione maxime opus ſit extra Matheſin, ut ea regnet evidentia, quæ ſine iſtiusmodi ſcrupuloſitate ſubſiſtere videtur in demonſtrationibus geometricis. Illud ipſum autem exemplum, ad quod provocavimus, etiam oſtendit, quod in Matheſi non multum referre videatur, quo ordine cogitationes in perluſtranda demonſtratione promoveantur: id quod denuo extra Matheſin non adeo commode procedit. Nimirum perinde videtur, ſive primo cogites de æqualitate trium ad verticem trianguli conſtitutorum angulorum cum duobus rectis, ſive de æqualitate angulorum internorum ad baſin trianguli cum externis, quorum ſunt alterni. Et utique caſui tribuendum, ſi quis de hac potius, quam de illa primo loco cogitat. Aſt ſi naturali modo cogitare velis, quemadmodum requiritur, ubi nonniſi ea, quæ ſumuntur, animo præſentia obverſantur, ex paralleliſmo lineæ per verticem ductæ atque baſis trianguli primum colligitur, oriri hoc modo angulos, qui eorum ad baſin trianguli ſunt alterni, ac inde porro infertur illorum cum his æqualitas. In præſenti equidem caſu parum referre videtur, undenam principium demonſtrationis fiat: aſt extra Matheſin non perinde eſt, & ſi vel maxime ordo perturbatus non noceat evidentiæ, nocet tamen elegantiæ, qua demonſtratio ordinata inordinatam antecellit, & ambages quasdam tædioſas creat, ut partes diſſolutæ combinentur. Dixi jam antea, quæ facti ſunt, non rectius intelligi, quam ſi ea actu experiamur. Et ideo iis, quæ a nobis in medium allata ſunt, excitare voluimus attentionem illorum, qui experimenta capere poſſunt. Ceterum ipſa quoque experientia docebit, majorem ſoliditatem requiri, ſi extra Matheſin doctrinam ſolidam conſequi velis, quam ad ſcientiam mathematicam, utut per ea, quæ diximus, jam pa-

teat ratio, cur eodem modo evidentia extra Matheſin conſervari nequeat, qua in eadem conſervatur. Nec ideo eſt, quod miremur, Mathematicos in arte ſua ſummos adeo parum acutos ſe præbere, ſi de rebus ad Matheſin non ſpectantibus judicium ſibi ſumunt, immo haud raro turpiter ſeſe dare, ubi a ſe demonſtrata prætendunt, quæ ex aliis, quam Matheſeos principiis demonſtranda ſunt. Quid quod haud raro precario ſumant, quod in uſum calculi, cujus ſunt artifices, a ſe demonſtrari exiſtimant?

§. 273.

De medio doctrinam ſolidam conſequendi.

Quoniam ſoliditate maxime opus habet, qui extra Matheſin doctrinam ſolidam quærit (§. 272.), qui vero ſoliditatem conſequi vult, analyſi demonſtrationum conſummatarum vacare debet, qualem intellectus ope ſtudii mathematici perficiendi cauſa præſcripſimus (§. 267. 268.); *Qui extra Matheſin doctrinam ſolidam quærit, in Geometria analyſi demonſtrationum conſummatarum incumbere debet; qualem intellectus ope ſtudii mathematici perficiendi cauſa præſcripſimus* (§. 99.).

Facile apparet, nobis hic ſermonem eſſe de eo, qui doctrinam ſolidam per ſe conſequi vult, ac ſuperficiariam, quæ vulgo traditur, ad ſolidam reducere. Per doctrinam ſolidam intelligimus eam, quæ conſtat propoſitionibus ſufficienter probatis ſeu demonſtratis & ſufficienter explicatis (§. 448. *Pſych. empir.*). Quamobrem qui doctrinam ſolidam a minus ſolida diſcernere vult, is agnoſcere tenetur, propoſitiones ſufficienter eſſe demonſtratas & explicatas, conſequenter notionem diſtinctam habere debet demonſtrationis & explicationis ſufficientis. Quoniam propoſitio vera eſt, in qua prædicatum determinatur per ſubjectum & ejus determinationem (§. 509. *Log.*), hoc eſt, per ea, quæ de ſubjecto ſumuntur; ideo ex aſſumtis procedere debet demonſtratio, nec in progreſſu de ſubjecto ſumenda ſunt niſi concluſiones

ex

Artificielle Familie, Name, welchen Linné einer Abtheilung seiner Classen beilegte, die er nach einem einzigen Merkmale bildete, ohne auf die Verwandtschaft der Pflanzen Rücksicht zu nehmen. Diese Abtheilungen sind nach der Zahl der Staubfäden, nach ihrer Verwachsung, nach ihrer Länge, nach der Verwachsung der Staubbeutel, nach der Zahl der Griffel, nach der Verwachsung der Griffel, nach der Zahl der Narben, nach der Verwachsung der Narben, nach der Zahl der Fruchtknoten, nach der Verwachsung der Fruchtknoten, nach der Zahl der Fächer, nach der Zahl der Samen, nach der Verwachsung der Samen, nach der Zahl der Kelchblätter, nach der Verwachsung der Kelchblätter, nach der Zahl der Blumenblätter, nach der Verwachsung der Blumenblätter, nach der Zahl der Blüthen, nach der Verwachsung der Blüthen, nach der Zahl der Blüthenstiele, nach der Verwachsung der Blüthenstiele, nach der Zahl der Blüthenhüllen, nach der Verwachsung der Blüthenhüllen, nach der Zahl der Deckblätter, nach der Verwachsung der Deckblätter, nach der Zahl der Blüthenscheiden, nach der Verwachsung der Blüthenscheiden, nach der Zahl der Blüthenkolben, nach der Verwachsung der Blüthenkolben, nach der Zahl der Blüthenkätzchen, nach der Verwachsung der Blüthenkätzchen, nach der Zahl der Blüthenköpfchen, nach der Verwachsung der Blüthenköpfchen, nach der Zahl der Blüthenbüschel, nach der Verwachsung der Blüthenbüschel, nach der Zahl der Blüthenrispen, nach der Verwachsung der Blüthenrispen, nach der Zahl der Blüthendolden, nach der Verwachsung der Blüthendolden, nach der Zahl der Blüthenähren, nach der Verwachsung der Blüthenähren, nach der Zahl der Blüthentrauben, nach der Verwachsung der Blüthentrauben, nach der Zahl der Blüthenquirle, nach der Verwachsung der Blüthenquirle, nach der Zahl der Blüthenwirtel, nach der Verwachsung der Blüthenwirtel

(2) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may, in addition to any other penalty, order that the person shall not, for a period of not more than two years, hold a licence under this Act.

(3) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be forfeited to the Crown.

(4) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be detained for a period of not more than two years.

(5) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be sold by the Crown.

(6) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be destroyed.

(7) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be delivered to the owner.

(8) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be delivered to the person who is entitled to the possession of the vehicle.

(9) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be delivered to the person who is entitled to the possession of the vehicle, and that the person shall not, for a period of not more than two years, hold a licence under this Act.

(10) Where any person is convicted of an offence against this section, the court may order that the vehicle in respect of which the offence was committed shall be delivered to the person who is entitled to the possession of the vehicle, and that the person shall not, for a period of not more than two years, hold a licence under this Act, and that the vehicle shall be detained for a period of not more than two years.

ad ſtudia litteraria animum appellunt, analyſibus iſtis in Geometria ſaltem elementari vacarent, doctrinam ſuperficiariam pro ſolida ſibi venditari non paterentur.

§. 274.

Quoniam qui extra Matheſin doctrinam ſolidam quærit in Geometria analyſi demonſtrationum conſummatarum incumbere debet, qualem intellectus perficiendi causa ope ſtudii mathematici præſcripſimus (§. 273.); *neglectus analyſeos demonſtrationum conſummatarum maximum impedimentum eſt doctrinæ ſolidæ conſequendæ*, conſequenter *ut hoc impedimentum tollatur, analyſes iſtæ in ſcholas introducendæ, aut quilibet per ſe in iis diligentiam ſuam exercere debet.*

De impedimento maximo doctrinæ ſolidæ & quomodo tollatur.

Vulgo multa recenſentur præjudicia doctrinæ ſolidæ conſequendæ adverſa, & de iis eradicandis haud parva ſollicitudo eſt. Sed præjudicia omnia per ſe in fumum abeunt, nec iis eradicandis ulla impendenda eſt opera, ſi quis analyſibus noſtris ſedulam navaverit operam. Quoniam enim perſpicit, ſi quid ſufficienter probatum minime fuerit, quod non ſit & cur nondum ſit; fieri haud quaquam poteſt, ut præjudicio, qualecunque tandem id fuerit, ſeducatur ad id pro vero amplectendum, quod nondum ſufficienter probatum eſt. Quamvis itaque non deſint, qui ſcholaſticos plurimum reprehendunt, quod in Logica de præjudiciis minime egerint, & tractationem de iisdem ſi non pro parte principe, ſaltem pro utiliſſima Logicæ venditant; id tamen parum apud me valuit, atque rejecta illorum opinione pauca ſaltem de præjudiciis in opere logico monui (§. 1011. *& ſeqq. Log.*), atque ibidem jam obſervavimus (§. 1011. *Log.*), modum præjudicia quævis evitandi huc redire, ut non ante judicemus, quam vel a poſteriori, vel a priori veritatis, aut falſitatis, aut probabilitatis convicti fuerimus: id quod obtineri ope analyſeos de-

monſtrationum conſummatarum, quibus habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi acquiritur, ex iis, quæ hactenus fuſius dicta ſunt, ſatis liquet. Oſtendimus ſuperius (§. 101.), ad uſum intellectus faciendum & eundem poteſtati ſuæ ſubjiciendum conducere cognitionem veræ Logicæ. Vera Logica, cujus lapidem Lydium dedimus (§. 26. *& ſeqq. Log.*), non modo tradit notionem adæquatam demonſtrationum conſummatarum, quam ſine ejus ſtudio acquirere minime datur; verum etiam ſecundum ejus regulas dijudicandum, utrum facta analyſi demonſtrationum, omnia tam quoad formam, quam materiam rite ſe habeant, nec ne, ut de ſoliditate doctrinæ atque intellectus major certitudo obtineri minime poſſit. Quamobrem quæ ſuperius de uſu Logicæ veræ in perficiendo intellectu inculcata ſunt; ea etiam applicanda ad ſoliditatem intellectus. Analyſes demonſtrationum plurimum perficerentur, ſi analyſes logicæ inſtituerentur ad ſimilitudinem grammaticarum, quibus exercentur adoleſcentes in reſolutione textus Autorum, quando ad linguam Latinam, Græcam vel Hebræam addiſcendam animum appellunt. Utilitatem analyſium grammaticarum nemo in dubium vocat & experientia confirmat; ſed non minor utilitas deprehenditur in analyſibus logicis, ſiquidem iisdem vacare libuerit. Immo analyſes logicæ magis neceſſariæ videntur, quam analyſes grammaticæ, quia in ſcriptis autorum non continuo vapulat *Priſcianus*, quemadmodum ubivis peccatur in Logicam, ita ut promiſcua librorum vulgari more ſcriptorum lectione intellectus a ſoliditate avocetur, ad quam perducendus erat (§. 104.). Niſi quis ante exercitiis iſtis vacaverit, quæ hic ſoliditatis conſequendæ cauſa urgentur, is quoque ex ſcriptis modo vulgari confectis doctrinam ſolidam haurire nequit, ſed eorum lectione intellectum ad conſequendam ſoliditatem continuo potius magis magisque ineptum efficiet. Pertinent huc quæ ſupra jam oſtendimus & uberius inculcavimus (§. 105.). Analyſes iſtæ logicæ cum analyſibus demonſtrationum conjungendæ,

dæ, quarum illæ non ſunt niſi ulterior extenſio. Quamvis pueriles videantur plerisque, apprime tamen neceſſariæ ſunt, ubi novæ offeruntur doctrinæ & errores accurate diſcutiendi. Immo conducerent quoque ſubinde ad examinandas hypotheſes, quas analyſtæ moderni in gratiam problematum beneficio calculi ſolvendorum ſumunt, ne ſolutio ſaltem reſponderet hypotheſi, ſed ſatisfaceret quoque fini, qui intendebatur, aut intendi ſaltem debebat. Conſtat tyronibus Analyſeos, in applicatione Algebræ ad Geometriam etiam elementarem ante quædam demonſtranda eſſe, quam ad æquationem perveniatur, quæ calculo locum facit. Quemadmodum hic neceſſe eſt, ut in demonſtrandis iis, quæ ad æquationem ducunt, non aberretur; ita quoque in problematis, quibus a Geometria tranſitus fit ad naturam vel artem, non minore cautione opus eſt, ne in gratiam calculi aſſumantur, quæ ſunt a veritate aliena. Quoniam hæc extra ſphæram mathematicam ſunt, ideo in iis examinandis eodem rigore opus eſt, quo extra Matheſin opus eſſe oſtendimus (§. 272.).

§. 275.

Qui ſolidus eſt, omnium facillime ſibi ab erroribus cavebit. Qui enim ſolidus eſt, non admittit tanquam vera, niſi quod ſufficienter probatum atque explicatum eſt (§. 445. *Pſych. empir.*), conſequenter quod verum eſſe certo agnoſcit (§. 568. *Log.*). Quamobrem non eſt, quod vereatur, ne affirmet, quod erat negandum, aut contra (§. 507. *Log.*), conſequenter ne erret (§. 624. *Log.*). Qui itaque ſolidus eſt; omnium facillime ſibi ab erroribus cavebit. *De medio evitandi errores.*

Magis homines, præſertim eruditi, ſibi metuunt ab erroribus, quam a vitiis moralibus, ita ut ſe erraſſe confiteri nolint, ſed errores ſuos pertinaciter defendant. Hinc omnino ſequi videbatur, ut nihil eorum omitterent, quod ad vitandos er-

errores neceſſarium. Enimvero cum præter ſoliditatem non detur alia via ad certitudinem cognitionis humanæ, conſequenter quamprimum ab ea receſſeris, periculum immineat, ne in errorem incidas; omni animi contentione ſoliditati ſtudere deberent eruditi. Videas tamen eos, qui litteris operam navant, nulla in re eſſe magis negligentes, quam in illis exercitiis, ſine quibus ſoliditatem conſequi minime datur. Quibus ergo ſerius eſt animus vitandi errores, ei propoſitio præſens motivum efficaciſſimum eſt ſoliditatis. Seculum noſtrum licentioſum errorum maxime nocuorum feraciſſimum eſt, qui tanto latius ſerpunt, quanto impudentius de ſoliditate ſua gloriantur illorum genitores, vel educatores, & quanto latius fores contemtui religionis & omnibus vitiis aperiunt. Non injuſtæ ſunt virorum proborum querelæ de illorum propagatione, qui damna inde oritura prævident, immo jam ubivis terrarum naſci obſervant. Huic igitur malo remedium tempeſtive erat afferendum. Quamobrem cum efficacius remedium adverſus errores non detur ſoliditate, opera maxime danda eſt, ut juventus ſtudioſa ad ſoliditatem perducatur, ac eo fine in analyſibus logicis, præſertim demonſtrationum conſummatarum, exerceatur, ut aberrationes eorum, qui ſoliditatis laudem affectant, a qua tamen longiſſime abſunt, perſpicere valeant. Inanem omnino operam ſumunt, qui communi more errores iſtos confutare ſtudent. Etenim qui eos fovent, in iisdem magis confirmantur, & alii, qui doctrinam ſolidam amare nequeunt, quam non agnoſcunt, in errores proclives ſunt, qui novitate placent ac partim curioſitati, partim cupiditatibus ipſorum ſeſe commendant. Vide, quæ ſupra de analyſibus logicis dicta (§. 123.)

§. 276.

De ſoliditate ad praxin moralem requiſita.

Quoniam qui ſolidus eſt omnium facillime ſibi cavet ab erroribus (§. 275.), in praxi autem morali maxime intereſt, ne errore quodam inficiatur animus, ne virtuti ſtuden-

dentes in vitium delabamur; ideo *ad praxin moralem ſolidita-te maxime opus eſt*, conſequenter *qui illi operam dare vult, ſoli-ditatem quoque maxime curæ habere debet.*

Patet itaque ratio, cur in philoſophia morali maximam attentionem mereatur ſoliditas, nec hæc virtus intellectualis ſilentio prætereunda ſit. Videbimus ſuo loco, quando de virtute morali acturi ſumus, quod eidem nihil magis adverſetur, quam error, & quod is ardorem virtutem colendi efficiat maxime nocuum, ita ut ipſa pietas, quæ virtutem omnem exaltat, efficiatur innumerorum malorum genetrix. Quamobrem qui eam propagare conantur cum contemtu virtutum intellectualium, inprimis ſoliditatis, in propria viſcera ſæviunt. Atro carbone jam notavimus præjudicium, quo laborant (*not.* §. 213. & §. 216.); ſed de eodem plura dicenda erunt, quando de emendatione voluntatis acturi ſumus. Propagatio pietatis cum contemtu virtutum intellectualium non magis periculoſa exiſtimari poteſt, quam noſtro ſeculo, de quo juſtas in medium attulimus querelas (*not.* §. 275.). Ac propterea noſtro inprimis ævo opus eſt, ut qui pietatem promovere voluerint, ſoliditati ſtudeant. Idem intelligitur de omni praxi morali.

§. 277.

De ſigno aboris ſoliditatis & madoris ejus gradus.

Qui propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum absque probatione ſumunt, & ex notionibus demonſtrat a priori, quæ alii a poſteriori ſumunt; is ſolidæ doctrinæ amans eſt & ſe ſolidum probat. Etenim qui propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum absque probatione ſumunt, vel etiam a priori ex notionibus demonſtrat, quæ alii a poſteriori ſumunt; is ex ſufficienter demonſtratis voluptatem percipit. Quamobrem cum propoſitiones ſufficienter demonſtratæ doctrina ſolida ſint (§. 448. *Pſych. empir.*); ex doctrina ſolida vo-

voluptatem percipit. Cum igitur res inanimatas amemus, ſi in iis quidpiam deprehendimus, quod nobis multam affert voluptatem, pro gradu voluptatis hujus (§. 654. *Pſych. empir.*); qui propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum absque probatione ſumunt, & ex notionibus a priori demonſtrat, quæ alii a poſteriori ſumunt, ſolidæ doctrinæ amans eſt. *Quod erat unum.*

Quoniam tanto quis ſolidior eſt, quo in probandis principiis propius accedit ad notiones irreſolubiles (§. 442. *Pſych. empir.*), qui vero propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum absque probatione ſumunt, & ex notionibus a priori demonſtrat, quæ alii a poſteriori ſumunt, ad notiones irreſolubiles propius accedit, utpote reſpondentes propoſitionibus, quæ probationem ulteriorem non recipiunt, ſed in quibus tanquam ultimis principiis, ad quæ pervenitur, ſubſiſtendum; qui propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum absque probatione ſumunt, & ex notionibus a priori demonſtrat, quæ alii a poſteriori ſumunt, ſe ſolidum probat. *Quod erat alterum.*

Doctrina ſolida qua talis animum ſciendi cupidum delectat. Quamobrem cum doctrina ſolida conſiſtat in propoſitionibus ſufficienter probatis (§. 445. *Pſych. empir.*), ſufficienter autem probatum id nondum eſt, in cujus demonſtratione ſumuntur, quæ adhuc ulterius demonſtrari poſſunt; qui doctrinam ſolidam amat, non acquieſcit, ubi videt, aliquid adhuc ulterius demonſtrari poſſe, donec id demonſtraverit. Amoris igitur doctrinæ ſolidæ effectus eſt nimium, quod nonnullis videtur, demonſtrandi & definiendi ſtudium, quod tamen nunquam nimium eſſe poteſt. Ex effectu igitur recte colligitur cauſa. Experientia docet, ſi ſoliditati ſtudemus, quod repugnantiam quandam in nobis obſervemus in ſumendis absque

que probatione, quæ ulterius adhuc probari poſſe animadvertimus, etſi de earum veritate minime dubitemus. Notum eſt, Geometras quosdam veteres demonſtraſſe propoſitiones, quas *Euclides* inſtar axiomatum ſumſerat. Hoc non aliud ipſis perſuaſit niſi ſoliditatis ſtudium. Immo notiones quoque communes, quas inſtar axiomatum ſumſit, demonſtrari poſſunt, cum ſint in ſimpliciores reſolubiles. Dantur ſoliditatis gradus, ſive eam ſpectes in intellectu, ſive in doctrina. Summus autem in doctrina gradus eſt, ſi ex notionibus irreſolubilibus procedunt demonſtrationes, aut tandem in eas reſolvuntur. Ut ideam perfectæ analyſeos haberemus, in Elementis Arithmeticæ dedimus demonſtrationem propoſitionis ontologicæ, quam *Euclides* tanquam notionem communem ſumſit, ſcilicet quod totum ſit majus qualibet ſua parte (§. 84. 85. *Arithm.*). Perfecta iſtiusmodi analyſis ubivis dari minime poteſt; ad notiones tamen irreſolubiles continuo magis magisque appropinquatur, quo ulterius analyſis continuatur, ſeu quod perinde eſt, quo ulterius in demonſtrandis principiis, quæ demonſtrationem aliquam ingrediuntur, progrediamur. Cum ſoliditatis promovendæ cauſa ſtudium Matheſeos amplificare intenderimus; in Elementis quoque Arithmeticæ & Geometriæ, quæ in Tomo primo Elementorum Matheſeos univerſæ continentur, ideam exemplarem ſoliditatis ingenerare animo legentium voluimus, ac ideo multa demonſtravimus, quæ alias demonſtrari minime ſolent, & propterea quoque definivimus terminos, qui ſine definitione uſurpari ſolent, quamvis ab iſto rigore, qui tyrones offendit, abſtinuerimus in Elementis Germanico idiomate editis & in Compendio eorum. Qui enim a compendio ad opus majus progrediuntur, rectius ſic intelligunt, quænam differentia inter gradus ſoliditatis intercedat. Non reprehendimus *Euclidem*, quaſi minime ſufficienter demonſtraverit elementa Matheſeos puræ. Cum enim ipſi propoſitum eſſet Matheſin reducere ad notiones communes, ut veritates mathematicæ eandem cum his evidentiam haberent (*not.* §. 222.); notiones communes &, ſi

qua

qua per ſe eandem cum ipſis evidentiam habent, ſumere poterat, atque ſic ad ſcopum, ad quem tendebat, feliciter pervenit, nimirum ut veritates mathematicæ extra omnem dubitationis aleam ponerentur. Enimvero quoniam nos non ſaltem intenderimus certam atque indubitatam veritatum mathematicarum cognitionem, ſed ut ſtudium Matheſeos eſſet medium perficiendi intellectum, ut eodem extra Matheſin recte uteremur, & inprimis ſoliditatis gradus diſtincte cognoſceremus, quæ *Euclidis* ſcopo ſatisfaciebant, noſtro ſatisfacere non poterant. Ad differentiam hanc qui animum non attendunt, iis nugari videmur, quando probamus, quæ tuto ſine probatione ſumi poſſe experti ſunt. Conſtat autorem Artis cogitandi reprehendere Mathematicos, quod nimii ſint in definiendo & demonſtrando: quod mirifice placuit hominibus Geometriæ ignaris, nec ullam ſoliditatis notionem habentibus, quippe quos pronos eſſe conſtat ad contemnendum ea, quæ non intelligunt, & ad cenſendum alios, ne ipſi videantur hiſce inferiores, aut ut videantur iisdem ſaniores. Aſt ſimiliter Mathematici, qui ultra ſphæram ejus progredi nolunt, aut veritates elementares nonniſi in gratiam demonſtrationum mathematicarum ac ſcientiæ mathematicæ promovendæ cauſa addiſcunt, puerilibus auſis accenſent, ſi in demonſtrando ultra *Euclidem* progredi voluerimus. Aliter vero ſenſit *Leibnitius*, cui ſatis perſpectum erat, quantum interſit inter evidentiam veritatum mathematicarum & ceterarum, quæ mathematicæ non ſunt, & qui ideo ſtudium noſtrum, quod in ulteriori reſolutione notionum mathematicarum poſuimus, valde probavit, quamvis non viderit, quemnam hujus uſum fecerimus in promovenda evidentia veritatum philoſophicarum. Quod contemnunt ſoliditatis notione diſtincta & ſatis adæquata deſtituti; id certiſſimum ſoliditatis majoris ſignum eſt, qua maxime opus habemus in philoſophia & diſciplinis aliis. Utinam omnibus is eſſet doctrinæ ſolidæ amor, qui ipſos incitaret ad ulterius continuo demonſtrandum, quæ in demonſtrationibus aliis ſumuntur, principia. Ita enim ſoliditati magis

ſtu-

ſtuderent eruditi, & tot abſurdæ opiniones, quæ indies in contemtum religionis atque virtutis invaleſcunt, vitiorum felicitati generis humani adeo adverſorum fomites, ſua quaſi ſponte in auram abirent, & ſe deridendos aliis propinarent, qui nunc heroës fortes in ſcientiis ſibi videntur, elegantiorum, quæ dicuntur, literarum armis minime vincendi, quamvis qui ſolidus eſt hiſce quoque armis ſingulari modo uti poſſit, quatenus ingenii acuti atque ſubtilis uſus eſt in reductione veritatum arduarum rigoroſe demonſtratarum & debilium quoque virium, quibus pueriliter ſuperbiunt fortes illi, ſi ſuperis placet, heroës, ad captum vulgarem (§. 243.).

§. 278.

De medio iſtum ſoliditatis gradum attingendi.

Quoniam ſolidum ſe probat, qui ea demonſtrat, quæ ab aliis ſine ulteriori probatione ſumuntur, vel experientiæ fide nituntur (§. 277.), quo longius vero in probandis principiis progrederis, & per conſequens etiam in definiendo, eo propius ad notiones irreſolubiles accedis, etſi ad has pervenire non detur; *Qui ſoliditatis amans eſt, notiones confuſas ad diſtinctas revocare debet, quantum datur, ac inde a priori demonſtrare, quæ his deficientibus a priori demonſtrari nequeunt.* Quamobrem ut huic reſolutioni adſuefiat, *in elementis Arithmeticæ & Geometriæ induſtriam ſuam hoc modo exerceat.*

Ut hæc ſatis intelligantur, unum alterumque monendum videtur. Diximus eum, qui in demonſtrando longius progredi vult, etiam in definiendo longius progredi debere. Exemplo, quod dicitur, clarum efficitur. Si absque demonſtratione ſumis, totum eſſe majus qualibet ſua parte, notione confuſa partis, totius & majoritatis contentus eſſe potes, quemadmodum quoque contentus fuit *Euclides*, cui quippe ſufficiebat non ſumſiſſe absque probatione niſi notiones communes & quæ cum iisdem parem evidentiam habent. Enimve-

Lord Jesus went in and out among us, beginning from the baptism of John, unto that same day that he was taken up from us, must one become a witness with us of his resurrection.

23 And they appointed two, Joseph called Barsabas, who was surnamed Justus, and Matthias.

24 And they prayed, and said, Thou, Lord, which knowest the hearts of all men, shew whether of these two thou hast chosen,

25 That he may take part of this ministry and apostleship, from which Judas by transgression fell, that he might go to his own place.

26 And they gave forth their lots; and the lot fell upon Matthias; and he was numbered with the eleven apostles.

dependet a cognitione illorum, quæ ex altera haurienda, ac ſimili inſtituto diſciplinas quoque mathematicas in Elementis noſtris Matheſeos univerſæ coordinavimus. Inſtitutiones tamen Juris naturæ ac Gentium ita conſcripſimus, ut independenter ab aliis diſciplinis doctrina Juris ſolida inde hauriri poſſit, ſolidior poſtea efficienda ex opere majore, ſi quis majoris ſoliditatis gradum anhelet.

§. 279.

Qui ſoliditatis quendam gradum uſu ſibi comparavit, ejus demonſtrationes plerumque incompletæ ſunt & multo adhuc magis inordinatæ: immo extra Matheſin facile ſumit nondum ſufficienter demonſtrata & explicata. Etenim qui ſoliditatis quendam gradum uſu ſibi comparavit, is notione diſtincta demonſtrationis completæ atque ordinatæ, nonniſi analyſi noſtra demonſtrationum obtinenda (§.854.799.551.*Log.*), deſtituitur, contentus ſenſu quodam evidentiæ ex confuſa demonſtrationis notione uſu acquiſita. Quamobrem nec fieri poteſt, ut ſatis perpendat, quibus principiis nitantur concluſiones, quas infert, conſequenter demonſtrationem conditurus nec de eo ſollicitus eſt, ut ſingula vel expreſſis verbis enuncientur, vel per ea, quæ in medium affert, in memoriam facile revocari poſſint. Quoniam itaque demonſtratio incompleta eſt, quæ nec explicite, nec implicite principia demonſtrandi omnia continet (§. 854. *Log.*); qui ſoliditatis quendam gradum uſu ſibi comparavit, ejus demonſtrationes plerumque incompletæ ſunt. *Quod erat primum.* *De eo, qui uſu ſoliditatis quendam gradum ſibi comparavit.*

Et quia in demonſtrando ſaltem attendit animum ad ſenſum evidentiæ uſu comparatum, *per demonſtrata n. 1.*; multo minus perpendit, num propoſitiones, ex quibus demonſtrationem ſuam contexit, eo ordine ſe invicem ſubſe-

quantur, quo in ratiociniorum ſerie, in qua demonſtratio reſolvitur, ſi more noſtro inſtituatur analyſis, continentur. Immo ſi uſu ſaltem ſoliditatis quendam gradum ſibi comparavit, nec unquam demonſtrationem quandam more noſtro reſolvit; ordinis illius vix ac ne vix quidem notionem ullam habet, ſaltem diſtincta deſtituitur, quæ attentionem ad hunc ordinem provocare poterat. Quamobrem cum demonſtrationem conditurus de ordine iſto parum cogitet, nonniſi caſu in eundem incidit, alias eum inſuper habet. Et quia demonſtrationes incompletæ ordinem iſtum interrumpunt, qui vero ſoliditatis quendam gradum uſu ſibi comparavit, ejus demonſtrationes plerumque incompletæ ſunt, *per demonſtrata n. 1.*; ideo multo facilius accidit, ne de ordine in collocandis propoſitionibus, ex quibus demonſtrationem contexit, cogitet. Patet itaque, qui ſoliditatis quendam gradum uſu ſibi comparavit, ejus demonſtrationes non ſolum plerumque eſſe incompletas, *per demonſtrata n. 1.* ſed multo adhuc magis inordinatas (§. 799. *Log.*). *Quod erat ſecundum.*

In Matheſi principium fit ab Arithmetica & Geometria elementari, ac deinde progreſſus ad alia, quæ iſtis tanquam baſi nituntur & evidentiam ſuam ab iisdem mutuantur. Ac ideo non facile admittuntur, niſi quæ ſufficienter demonſtrari & explicari poſſunt. Enimvero extra Matheſin multa ſumuntur, immo etiam ſumenda, quorum nonniſi confuſas habemus notiones & quorum certitudo nititur experientiæ fide, ac ea, quæ notiones abſtractas ingrediuntur, non conſpicimus niſi in ideis rerum, quæ præterea multo plura ab iis arcenda & ſenſus plerumque magis ferientia continent. Quamobrem ſi quis ſaltem uſu ſolidita-

tis

tis quendam gradum ſibi comparavit, cum diſtincta demonſtrationis, præſertim completæ atque ordinatæ, notione deſtituatur, *per demonſtrata n. 1. & 2.* ſine qua accurate diſcernere nequit, utrum quid ſufficienter ſit probatum, ac per conſequens etiam ſufficienter explicatum (§. 447. *Pſych. empir.*); extra Matheſin facile ſumit, quæ nondum ſufficienter probata & explicata ſunt. *Quod erat tertium.*

Propoſitionis præſentis veritatem quoad omnia membra experientia confirmat. Cumque in ea demonſtranda ſumuntur, quæ facti ſunt; eadem experientia loquitur. Mathematici vel præſtantiſſimi nonniſi uſu eum ſoliditatis gradum ſibi comparārunt, quem poſſident, cum vulgari modo elementa Geometriæ didicerint, nec ulterius provecti de propoſitionum elementarium demonſtrationibus amplius cogitarint, ut ideo notione demonſtrandi confuſa in pertractatione elementorum acquiſita & ſenſu evidentiæ inde enato contenti ſint. Quoniam itaque tractatio vulgaris elementorum Geometriæ adeo parum inſinuat diſtinctam ratiocinandi & ratiocinia concatenandi notionem, ut genuinam demonſtrationis formam diſtincte non agnoverint Mathematici ſummi iidemque acutiſſimi; ideo mirum non eſt, eos deſtitui notione diſtincta demonſtrationis completæ ac ordinatæ, conſequenter conſummatæ (§. 855. *Log.*). Et hæc ratio eſt, cur demonſtrationes Mathematicorum inprimis recentiorum ſint admodum incompletæ, ordinatæ autem vix unquam. Accedit ratio adhuc alia, quæ ex eodem fonte fluit, ſcilicet quod tacite ſupponant, principia ſibi nota, quæ in evidentiam influunt, lectori quoque perinde nota eſſe atque ipſum, dum demonſtrationes eorum legit, eorundem meminiſſe, utpote ignari rationis, cur olim percepta in memoriam revocari poſſint. Sunt præterea qui ſtudio principia quædam demonſtrandi omittunt, quamvis ea non facile ſubeant memoriam lectoris, ne ea, quæ proponunt, captu facilia videantur. Sunt etiam alii, qui incom-

pletas demonſtrationes affectant, quod non tyronibus, ſed peritis ſcribere videri velint. Quamvis vero jam ante obſervaverimus, hoc pacto parum noceri doctrinæ ſolidæ in Matheſi, præſertim pura; quando tamen hunc morem imitamur extra eandem, non eadem facilitate evitantur lapſus. Ac ideo mirum videri minime debet, quod, qui felices in Matheſi fecerunt progreſſus, infelici tamen auſu extra eandem demonſtrationes dare conati fuerint. Multo minus itaque mirari debemus, eos, qui inſalutata Matheſi, ac hoſpites plerumque & peregrini in genuina Logica, in quolibet diſciplinarum genere demonſtrationes dare prætendunt, a vero demonſtrandi modo, ſive formam, ſive materiam ſpectes, toto cœlo aberrare, etſi non vereantur, anguſtum demonſtrationis nomen probationi, quam afferunt, adſcribere ac in fine decantatum illud Geometrarum *Q. e. d.* adjicere: id quod non alio ſenſu accipi poteſt, quam quod eſſet demonſtrandum, ſignificatu prorſus diverſo ab eo, quem Geometræ veteres huic formulæ tribuerunt, ſcilicet quod legitima ratiociniorum concatenatione ex aſſumtis tandem prodiens propoſitio ea ſit, quæ demonſtrari debebat, ac per conſequens jam pateat veritas propoſitionis demonſtrandæ, demonſtratione feliciter ad finem perducta. Ceterum quando dicimus, uſu comparari certum ſoliditatis gradum, haud difficulter intelligitur, nos reſpicere ad definitionem ſoliditatis, quam dedimus (§. 440. *Pſych. empir.*), ſcilicet quod ea ſit habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi, hoc eſt, ſingula judicia ſucceſſive ita formandi; prout ratiocinia ingrediuntur (§. 441. *Pſych. empir.*), & ita collocandi, ut concluſiones anteriores ingrediantur per modum præmiſſæ ratiocinia ſequentia, quemadmodum fert legitima concatenatio (§. 492. *Log.*). Huc non perveniunt, qui falſo uſu ſoliditatem ſibi comparant: neque enim diſtincte agnoſcunt, quid faciant, quando demonſtrant, & cur ita faciant, cum ſint empirici in demonſtrando, aliorum demonſtratorum, ſi dicere fas eſt, cœci imitatores. Abſit, ut quis exiſtimet me propter-

ea

ea ſolidæ ipſorum doctrinæ, vel etiam meritis eorum quicquam detrahere velle. Neque enim talia a me alio fine monentur, quam ut ad veram ſoliditatem conſequendam permoveantur, qui doctrinam ſolidam extra Matheſin promovere volunt, ubi ſine illa facilior multo lapſus eſt, quam in Matheſi.

§. 280.

Num demonſtrationes incompletæ & inordinatæ ſint ſignum ſoliditatis deficientis.

Ex eo, quod quis demonſtrationes conſummatas, hoc eſt, completas & ordinatas non dat, certo colligi nequit, quod non ſit ſolidus, niſi aliunde appareat, quod ſufficienter explicare ac demonſtrare voluerit, quod demonſtrandum erat. Etenim plures eſſe poſſunt rationes, cur quis, qui ſoliditate, ideoque habitu diſtincte ratiocinandi, & ratiocinia concatenandi pollet (§. 440. *Pſych. empir.*), vel de eo non cogitans det demonſtrationes incompletas & inordinatas, vel completas & ordinatas dare nolit, veluti ſi caſu impediatur, quo minus ea attentione utatur, quæ ad completas & ordinatas demonſtrationes condendas requiritur, aut ſi ſufficiens temporis ſpatium ipſi non concedatur, ut ſingula ſatis expendat, quæ obſervanda, ut demonſtrationes ſint completæ ac ordinatæ, vel ſi putet, lectorem ea, quæ ſupponit tanquam nota atque ideo omittit, facile per ſe ſupplere poſſe, aut ſi nolit, eum ſine ulla difficultate demonſtrationem ſtatim intelligere, vel etiam cum *Carteſio* nolit eundem fraudare voluptate, quam percipit, dum quaſi in partem inventionis vocatur: quibus & aliis de cauſis etiam noviter inventa absque ulla demonſtratione propalantur. Quamobrem niſi aliunde conſtet, quod Autor ſufficienter explicare ac demonſtrare voluerit, quod demonſtrandum erat; ex eo ſolo, quod demonſtrationes conſummatas non det, certo col-

colligi nequit, quod habitu diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi careat, conſequenter ſolidus non ſit (§. *cit.*).

Aliud omnino eſt, ſe ſolidum probare in demonſtrando, aliud vero ſolidum eſſe. Et ſimiliter aliud eſt aliquando non uti ſoliditate, aliud vero eadem carere. Quamobrem ſi quis ex demonſtrationibus incompletis & inordinatis defectum ſoliditatis colligere velit; ne judicium præcipitet, hæc a ſe invicem probe diſtinguenda ſunt. Quodſi quis demonſtrationum completarum & ordinatarum plura ſpecimina dederit, immo ſatis conſtet, quod demonſtrationum completarum & ordinatarum notionem adæquatam habeat; ex eo, quod demonſtrationes det propoſitionum nonnullarum incompletas & inordinatas, multo minus arguitur defectus ſoliditatis, ſed potius cauſa quædam ſubeſſe intelligitur, cur tunc demonſtrationes incompletas, vel inordinatas dare non potuerit, aut noluerit. Talia probe obſervanda ſunt, ne in cenſendis aliis ſimus iniqui. Sicuti ex erroribus calculi non colligitur defectus artis computandi, cum committi poſſint ab eo, qui in eadem verſatiſſimus eſt; ita etiam ex defectu, qui notatur in demonſtrationibus incompletis & inordinatis, ſolo minime inferri poteſt defectus ſoliditatis intellectus, idque tanto minus, quod errores calculi non conſulto committantur, quemadmodum demonſtrationis incompletæ conduntur, prouti monuimus.

§. 281.

De ſolida doctrina propaganda.

Doctrina ſolida ſine ſoliditate propagari nequit. Ut enim doctrina ſit ſolida, neceſſe eſt, ut ſufficienter probetur, ac per conſequens etiam ſufficienter explicetur (§. 448. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum tum demum ſufficiens ſit probatio, ut nihil in ea deſideretur, ſi demonſtratio fuerit comple-

pleta & ordinata (§. 799. 854. *Log.*), iſtiusmodi autem demonſtrationes condere nequeat, niſi qui habitu diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi pollet, ut demonſtrator certus ſit, ſe nihil eorum prætermiſiſſe, quod ad demonſtrationem omnibus numeris abſolutam requiritur (§. 441. *Pſych. empir.*); qui doctrinam ſolidam propagare vult, is habitu diſtincte ratiocinandi inſtructus ſit neceſſe eſt. Quoniam itaque habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi ſoliditas eſt (§. 440. *Pſych. empir.*); ſine ſoliditate doctrina ſolida propagari nequit.

Quod tum demum omnimode certi ſimus, doctrinam ſufficienter eſſe probatam, ſi demonſtrationes fuerint completæ ac ordinatæ, ex ipſis definitionibus demonſtrationum completarum & ordinatarum intelligitur. Quodſi enim demonſtratio fuerit completa, in ea omnia principia demonſtrandi continentur, ut nullum in eorum numero ſit, cujus ſibi non conſcius eſſe poſſit, qui demonſtrationem perpendit, ſeu ſuper ea reflectit (§. 854. *Log.*), & propterea eadem examinare datur, num talia ſint, qualia eſſe debent (§. 498. *Log.*), conſequenter cognoſcimus, quod demonſtratio recte ſe habeat quoad materiam, nec ullum quoad eandem in illa vitium lateat. Quodſi præterea demonſtratio fuerit ordinata, propoſitiones omnes eo ordine ſe invicem excipiunt, quo in ratiociniorum ſerie, in quam demonſtratio reſoluta abit (§. 551. *& ſeqq. Log.*), continentur (§. 799. *Log.*), ac ideo ad oculum manifeſtum eſt, ex aſſumtis procedere ratiocinationem, omnia, quæ aſſumuntur, ingredi ratiocinia eademque, prouti decet, concatenari, conſequenter cognoſcimus, demonſtrationem recte ſeſe habere quoad formam (§. 496. *Log.*), nec quicquam in ea deſiderari. Quodſi vero pateat, in demonſtratione propoſitionis alicujus nihil deſiderari, neque quoad materiam, neque quoad formam, quod ſufficienter probata ſit, ecquis dubitare poteſt? Quod vero ſine habitu diſtincte ra-

ratiocinandi demonſtrationes completæ & ordinatæ condi nequeant, ipſa diſtinctæ ratiocinationis notio inſinuat. Qui enim diſtincte ratiocinatur, ſucceſſive ſingula judicia format, prout ratiocinium ingrediuntur (§. 441. *Pſych. empir.*), conſequenter ubi plura ratiocinia in demonſtratione concatenanda, nec quicquam prætermittendum, quod principii loco ſumendum, ut demonſtratio ſit completa, & naturali ordine ratiocinia ſe invicem excipere ac concatenari debent, ut demonſtratio ſit ordinata, diſtincta ratiocinatione id conſequi datur. Si quis analyſes demonſtrationum, quales dedimus (*not.* §. 551. *& ſeqq. Log.*), perpendere voluerit, is abunde perſpiciet, absque diſtincta ratiocinatione demonſtrationes hoc modo reſolubiles condi minime poſſe. Qui ſolidus eſt, non modo demonſtrationes conſummatas dare valet (§. 444. *Pſych. empir.*); verum etiam demonſtrare, eas eſſe conſummatas. Quamobrem ſi quacunque de cauſa propoſitio ſuſpecta evadat, quod extra Matheſin multis modis contingere poteſt; demonſtratio rectitudinis demonſtrationis tum quoad formam, tum quoad materiam, omnem ſcrupulum tollere valet. Nullum igitur efficacius medium doctrinæ ſolidæ propagandæ fingi poteſt ſoliditate, & ſine hoc fieri nequit, ut de ſoliditate doctrinæ certo conſtet, nec ullus de ejus veritate ſcrupulus ſuperſit.

§. 282.

De neceſſitate ſoliditatis noſtro ſeculo promovendæ.

Quoniam doctrina ſolida ſine ſoliditate propagari nequit (§. 281.), noſtro autem hoc ſeculo, quo dominantur opiniones confuſaneæ, quæ religioni, virtuti ac integritati morum interitum minantur, & quibus per conſequens felicitas generis humani in præſentiſſimum periculum adducitur (§. 400. *part. 2. Phil. pract. univ.*); doctrina ſolida maxime opus eſt, ut a deviis in viam rectam reducantur errantes (§. 275.); *noſtro inprimis ſeculo omni animi contentione in*

id

id erat enitendum, ut ſoliditas, intellectualis virtus (§. 265.), *promoveretur,* conſequenter *peſſime de humano genere merentur, qui juventutem a ſoliditate revocant.*

Nemo eſt, qui neſciat, materialiſmum ubivis terrarum hodie invaleſcere, ac ſummo cum faſtu propagari, quaſi ſoli ſapiant, qui ſectæ huic abſurdiſſimæ addicti ſunt. Religio in contemtum adducitur, & qui non omnem tollere videri volunt, eam neſcio in quod monſtrum vertunt. Luxus indies majora capit incrementa & vana gloria fovetur. Antiqua fides evaneſcit & fraudi locum facit. Felices ſe exiſtimant, qui cupiditates ſuas explere poſſunt in omne libidinis genus proni. Continuæ de calamitatibus ſunt querelæ, quarum tamen contradictorii ingenii homines ipſimet ſunt autores. Quo tandem evaſurus ſit hic rerum ſtatus, divinare haud adeo arduum foret. Diximus jam ſuperius (*not.* §. 275.), adverſus peſtilentiſſimos iſtos errores efficacius remedium non dari ſoliditate, cujus ideo hoc noſtro ſeculo indiſpenſabilis neceſſitas elucet. Ego jam olim, cum talia prævidere non poſſem, ſolo veritatis amore ductus de ſoliditate conſequenda & propaganda cogitare cœpi, & generis humani amantiſſimus doctrinæ ſolidæ propagandæ conſilium inivi. Neque ab hoc propoſito deſiſtens reformandæ philoſophiæ vitam omnem conſecrare decrevi, & in labore cœpto indefeſſus pergo. Quid in eo genere præſtiterim, aliorum eſto judicium? Cumque ad docendam Matheſin & philoſophiam in academiis divina providentia vocatus fuiſſem, nihil mihi magis curæ cordique fuit, quam ut ad doctrinam ſolidam & ſoliditatem intellectus adducerem juventutem ſtudioſam. Quamobrem maxime doleo ſcholarum & academiarum ſtatum, quando video adoleſcentes atque juvenes ſive præjudicio quodam imperitorum, ſive quæſtus cauſa a ſolida doctrina avocari & ſoliditatem ipſis exoſam reddi. Quantum enim noſtro hoc ſeculo noceant generi humano cœci hi gregis innocentis ductores

damna, quæ Eccleſiæ ac Reip. dantur, ſatis ſuperque oſtendunt. Sed det Deus tempora meliora!

§. 283.

Quinam ſoliditati operam dare debeant.

Soliditati inprimis operam dare debent, qui alios erudire debent, & ii, quibus quædam partes in adminiſtranda Rep. demandatæ. Qui enim alios erudire debent, eorum omnino eſt, ut illorum, quos erudire debent, animos doctrina ſolida imbuant, noſtro inprimis ſeculo (§. 281.). Quamobrem cum doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere & ſibi ab erroribus cavere teneantur, qui autem ſolidus eſt, doctrinam ſolidam a ſuperficiaria diſcernere valeat (§. 270.) & ab erroribus ſibi omnium facillime cavere (§. 275.); qui alios erudire debent, ſoliditati inprimis operam dare debent. *Quod erat unum.*

Qui Remp. adminiſtrant, eorum eſt decernere de iis, quæ ad ſalutem publicam faciunt. Quamobrem ne ſaluti publicæ, quam promovere debent, adverſa faciant, neceſſe eſt, ut ſibi ab erroribus caveant. Quamobrem cum ab erroribus omnium facillime ſibi caveat, qui ſolidus eſt (§. 275.); illi, quibus quædam in Rep. adminiſtranda partes demandatæ ſunt, ſoliditati inprimis operam dare debent. *Quod erat alterum.*

Alios erudire debent Profeſſores in Academiis. Quamobrem qui ad munus publicum docendi in Academia adſpirant, ſoliditati operam navare debent, nec ad id admittendi eſſent, niſi qui ſoliditatis ſpecimina ſufficientia dediſſent. Quam contrarii vero ſint hodie mores noſtri, nemo eſt, qui neſciat, niſi culpa ſua. Omnium tamen maxime curandum erat, ut Profeſſores ſint ſolidi & ſoliditatis propagandæ tenaciſſimi, quod

quod ab ipſis formetur mens ceterorum, quos ſolidos eſſe oportet. Quodſi enim illi fuerint ſoliditatis expertes, aut prorſus infenſiſſimi ejus hoſtes; qui, quæſo, fieri poterit, ut ex eorum diſciplina docti ſoliditate polleant? Quicquid igitur damni defectu ſoliditatis in Eccleſiam & Remp. redundat; id omne ad illos tanquam autores referendum. Erudiunt populum ipſosque eorum Rectores Eccleſiæ miniſtri. Quamobrem qui ad munus docendi in Eccleſia adſpirat, ſoliditati operam dare debebat. Cumque noſtro ſeculo ubivis fere terrarum religio in contemtum adducatur, ſolida doctrina theologica maxime opus erat. Vileſcit cleri autoritas, quod ſoliditatem parum curet, nec ſeſe liberabit a contemtu ſuo, qui tandem in contemtum religionis vergit, niſi ad ſoliditatem adducatur. Et quia futuri Eccleſiæ miniſtri erudiuntur & ad munus olim obeundum præparantur in Academiis a Profeſſoribus Theologiæ, horum inprimis eſt ſolidam juventuti proponere doctrinam & eos ad ſoliditatem ſibi comparandam exhortari. Fruſtra ſunt ipſorum de irreligionariis & eorum machinationibus querelæ, tum quod ſoliditate deſtituti ipſis manus victas dare tenentur, tum quod nimis ſuperficiaria dogmatum arduorum tractatio ſuſpecta eadem reddantur paulo acutioribus. Qui negotia publica adminiſtrant, pro diverſitate negotiorum fidei ipſorum commiſſorum diverſis funguntur officiis, quæ ad differentiam eccleſiaſticorum politica, vel etiam civilia vocari ſolent. Qui ad officium civile adſpirant, ſtudio juris in academiis ſe mancipare ſolent, cetera vero omnia aut negligunt, vel alia ſaltem quaſi obiter tractant. Ea de cauſa fieri nequit, ut ullam ſoliditatis notionem conſequantur, multo minus ut ipſimet fiant ſolidi. Deſtituuntur quoque doctrina ſolida, & ipſius Juris civilis nonniſi ſuperficiariam notitiam ſibi compararunt. Hinc non mirum, tantas ubivis moveri querelas de damnis manifeſtis, quæ dantur ab iis, quibus partes quædam adminiſtrandæ Reip. demandatæ ſunt, etiamſi nihil vitii hæreat in animo, qui tamen tanto facilius labe quadam inficitur, quanto minus doctrina ſolida imbutus eſt & intelle-

&tus ſoliditate gaudet. Sed inquirere in remedia ſpecialia tanti mali, quod tanto periculoſius, quanto minus agnoſcitur, non eſt hujus fori, ubi ad hæc particularia non deſcendimus, niſi quatenus inde motivum ſoliditatis deſumendum (§. 10.).

§. 284.

De quibusdam ſignis ſoliditatis.

Qui multas veritates inter ſe connectere & procul remotas ex principiis e longinquo petendis continuo ratiociniorum filo deducere valet; is ſolidum ſe probat. Veritates nimirum connectimus, quatenus propoſitiones alias ex aliis tanquam notioribus demonſtramus. Quamobrem cum qui hoc facit habitu diſtincte ratiocinandi & ratiocinia inter ſe concatenandi pollere debeat (§. 496. 498. *Log.*), habitus autem diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi ſoliditas ſit (§. 440. *Pſych. empir.*); qui multas veritates inter ſe connectere valet, ſolidum ſe probat. *Quod erat unum.*

Qui veritates procul remotas ex principiis e longinquo petendis continuo ratiociniorum filo deducere valet; is inſigni habitu demonſtrandi pollere debet (§. 496. 498. *Log.*). Quoniam itaque demonſtrationes ex ratiociniis inter ſe concatenatis conſtant (§. §. *cit.*), habitus autem diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi ſoliditas eſt (§. 440. *Pſych. empir.*); qui veritates procul remotas ex principiis e longinquo petendis continuo ratiociniorum filo deducere valet, ſolidum ſe probat. *Quod erat alterum.*

Connectere veritates utique ſoliditatis eſt, ſicuti ex adverſo defectum ſoliditatis arguit, ſi veritates, quæ proponuntur, nullo inter ſe nexu cohærent, ſed ſingulæ tanquam independentes ab aliis ſpectantur, quemadmodum vulgo fieri ſolet. Ne-

Nemo ſane, qui ex notionibus de rebus ſtatuere ſuevit, affirmabit, autores, qui libros vulgari modo conſcribunt, in quibus doctrinæ inſtar ſcoparum diſſolutarum comparent, eſſe ſolidos. Ac ideo hodie, qui ſoliditatis laudem affectant, veritates, de quibus agunt, inter ſe connectere videri volunt, etſi, cum habitu diſtincte ratiocinandi, & ratiocinia concatenandi, in quo ſoliditas conſiſtit (§. 440. *Pſych. empir.*), deſtituantur, veritates minime cohæreant inſtar annulorum in catena, quemadmodum videri volunt & haud raro gloriantur. *Euclidi* ſoliditatis laudem nemo invidet, qui elementa ejus legit. Tribuitur autem ipſi hæc laus, quia per legitimas demonſtrationes veritates omnes, quas proponit, inter ſe connectit. Qui ex principiis *Euclidis* continuo ratiociniorum filo deducunt veritates ab illis procul remotas, quarum ab iis dependentiam nemo prævidere poterat; eadem laude mactantur. Sane quo longius quis progredi potuerit, eo magis eluceſcit, eum habitu illo pollere, in quo ſoliditas conſiſtit. Quamvis vero hic ſupponatur multarum veritatum cognitio; non tamen ideo ſoliditas ſpectatur aliter, quam habitus, qui præciſa materia ad ſolum intellectus uſum reſtringitur, cum ex multitudine veritatum inter ſe connexarum, vel ex longiori progreſſu a primis quibusdam principiis ad veritates procul ab iis remotas ſaltem colligatur magnitudo habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi, conſequenter non attendantur actus intellectus, niſi quatenus legibus genuinæ Logicæ ſubſunt, Actus intellectus verſantur circa rerum cognitionem, conſequenter nonniſi per eandem nobis innoteſcere poſſunt. Quando vero eosdem ſaltem ſpectamus, quales in ſe ſunt, & quantam vim intellectus ſupponant, eos utique ſaltem ad intellectum referimus, nec ulla rerum cognitarum habetur ratio, conſequenter habitum intellectus ſaltem formaliter conſideramus, quemadmodum in virtutibus intellectualibus formalibus, in quarum numero eſt ſoliditas (§. 265.), fieri debet (§. 143.). Et quamvis ante dixerimus (*not.* §. 272.) in Matheſi demonſtrationes incompletas & inordinatas non nocere doctri-

næ ſolidæ, & admitti confuſa ratiocinia, ita ut quæ vi illorum inferuntur videantur ſine ſyllogiſmis formalibus, quæ in iisdem latent, cognoſci; non tamen propterea deſunt omnia ratiocinia diſtincta, nec deeſt eorundem legitima concatenatio. Atque ideo propoſitio præſens nullam patitur inſtantiam, ſi eandem ad Mathematicos applicemus, qui demonſtrationes in abſtracto conſiderare negligunt: utut non negandum ſit, ſoliditatem fore majorem, ſi ea ex demonſtrationibus conſummatis colligeretur, atque utiliorem, quatenus etiam extra Matheſin ſeſe exerit ſine vitio, ubi ea non licent, quæ in Matheſi permittuntur.

§. 285.

De ſoliditate ex ſyſtemate colligenda.

Quoniam ſe ſolidum probat, qui multas veritates inter ſe connectere valet (§. 284.), in ſyſtemate vero veritates omnes, quæ in eodem continentur, inter ſe connectuntur; *Qui ſyſtema condere valet, is ſolidum ſe probat.*

Sermo nobis eſt de ſyſtemate veri nominis, non de iis, qui vulgo dicuntur abuſu vocabuli tam auguſti, cum non ſint. Nexus utique veritatum ſyſtema facit, non vero farrago veritatum quocunque ordine congeſtarum, ſicuti nexus organorum, qui legitimum ordinem quoad ſitum ſupponit, facit corpus humanum, non vero organorum cultro anatomico ſeparatorum in certas claſſes diſtributio. Placent ordo veritatum in certas claſſes diſtributarum vulgo imperito, quantum velit, quatenus memoriæ adminiculum videtur iſta diſtributio: qui enim doctrinæ ſolidæ notionem nullam habent nec unquam eam deguſtarunt, memoriæ unice rationem habent, cui demandanda, quæ diſcuntur; nullo tamen modo inde perſpicitur autoris ſoliditas: illam nimirum diſtributionem fieri poſſe abſque omni ſoliditate palam eſt. Etenim autor vel nudas profert definitiones & propoſitiones abſque ulla probatione, vel propoſitionum probationes quasdam affert. In priori caſu ne-

nemo non per ſe videt, nullum actum quoad tertiam mentis operationem in pſeudoſyſtemate occurrere, ut inde habitus diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi colligi poſſit, neque defectus hic ullo modo ſuppleri poteſt, cum definitiones ac propoſitiones non collocentur eo ordine, quo ſequentes in anteriores reſolvuntur, ita ut ſequentia intelligantur ſufficienter per antecedentia & per ea ſufficienter probari poſſint. Quamcunque igitur operam in explicando & probando collocaveris, impoſſibile tamen erit, ut ſolidæ doctrinæ fias particeps, multo minus ſoliditatis intellectus aliquem inde nanciſceris notionem, ſed quo minus eam conſequaris, id potius impedimento erit. In caſu poſteriori fieri non poſſe, ut probationes ſint ſufficientes & ad naturam demonſtrationis accedant, nemo in dubium vocaverit, qui noverit, quænam differentia inter demonſtrationem & probationem aliam intercedat (§. 498. *Log.*). Equidem impoſſibile non eſt, ut, qui in pſeudoſyſtemate propoſitionem probat, formam in demonſtrando demonſtrationi cum alia legitima probatione communem imitetur, quatenus ex aſſumtis procedit probatio & concluſiones illatæ legitime concatenantur: quoniam tamen quæ inſtar principiorum demonſtrandi ſumuntur, nondum probata ſunt, immo facillime contingit, ut circuli in probando committantur, quando probatio quælibet efficitur independens ab alia, ideo doctrinæ ſolidæ hoc ipſo nondum conſulitur. Arguit equidem id aliquid ſoliditatis, quatenus habitus diſtincte ratiocinandi & concluſiones concatenandi inde apparet, concatenatio tamen, qualis in ſyſtemate requiritur, prorſus abeſt. Enimvero non opus eſſe videtur, ut de hoc multa dicamus: neque enim extant pſeudoſyſtemata, quæ iſtiusmodi probationes continent, &, ſi quis tales dare poſſet, is verum ſyſtema potius condet, ipſique nauſeam movebit pſeudoſyſtema. Ecquis enim niſi male ſanus eandem operam impendet pſeudoſyſtemati, in quo doctrinæ ſolidæ locus eſſe nequit, quæ collocatur in vero ſyſtemate ſolius doctrinæ ſolidæ cauſa? Syſtemata vera non conduntur niſi do-

ctrinæ ſolidæ promovendæ cauſa. Quamobrem qui doctrinam ſolidam propagare vult, non condet pſeudoſyſtema & eidem ornando impendet ſoliditatem, quam acquiſivit, ſed ſyſtema potius condet veri nominis. Soliditatem quidem affectat, qui ſyſtema condere vult, non tamen valet, &, ſi opus ſuum pro ſyſtemate venditat, quod ipſe ſyſtema veri nominis non eſſe agnoſcit, incautis inſidioſe imponit: ſi vero ſibi præſtitiſſe videtur, quod præſtare minime potuit, ſe ipſum decipit & alios, qui credulitati ejus obnoxiam habent fidem.

§. 286.

An profunditas intellectus virtus intellectualis ſit.

Profunditas intellectus virtus intellectualis formalis eſt. Profunditas enim eſt facultas notiones diſtinctas in alias ſimpliciores continuo reſolvendi (§. 340. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum profunditas ſupponat promptitudinem notiones diſtinctas formandi, quam nonniſi exercitio comparari poſſe unusquisque in ſe experiri poteſt; ea habitus quidam intellectus eſt (§. 428. *Pſych. empir.*), quem ſicuti habitus alios nonniſi exercitio acquirimus (§. 430. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum habitus recte utendi intellectu in rerum quarumcunque cognitione virtus intellectualis ſit (§. 142.); ad quem quod pertineat ejusdem profunditas dubitare nequit, qui notionem operationem intellectus eſſe novit (§. 52. *Log.*); profunditas intellectus virtus intellectualis eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero habitus iſte notiones diſtinctas reſolvendi in alias ſimpliciores hic tantummodo conſideratur, quatenus ad intellectum refertur, ſeu ejus actus ſpectatur, nec determinatur ullo modo per res, quarum notiones formantur. Quamobrem cum habitus iſte, in quo profunditas con-

consistit, virtus intellectualis sit, *per demonstrata n.* 1. virtus autem intellectualis sit formalis, quæ ad solum intellectum refertur, præcisis rebus, circa quas versatur (§. 143.); profunditas intellectus virtus intellectualis formalis est. *Quod erat alterum.*

Cur profunditas intellectus inter virtutes intellectuales non fuerit relata, nec in Ethica mentio ejus ulla facta, ratio prorsus eadem est, ob quam acumen (*not.* §. 182.), ingenium (*not.* §. 232.) & soliditas in numerum virtutum intellectualium relata non fuerint (*not.* §. 265.). Nemo negare potest, profunditatem esse egregiam intellectus perfectionem, modo non ignoraverit promptitudinem eliciendi certos actus intellectus perfectionem quandam ejus esse (§. 198. 209. *part.* 1. *Jur. nat.*). Ast nemo etiam inficiari potest, quod resolutio notionum distinctarum in alias quasdam simpliciores sit peculiaris quidam intellectus actus.

§. 287.

De præparatione ad profunditatem.

Ad profunditatem præparamur formatione notionum distinctarum. Profunditas enim consistit in resolutione notionum distinctarum in alias simpliciores (§. 340. *Psych. empir.*). Enimvero si notiones distinctæ in alias simpliciores resolvuntur, ea, quæ eandem ingrediuntur, ulterius ad notionem distinctam reducuntur, ac ita porro, ut prodeant notiones adæquatæ (§. 95. *Log.*), & ideo gradus profunditatis intellectus æstimentur ex gradibus notionum adæquatarum (§. 341. *Psych. empir.*). Qui ergo ad profunditatem intellectus adspirat, in formandis notionibus distinctis industriam suam ante exerceat necesse est. Quamobrem ad profunditatem intellectus præparamur formatione notionum distinctarum.

Qui notionum diſtinctarum & confuſarum differentiam nondum percepit, is de profunditate intellectus ne quidem cogitat, cum rei ignotæ nulla ſit cupido. Apud autores veteres, immo etiam plerosque recentiores, ſi a Mathematicis diſceſſeris, notiones diſtinctæ admodum raræ ſunt, ac ideo utuntur vocabulis, quorum ſignificatus ex vulgari ſermone cognitos ſupponunt, de eorum definitionibus parum ſolliciti. Quare fruſtra quæſiveris profunditatem intellectus in antiquis autoribus & autoribus quoque recentioribus, qui vulgari methodo libros ſuos ac diſſertationes conſcribunt.

§. 288.

Quid Geometriæ ſtudium ad hanc præparationem conferat.

Quoniam ad profunditatem intellectus adſpirantes formatione notionum diſtinctarum præparamur (§. 287.), definitiones autem notiones completæ ſunt (§. 152. *Log.*), immo propoſitionibus quoque notio diſtincta reſpondet (§. 520. *Log.*); *Qui ad profunditatem adſpirat, in Geometria ſingulas determinationes, quæ definitionibus inſunt, a ſe invicem diſtinguere & in propoſitionibus ea, quæ ſumuntur, & quod inde infertur eo modo diſcernere debet, quemadmodum intellectus perficiendi cauſa præcepimus* (§. 99.).

Omnes virtutes intellectuales formales perfectio quædam intellectus ſunt, quæ eidem inhæret per modum potentiæ proximæ, ut ſcilicet actus elici poſſint, quamprimum adſunt rationes eundem determinantes, inter quas etiam referendus eſt voluntatis actus. Quamobrem mirari non debemus, ſi eodem modo, quo intellectum perficere ſtudemus, virtutes quoque intellectuales acquirantur, quemadmodum jam ſupra annotavimus (*not.* §. 148.), ac multo minus, ſi ad eas acquirendas præparemur. Definitiones Mathematicorum & propoſitiones eorum, quæ determinatæ ſunt, exercitiis omnium optime inſerviunt, quibus notionum diſtinctarum formationi ad-

adſueſcimus. Et quamvis initio analyſis definitionum & propoſitionum fieri poſſit ac debeat ſine regularum Logicæ applicatione; ubi tamen Logicæ verioris notitiam nobis comparavimus, analyſes logicæ utiliter cum iſtis conjunguntur, ſeu illæ regularum logicarum applicatione efficiuntur pleniores. Ita nimirum rectum intellectus uſum in formandis notionibus diſtinctis in uſum ſcientiarum diſtincte cognoſcimus, ita ut demonſtrare valeamus, notiones diſtinctas tales eſſe, quales accurata rerum cognitio requirit. Virtutes enim intellectuales in veram rerum cognitionem mirifice influunt, ut, prouti fert caſus, nunc hæc, nunc alia ad actum intellectus concurrat, conſequenter actus intellectus rectitudinem ſuam habere nequeat, ſi qua eorum deficiat, quæ concurrere debebat. Ac ideo quoque contingit, ut, dum virtuti intellectuali uni acquirendæ incumbimus, alteri, de qua non cogitabamus, una operam navemus, aut ſaltem ad eamdem præparemur. Ita cum acumen ad diſtinctas rerum notiones comparandas requiratur (§. 194.); dum eidem operam damus, ad profunditatem una præparamur. Et cum ad acumen perficiendum neceſſaria ſint exercitia reflexionis (§. 201.); idem obtinetur, dum habitum reflectendi nobis comparare ſtudemus. Atque ea de cauſa contingit, ut ipſo uſu quaſi aliud agendo virtutes intellectuales formales acquirantur, nunc in gradu majore, nunc in minore, prouti fert occaſio ac naturales diſpoſitiones & inclinationes ferunt. Sed præſtat omnino noſſe, quibusnam exercitiis præciſe acquirantur ſingulæ, cum id plurimum faciat ad rectum intellectus uſum & ut ejus rectitudo certo agnoſcatur, aliunde expectari nequeat. Etenim nos intellectu recte fuiſſe uſos demonſtrandum eſt, ſi certi de eo eſſe velimus (§. 568. *Log.*). Iſtiusmodi autem demonſtrationes dare nequit, niſi qui noverit, quinam actus intellectus & quinam miniſteriales facultatum inferiorum in dato caſu ad certam rerum cognitionem requirantur, & per conſequens niſi diſtinctam virtutum intellectualium formalium

cognitionem poſſederit & convenientibus exercitiis easdem ſibi comparaverit.

§. 289.

De modo profunditatem acquirendi.

Qui profunditatem acquirere vult, definitiones ſequentes in libris vera methodo conſcriptis explicare debet per antecedentes, & propoſitiones per definitiones præmiſſas. Si libri vera methodo conſcripti ſunt, quam philoſophicam diximus (§. 115. *Diſc. prælim.*), & cum mathematica eandem eſſe oſtendimus (§. 139. *Diſc. prælim.*), termini, qui ingrediuntur definitiones ſequentes, explicari debent per antecedentes, conſequenter definitiones eo ordine collocantur, ut eæ præcedant, quarum definitum tanquam nota ingreditur definitiones ſequentes, ita ut ſequentes per antecedentes ſint explicabiles. Et ſimiliter quia non utendum eſt terminis, niſi accurata definitione explicatis (§. 116. *Diſc. prælim.*); ideo quoque propoſitiones explicari poſſunt per definitiones præmiſſas. Quodſi quis ergo in reſolvendis definitionibus & propoſitionibus ita verſetur, ut notas in definitionibus ſequentibus occurrentes explicet per definitiones antecedentes, & terminos in propoſitionibus obvios per definitiones præmiſſas; is ea inſtituit exercitia, quibus notiones adæquatæ acquiruntur. Quamobrem cum gradus profunditatis intellectus æſtimentur ex gradibus notionum adæquatarum (§. 341. *Pſych. empir.*), & intellectus tanto profundior ſit, quo longius in analyſi notionum progredi poſſit (§. 339. 340. *Pſych. empir.*); qui eo, quem diximus, modo in reſolvendis definitionibus & propoſitionibus induſtriam ſuam exercet, intellectus profunditatem acquirit, ac propterea qui eandem acquirere vult, definitiones ſequentes in libris vera methodo conſcriptis explicare debet per antecedentes, & propoſitiones per definitiones præmiſſas. Si libri vera methodo conſcripti ſunt, quam philoſophicam diximus (§. 115. *Diſc. prælim.*), & cum mathematica eandem eſſe oſtendimus (§. 139. *Diſc. prælim.*), termini, qui ingrediuntur definitiones ſequentes, explicari debent per antecedentes, conſequenter definitiones eo ordine collocantur, ut eæ præcedant, quarum definitum tanquam nota ingreditur definitiones ſequentes, ita ut ſequentes per antecedentes ſint explicabiles. Et ſimiliter quia non utendum eſt terminis, niſi accurata definitione explicatis (§. 116. *Diſc. prælim.*); ideo quoque propoſitiones explicari poſſunt per definitiones præmiſſas. Quodſi quis ergo in reſolvendis definitionibus & propoſitionibus ita verſetur, ut notas in definitionibus ſequentibus occurrentes explicet per definitiones antecedentes, & terminos in propoſitionibus obvios per definitiones præmiſſas; is ea inſtituit exercitia, quibus notiones adæquatæ acquiruntur. Quamobrem cum gradus profunditatis intellectus æſtimentur ex gradibus notionum adæquatarum (§. 341. *Pſych. empir.*), & intellectus tanto profundior ſit, quo longius in analyſi notionum progredi poſſit (§. 339. 340. *Pſych. empir.*); qui eo, quem diximus, modo in reſolvendis definitionibus & propoſitionibus induſtriam ſuam exercet, intellectus profunditatem acquirit, ac propterea qui eandem acquirere vult, definitiones ſequentes in libris vera methodo conſcriptis explicare debet per antecedentes, & propoſitiones per definitiones præmiſſas.

pli-

plicare debet per antecedentes & propoſitiones per definitiones præmiſſas.

Exercitia hæc faciliora ſunt analyſibus demonſtrationum, quibus ſoliditas acquiritur (§. 265.), atque ideo hiſce præmittenda. Quamvis enim conjungi poſſint, ut profunditati & ſoliditati intellectus una ſtudeamus; conſultius tamen eſt faciliora non miſceri cum difficilioribus, ne difficultas aliena tacite ſubrepens in ea, quæ faciliora ſunt, nauſeam in hiſce moveat, ſed ex adverſo habitus exercitiis facilioribus comparatus ea, quæ difficiliora erant, faciliora reddat. Equidem cum exercitia, quibus intellectus perficitur, non conveniente ætate inſtituantur, ut virtutes intellectuales formales eo ordine ſucceſſive acquirantur, quo una alteram ſupponit; neceſſe videtur, ut exercitia diverſis virtutibus comparandis inſervientia conjungantur: aſt quis eſt qui neſciat, ingens omnino telum eſſe neceſſitatem, & neglectui eorum, quæ ætate minore fieri debebant, pœnam dari, ubi non ſine difficultate eidem mederi valemus.

§. 290.

De ſtudio Matheſeos profunditatis cauſa.

Quoniam profunditatem acquiſiturus definitiones ſequentes in libris vera methodo conſcriptis explicare debet per antecedentes & propoſitiones per definitiones præmiſſas (§. 289.), elementa autem Matheſeos methodo veterum Geometrarum, ſeu *Euclidea* conſcripta citra omnem controverſiam ſunt in librorum vera methodo conſcriptorum numero; *Qui profunditatem ſibi comparare vult, in reſolvendis definitionibus Geometriæ, Arithmeticæ ceterarumque diſciplinarum ita verſari debet, ut ſequentes continuo explicet per antecedentes & propoſitiones per definitiones præmiſſas, ac ideo profunditatis promovendæ cauſa non nimii eſſe poſſumus in definiendo.*

In

Verbum, Verbi, Verbo, Verbum, Verbo, Verbo.
Verba, Verborum, Verbis, Verba, Verbis, Verbis.

Sic declinantur Nomina in ius, ut Filius, Genius, Ingenium, Imperium, Mancipium, Mancipii, Mancipio, Mancipium, Mancipio, Mancipio.
Mancipia, Mancipiorum, Mancipiis, Mancipia, Mancipiis, Mancipiis.

Sic declinantur Nomina in ium, ut Auxilium, Auxilii, Auxilio, Auxilium, Auxilio, Auxilio.
Auxilia, Auxiliorum, Auxiliis, Auxilia, Auxiliis, Auxiliis.

Sic declinantur Nomina in ius, ut Filius, Genius, Ingenium, Imperium, Mancipium, Mancipii, Mancipio, Mancipium, Mancipio, Mancipio.
Mancipia, Mancipiorum, Mancipiis, Mancipia, Mancipiis, Mancipiis.

Sic declinantur Nomina in ium, ut Auxilium, Auxilii, Auxilio, Auxilium, Auxilio, Auxilio.
Auxilia, Auxiliorum, Auxiliis, Auxilia, Auxiliis, Auxiliis.

conjungendæ. Quamvis vero notiones adæquatæ ſuos habeant gradus (§. 96. *Log.*), nec reſolutio definitionum in anteriores eo usque coutinuanda, donec ad irreſolubiles notiones perveniatur, ſed in definitionibus primis aſſumere poſſimus terminos, quibus notio confuſa determinata reſpondet, quando eorum definitione non habemus opus in demonſtrando; ſi tamen exercendæ induſtriæ cauſa in uſum profunditatis intellectus condimus elementa Matheſeos, inprimis Arithmeticæ atque Geometriæ, multa definire poſſumus, immo debemus, quæ alias definiri non erat opus, nec ideo autor reprehendi poteſt, quod ſit nimius in definiendo. Hac ratione permoti nos in Elementis Geometriæ & Arithmeticæ, immo etiam ceterarum partium Matheſeos, præſertim Aſtronomiæ, multa definivimus, quorum definitionibus alias non habuiſſemus opus. Qua etiam de cauſa confidimus, ea exercitiis, quæ hic commendamus, inſervitura.

§. 291.

Si reſolutiones problematum ita fiant, ut ſingulæ regulæ, quibus opus eſt ad faciendum id, quod fieri debet, ſigillatim enumerentur, & eo ordine collocentur, quo ſingula fieri debent, ac ubi per ſe iisdem ſatisfieri nequit, eadem referantur ad reſolutiones problematum antecedentium; ſuper reſolutionibus iſtis reflectendo profunditatem intellectus promovemus. Etenim ſi in reſolutionibus problematum ſingulas regulas ſigillatim expendimus eo ordine, quo ſingula fieri debent, ut fiat, quod petebatur; notionem diſtinctam formamus modi efficiendi, quod faciendum proponitur (§. 88. *Log.*). Immo hoc pacto notio diſtincta reſolutionis in genere animo noſtro ſeſe inſinuat, quam ab exemplis abſtrahere difficile non eſt, quando ea deſideratur. Cumque revera regulæ, ex quibus conſtat reſolutio, ſint determinationes, quæ conſtituunt hypotheſin, quan-

Quando reſolutiones problematum profunditatem intellectus promoveant.

quando problema in theorema convertendum, ut demonſtretur, & id quod petitur ſubeat locum ejus, quod inde colligitur; ſi reſolutio problematis eo, quem diximus, modo expendatur, notio reſpondens propoſitioni cuidam diſtincta formatur. Enimvero dum regulæ, quibus per ſe ſatisfieri nequit, reducuntur ad problematum ſuperiorum reſolutiones, revera non aliud agitur, quam ut notiones notarum, quæ ingrediuntur notionem diſtinctam reſolutionis, reſolvantur in alias ſimpliciores, ut notio reſolutionis efficiatur adæquata, quantum ad praxin ſufficit, ſeu quatenus ea tanquam reſolutionis problematis notio ſpectatur. Quoniam itaque hæc exercitia prorſus eadem ſunt, quæ profunditatis intellectus acquirendi cauſa fieri debent (§. 290.); ſi reſolutiones problematum ita fiant, ut ſingulæ regulæ, quibus opus eſt ad faciendum id, quod fieri debet, ſigillatim annumerentur, & eo ordine collocentur, quo ſingula fieri debent, ac ubi per ſe iisdem ſatisfieri nequit, eædem referantur ad reſolutiones problematum antecedentium; ſuper reſolutionibus iſtis reflectendo profunditatem intellectus promovemus (§. 257. 430. *Pſych. empir.*)

Habent reſolutiones problematum cum definitionibus plurimum affinitatis, & revera quælibet reſolutio ſpectari poteſt tanquam definitio modi efficiendi id, quod petitur. Nec obſtat, quod problemata, quorum reſolutiones dantur, ſint propoſitiones, in quibus regulæ, quæ præſcribuntur, reſpondent iis, quæ ſumuntur de re quadam, ſeu notionem ſubjecti conſtituunt, ſiquidem propoſitio tanquam categorica ſpectetur, aut antecedens, ſi per modum hypotheticæ conſideretur, & id quod petitur ſeu faciendum in priori caſu repræſentat prædicatum, in poſteriori conſequens, & hæc reductio revera ſemper fiat, ubi demonſtratio problematis conte-

xen-

1. Mr. Lambert's Chart.—This chart, which is the largest of the kind ever published, is 12 feet 6 inches by 6 feet 6 inches, and contains a vast amount of information. It is divided into two parts, the first of which is devoted to the history of the world, and the second to the history of England. The first part is subdivided into three columns, the first of which contains the names of the principal countries of the world, and the second and third the chief events which occurred in them, from the creation of the world to the year 1800. The second part is subdivided into four columns, the first of which contains the names of the sovereigns of England, the second the chief events which occurred in their reigns, the third the names of the principal persons who flourished in their reigns, and the fourth the names of the principal persons who flourished in the reigns of the sovereigns of England, from the year 1066 to the year 1800. The chart is printed on a single sheet of paper, and is folded into a book of 12 pages, each page being 6 feet 6 inches by 1 foot 6 inches. The chart is published by Mr. Lambert, of London, and is sold for 10s. 6d.

2. Mr. Lambert's Chart.—This chart, which is the largest of the kind ever published, is 12 feet 6 inches by 6 feet 6 inches, and contains a vast amount of information. It is divided into two parts, the first of which is devoted to the history of the world, and the second to the history of England. The first part is subdivided into three columns, the first of which contains the names of the principal countries of the world, and the second and third the chief events which occurred in them, from the creation of the world to the year 1800. The second part is subdivided into four columns, the first of which contains the names of the sovereigns of England, the second the chief events which occurred in their reigns, the third the names of the principal persons who flourished in their reigns, and the fourth the names of the principal persons who flourished in the reigns of the sovereigns of England, from the year 1066 to the year 1800. The chart is printed on a single sheet of paper, and is folded into a book of 12 pages, each page being 6 feet 6 inches by 1 foot 6 inches. The chart is published by Mr. Lambert, of London, and is sold for 10s. 6d.

reſolutionibus problematum. Reductiones problematum ad theoremata ante reductorum & propoſitionum categoricarum atque hypotheticarum ad definitiones nullum ſcrupulum movebunt ei, qui ingenio pollet (§. 476. *Pſych. empir.*), præſertim acuto (§. 240.): quodſi vero hebetioribus ſcrupulus ſuperſit, quod definitum ſit ens certo nomine indigitatum, veluti triangulum, quadratum, circulus, quale non pateat, ſi propoſitiones per modum definitionis tibi repræſentare volueris, is haud difficulter eximitur. Nonne enim modus hoc efficiendi ens quoddam eſt (§. 134. *Ontol.*), quod concipitur per regulas, quæ in reſolutione problematis continentur, aut in propoſitionibus aliis per ea, quæ de ſubjecto ſumuntur (§. 142. *Ontol.*)? Et nonne in ſe non repugnat, ut modus iſte peculiari quodam nomine appelletur, quemadmodum etiam ſubinde fieri ſolet, licet ordinarie nomine deſtituatur, nec fieri poſſit, nec opus ſit, ut peculiari nomine inſigniatur? Et nonne idem intelligitur de ente, quod repræſentatur per id, quod prædicati loco eſt in propoſitione categorica, vel conſequentis loco in hypothetica? Qui ergo in hiſce hæret, hebetudini intellectus ſui & defectui ingenii, quod nondum ſatis excultum eſt, id tribuere debent. Obiter notamus, elucęſcere hinc præclarum ingenii uſum, quem idem in ſcientiis habet, multo præſtantiorem eo, quo adeo delectantur literarum elegantiorum nimio amore capti, ut eundem in contemtum ſcientiarum vertant. Diſcant vero etiam illi, qui ſcientiæ amore ducti ingenioſa tanquam ludrica & ad ſolam delectationem compoſita ſpernunt, ingenii culturam male inſuper haberi. Conſultum exiſtimamus ad talia ſubinde excitare aliorum attentionem, ut omnia ſuo pretio æſtimare diſcant. Ceterum ut Elementa noſtra Matheſeos etiam hunc uſum habere poſſint, ideo reſolutiones problematum ita conſcripſimus, ut ſingulæ regulæ diſtinctis numeris diſcernantur & eo ordine quaſi in digitis annumerentur, quo adhibendæ, ſi problema actu ſolvendum, velut ſi in Geometria figura quædam actu conſtruenda, aut in Arithmetica ex numero dato actu radix

dix extrahenda, & quæ non fieri poſſunt, niſi certo quodam modo in anterioribus explicato, in iis problemata antecedentia citentur. Quamvis enim hæc faciant etiam ad facilitandam praxin, quæ in applicatione regularum ad exempla in caſu dato conſiſtit; cum tamen elementa noſtra Matheſeos eo potiſſimum fine ſcripſerimus, ut intellectui perficiendo inſervirent, in problematis quoque eundem finem intendimus. Non ignotum eſt, eandem rem plures habere poſſe fines & hos ſimul intendi poſſe. Immo profunditatis intellectus cauſa adjecimus citationes, quæ omitti poſſe videbantur, præſertim ſi quæ citantur in poſtulatorum numero ſunt, vel ſaltem eſſe poterant; ſicuti ſoliditatis cauſa citavimus axiomata in demonſtrationibus, vel etiam theoremata, quæ ſatis nota ſupponi poterant, immo ſubinde debebant, ut ſuperflua videretur citatio. Quæ certo fine ſuperflua ſunt, reſpectu finis alterius non ſunt. Nec nos veremur cenſuras præcoces, ubi cerri ſumus, ea, quæ contemnuntur, vel etiam reprehenduntur, certam ſpondere utilitatem. Sæpius enim profeſſi ſumus, nos non ad pompam philoſophari gloriæ cauſa, ſed ut utiles ſimus aliis, quantum fieri poteſt. Et quamvis fieri minime poſſit, ut inſtituti noſtri rationes ſufficientes ubivis demus; eas tamen ſuo loco, ubi commode id fieri poteſt, vel etiam fieri debet, dare non negligimus.

§. 292.

Ad exercitia, quibus profunditas intellectus comparatur, Ad exercitia ſufficit gradus infimus cognitionis veritatum mathematicarum. Et profunditatis intellectus in reſolutione definitionum Geometriæ, Arithmeticæ & ceterarum partium Matheſeos, ita ut definitiones ſequentes explicentur per antecedentes, & in explicatione propoſitionum per definitiones præmiſſas (§. 290.), atque in reductione reſolutionis problematum ad notionem diſtin-

enim exercitia, quibus profunditas intellectus comparatur, tis componsiſtunt in reſolutione definitionum Geometriæ, Arithrande quimeticæ & ceterarum partium Matheſeos, ita ut definitiones nam cogniſequentes explicentur per antecedentes, & in explicatione tionis gradus propoſitionum per definitiones præmiſſas (§. 290.), atque requiratur.

ſtinctam (§. 291.). Enimvero ſi neglectis demonſtrationibus in definitionibus, propoſitionibus & problematum reſolutionibus acquieſcimus, in primo gradu cognitionis ſubſiſtimus, ſeu, quod perinde eſt, in infimo (§. 3. *Comment. de ſtud. Matheſ. recte inſtit.*), veritatem ab aliis propoſitam intellexiſſe contenti (§. 1. *Comment. cit.*). Ad exercitia itaque, quibus profunditas intellectus comparatur, ſufficit cognitionis veritatum mathematicarum infimus gradus.

Legi utiliter hic poſſunt, quæ in Commentatione de ſtudio Matheſeos recte inſtituendo Tomo V. Elementorum Matheſeos univerſæ de ſtudio Matheſeos primi gradus cognitionis acquirendi cauſa inſtituendo docuimus. Quamvis vero profunditas intellectus ſit ardua admodum virtus intellectualis atque inter paucos diſtributa; hoc tamen non obſtante comparari poteſt, immo ſi ordine progredi velimus, debet, antequam de ſoliditate cogitemus. Multum facilitat ſecundum cognitionis gradum primus, ſi illi præmittatur, quia demonſtrationes captu multo faciliores ſunt, ubi definitiones ac propoſitiones, quæ inſtar principiorum demonſtrandi illas ingrediuntur, jam familiares experimur: id quod obtinetur, ſi in primo cognitionis gradu acquirendo eam operam collocamus, quæ debetur exercitiis comparandæ profunditatis cauſa inſtituendis. Ac propterea quoque exercitia facilitantur, quibus ſoliditatem conſequi ſtudemus, ſi ea, quæ profunditati ſerviunt, præmittantur. Et quia primus cognitionis gradus a captu puerorum minime abhorret, exercitia, quæ profunditati acquirendæ inſerviunt, puerili ætati jam conveniunt: quamvis adultiori accedere poſſint logica, ubi verioris Logicæ præcepta animo fuerint comprehenſa, ut illa efficiantur utiliora, atque intellectus eorum vi magis perficiatur. In præſentem itaque uſum ex ſyſtemate veri nominis excerpi poterant definitiones, palmaria theoremata & reſolutiones problematum elementarium, Arithmeticæ atque Geometriæ. Ex par-

Australian Capital Territory, Canberra, Jervis Bay and Northern Territory. Each State has a Governor appointed by the Crown, and a Parliament consisting of two Houses, except Queensland, which has only one House. The Governor-General is appointed by the Crown, and has a Council of seven Ministers. The Federal Parliament consists of the Senate and the House of Representatives. The Senate consists of 36 members, six for each State, elected for six years, one-half retiring every three years. The House of Representatives consists of 74 members, elected for three years, in proportion to the population of the States. Every adult person who has a vote for the State Parliament has a vote for the Federal Parliament. Women have the same rights as men. Voting is compulsory. The Federal Parliament has power to make laws on certain subjects, and the State Parliaments on all other subjects. Each State has its own Ministry, responsible to its Parliament. The Federal Ministry is responsible to the Federal Parliament. Each State has its own Supreme Court, and there is a Federal Supreme Court, which is the highest Court of Appeal.

re cordique habet, notiones ontologicas ſibi familiares reddere te- *in ontologi-*
netur, immo *ad profunditatem intellectus*, utpote ex gradu *cas reſolven-*
notionum adæquatarum æſtimandam (§. 341. *Pſych. empir.*), *di.*
contendens analyſibus notionum in ontologicas induſtriam ſuam exercere debet.

Diximus ſuperius (*not.* §. 292.), exercitia, quæ profunditati intellectus acquirendæ inſerviunt; convenire ætati puerili. Quemadmodum vero ibidem ea diſtinximus ab iis, quibus exercitia logica accedunt; ita hic quoque diſcernenda ſunt ab iis, quibus notiones in ontologicas reſolvuntur. Ibidem nobis ſermo eſt de exercitiis, quæ Matheſis ſuppeditat, inprimis Arithmetica & Geometria, ut aliarum rerum notitia non ſupponatur. Hic vero non modo Ontologiæ, verum etiam rerum aliarum notitiam præſupponi palam eſt, quam in pueris requirere longe abſurdiſſimum foret. Et ſane qui notiones in ontologicas reſolvere voluerit, is intellectus profunditatem quandam jam conſecutus ſit neceſſe eſt, illis omnino exercitiis, quæ etiam puerili ætati convenire diximus, comparandam. Omnes habitus intellectus, in quorum numero etiam profunditas eſt, incrementi capax & continuo magis magisque perfici poteſt. Quamvis itaque in prima ætate exercitiis indefeſſis, quæ eidem conveniebant, profunditatem intellectus acquiſiveris; ætate tamen adultiori ea magis continuo perficienda: id quod ſine exercitiis, quibus ea ad majorem gradum evehitur, fieri haudquaquam poſſe manifeſtum eſt (§. 430. *Pſych. empir.*).

§. 298.

Qui doctrinam profundam uſu ſibi comparavit, legendo ſci- *An doctrinæ*
licet librum, in quo ea traditur; nondum tamen profunditatem in- *profundæ no-*
tellectus acquiſivit. Qui enim doctrinæ profundæ notitiam *titia abſque*
ſibi comparavit legendo librum, in quo ea traditur, is *profunditate*
qui-

intellectus esse possit.

quidem acquisivit notiones, quæ in anteriores resolubiles sunt, & quas per eas intellexit; cum tamen huc animum non advertat, de notionibus sequentibus in antecedentes resolvendis minime cogitat, consequenter nec habitum resolvendi notiones distinctas in alias simpliciores, prouti analysis notionum requirit (§. 339. *Psych. empir.*), acquirit (§. 432. *Psych. empir.*). Quoniam itaque habitus notiones distinctas in alias simpliciores continuo resolvendi, prouti analysis notionum requirit, profunditas intellectus est (§. 340. *Psych. empir.*); qui doctrinam profundam usu sibi comparavit, legendo scilicet librum, in quo ea traditur, nondum tamen profunditatem intellectus acquisivit.

Qui analysin notionum nunquam instituit, is ne quidem notionem ejus distinctam habet, immo dum librum legit, in quo doctrina profunda traditur, contentus se ea intelligere, quæ legit, ne quidem huc animum advertit, cur ea sine hæsitatione intelligat, multo minus perpendit, quod ea per antecedentia sint explicabilia, immo quantacunque solertia in legendo libro utatur, non tamen inde notionis adæquatæ distinctam notionem acquirit. Quamvis itaque doctrinæ profundæ notitiam habeat, quæ revera ex notionibus adæquatis constat, cum tamen ipse super eo minime reflectat, quales sint notiones, quas habet, minime novit. Immo fieri potest, ut anteriores, quæ distinctæ erant, abierint in confusas (§. 98. *Log.*), sicque nec ejus notitia amplius constet ex notionibus adæquatis (§. 99. *Log.*). Frustra igitur ab eo requisiveris, ut notionem aliquam datam resolvat in simpliciores anteriores, in quas ea resolubilis est. Notanda vero est hæc propositio, ne a doctrina profunda, cujus quis notitiam habet, concludamus ad profunditatem intellectus.

§. 299.

§. 299.

Si quis in Syſtemate vel ſcripto ad ejus formam compoſito nihil in definitionibus ſumit, quod non in aliis præcedentibus jam explicavit, aut alibi explicatum ſupponi poteſt, vel cui ſaltem reſpondens notio confuſa ſatisfacit, quantum ad intelligendum ſufficit, nec utitur terminis niſi definitis, vel quibus notiones confuſæ obviæ reſpondent; is profunditate intellectus pollet. Etenim ſi quis in ſyſtemate, vel ſcripto alio ad ejus formam compoſito, nihil in definitionibus ſumit, quod non in aliis præcedentibus jam explicavit, aut alibi explicatum ſupponi poteſt, vel cui ſaltem reſpondens notio confuſa ſatisfacit, quantum ad intelligendum ſufficit; is non modo novit, quid fieri debeat, ut notiones ſint reſolubiles in alias ſimpliciores, ſed etiam id actu facit, conſequenter pollere debet habitu notiones diſtinctas in alias ſimpliciores reſolvendi. Et quia non utitur terminis niſi definitis, vel quibus notiones confuſæ obviæ reſpondent, nihil eorum prætermittit, quæ ad explicandas propoſitiones per definitiones præmiſſas faciunt. Quamobrem cum habitus notiones continuo reſolvendi in alias ſimpliciores, quemadmodum vult notionum analyſis (§. 339. *Pſych. empir.*), profunditas intellectus ſit (§. 340. *Pſych. empir.*), & ad eam etiam ſpectet, ut propoſitiones explicentur per definitiones præmiſſas (§. 289.); ſi quis in ſyſtemate, vel ſcripto ad ejus formam compoſito nihil in definitionibus ſumit, quod non in aliis præcedentibus jam explicavit, vel cui ſaltem reſpondens notio confuſa ſatisfacit, quantum ad intelligendum ſufficit, nec utitur terminis niſi definitis, vel quibus notiones confuſæ obviæ reſpondent; is profunditate intellectus pollet. *Signum profunditatis intellectus.*

Equidem profunditas omnibus numeris abſoluta requirit, ut

non ſubſiſtamus niſi in notionibus irreſolubilibus; non tamen perfecta profunditate quisquam gaudet. Sufficit itaque nos in analyſi notionum eo usque progredi poſſe, quantum neceſſe eſt, ut omnia ſufficienter intelligantur, nec in iis remaneat quicquam obſcuri, quod quodammodo obſtat, quo minus penitus intelligatur. Quamobrem ſi quibusdam vocabulis reſpondent notiones confuſæ, quas ad diſtinctas revocare non poſſumus, neque etiam diſtinctis notionibus in demonſtrando opus habemus, eædem pro irreſolubilibus habentur, quemadmodum *Euclides* tanquam notiones irreſolubiles ſumit notiones partis, totius, æqualitatis, minoritatis, & in gratiam tyronum initio ſumimus terminos quosdam geometricos, veluti angulorum alternorum, ſectionis linearum, diſtantiæ linearum. Duplex nimirum notionum irreſolubilitas eſt, altera abſoluta, altera reſpectiva. *Abſoluta irreſolubilitas* eſt, quando notiones in ſe non amplius reſolubiles ſunt: *reſpectiva* autem, quando eas ulterius reſolvi non eſt opus, quia ſine ulteriori reſolutione & ſufficienter intelligi, & probari poteſt, quod demonſtrandum. Sane quamvis notiones quædam in ſe irreſolubiles non ſunt, immo etiam a nobis in alias reſolvi poſſunt; hoc tamen non obſtante reſpectivæ irreſolubilitati ultro locum facimus, quia reſolutione ulteriori non opus eſt, ut, quod docetur, & intelligatur, & demonſtretur, præſertim ſi ad captum eorum reſpicimus, qui ſummum in definiendo ac demonſtrando rigorem nondum ferre poſſunt. Fieri deinde non poteſt, ut in qualibet diſciplina definiantur, quæ tanquam nota ex alia præſupponi debent. Ita Aſtronomus non definit terminos in Geometria & Arithmetica definitos, quia Aſtronomia ſupponit Geometriam & Arithmeticam. Si quis enim inſalutata Geometria & Arithmetica ad Aſtronomiam accedit, & definitiones aut propoſitiones intelligere nequit, ubi termini geometrici & arithmetici occurrunt, id ſibi imputet, quod Aſtronomiæ operam navare velit Geometriæ atque Arithmeticæ ignarus. Abſonum ſane eſt explicare velle terminos, qui ex alia diſciplina mutuantur & mutuari debent,

bent, cum hoc pacto eadem ſine fine forent repetenda. Methodi demonſtrativæ non ſatis gnari ſunt, qui, quæ ſupponere debent, definiunt, veluti ſi quis in Jure naturæ præmittere velit omnes definitiones ontologicas & pſychologicas. Nos in Ethica non repetimus definitiones Virtutum intellectualium, de quibus ex inſtituto agimus, quas jam dedimus in Pſychologia: ſed ubi iisdem in demonſtrando opus habemus, eos ex Pſychologia citamus: id quod etiam obſervamus in definitionibus aliis. Diſſertationes aut ſcripta, quocunque tandem nomine veniant, ad formam ſyſtematis componi dicuntur, ſi regulas methodi philoſophicæ, quæ ſyſtematis convenit, in iis componendis obſervamus. Etenim hic quoque ſupponi poſſunt definitiones ex diſciplina, ad quam objectum, de quo agitur, ſpectat, quando ea definimus, quorum definitionibus in demonſtrando apprime opus habemus. Sufficit citari Autores ubi inveniuntur, niſi eos lectori tanquam ſatis notas ſupponere licet. Hæc omnia, quæ hactenus dicta ſunt, probe notanda veniunt, ubi ex ſcriptis de profunditate intellectus judicium minime fallax ferendum.

§. 300.

Spurium profunditatis intellectus deficientis ſignum.

Si quis in gratiam tyronum librum quendam edit, & in definitionibus ſumit, quæ definiri ulterius adhuc poterant, immo alias debebant; ex eo colligi nequit, eum profunditate intellectus deſtitui. Etenim qui in gratiam tyronum ſcribit, ad captum eorum ſe accommodare debet, conſequenter cum notionibus confuſis adſueti ſint & diſtinctas pro inanibus ſubtilitatibus habeant, ubi illas ad intelligendum, quod dicitur, ſufficere obſervat, iis quoque definiendis ſupersedere poteſt, immo ne nauſeam creet diſcentibus, qui niniam lucem adhuc ferre neſciunt, debet. Quamobrem cum hoc facere poſſit, etiamſi definitiones eorum, quæ non definit, in

poteſtate ipſius ſint; ſi quis in gratiam tyronum librum quendam edit, & in definitionibus ſumit, quæ definiri ulterius adhuc poterant, immo alias debebant, ex eo colligi nequit eum profunditate intellectus deſtitui (§. 340. *Pſych. empir.*).

Ex eo, quod quis agere non vult, quod poterat, colligi nequit agendi impotentia, cum non actus dependeat a voluntate agentis. Quamobrem nec exinde, quod quis profunditate intellectus non fuerit uſus, colligi non poteſt, quod eadem deſtituatur, quando adeſt ratio ſufficiens, cur uti noluiſſet, etiamſi ſumma profunditate gaviſus fuiſſet. Reſpectiva profunditas æſtimari nequit ex gradu notionum adæquatarum abſolute ſpectatarum, ſed ex gradu fini, qui intenditur, conveniente æſtimanda. Quamobrem ſi Autor ſe fingit & accommodat ad captum tyronum, quibus ſcribit, ubi a profunditate hoc in loco nimia recedit, id illæſa profunditate, qua gaudet, fieri poteſt. Ad oſtentationem referendum foret, ſi quis majorem profunditatem affectaret, quam quæ ad ſcopum præſentem facit. Abſoluta profunditas locum non habet, niſi diſciplinæ omnes in ſyſtemata inter ſe connexa redigantur: in diſciplinis particularibus, ac ideo multo magis in ſcriptis, quæ per modum partis, immo particulæ ad eas referuntur, reſpectiva ſufficit, quæ tamen ipſa pro diverſitate finis, quem intendit Autor, limitatur. Quemadmodum abſurdum foret, ſi imperator exercitus ad profligandum & proſternendum cohortem, aut manipulum hoſtilem vim ſuam omnem adhibere vellet; ita non minus abſurdum eſt, ſi quis majore profunditate uti velit in ſcribendo, quam quæ fini intento ſufficit. Cum in Elementis Matheſeos Latinis multa definiviſſem, quæ definiri alias non ſolent, & demonſtraſſem, quæ non demonſtrantur, ac notiones quasdam in ontologicas reſolviſſem; non defuerunt, qui me monebant, Matheſin his adminiculis non indigere, & ſuaſerunt, ut ea omit-

omitterem in nova eorundem editione. Aliter vero ſentiebat *Leibnitius*, qui inſtitutum hoc valde probabat. Nimirum illi animum non attendebant niſi ad hoc, quod ſufficit, ad intelligendum & convincendum; *Leibnitius* vero judicabat, quid faciat ad ſoliditatem atque profunditatem intellectus acquirendum, quem ego mihi finem propoſueram, ut profundam & ſolidam doctrinam etiam extra Matheſin promoverem & Matheſeos ſtudioſos ad opus tam arduum aptos efficerem, quippe quo nomine ſtudium Matheſeos promiſcue omnibus ſe commendat, qui alias eidem tuto ſuperſedere poterant. Vidimus jam ſuperius ſtudium Matheſeos denegenerare in impedimentum perficiendi intellectum, ſi aliter tractetur, quam ut profunditatis & ſoiiditatis intellectus ratio habeatur (§. 103.).

§. 301.

Ad profunditatem intellectus requiritur acumen. Qui enim profundus eſt, ideoque profunditate intellectus pollet (§. 293.), notiones diſtinctas in alias ſimpliciores continuo reſolvit, quemadmodum fert notionum analyſis (§. 340. *Pſych. empir.*), ita ut notio rei reſolvatur in notiones eorum, quæ ipſam ingrediuntur, & notiones horum ſingulæ denuo in alias ſimpliciores, ac ita porro, quantum datur (§. 339. *Pſych. empir.*). Neceſſe igitur eſt, ut polleat habitu notiones diſtinctas formandi (§. 88. *Log.*). Quamobrem cum ad diſtinctas rerum notiones comparandas acumen requiratur (§. 194.); idem etiam requiritur ad profunditatem intellectus. *De acumine ad profunditatem intellectus requiſito.*

Cum acumine ſubtili ea diſtinguantur, quæ ob differentiam non ſatis manifeſtam minime diſtingui poſſe putabantur (§. 205.); facile patet, quo ſubtilius fuerit acumen, eo majorem quoque eſſe poſſe intellectus profunditatem.

pervacua retuliſſet, ſi idem notionem diſtinctam profunditatis intellectus habuiſſet.

§. 303.

Ad promovendam profunditatem conducit acumen pervidendi abſtracta in concretis. Etenim intellectus tanto profundior eſt, quo longius in analyſi notionum quis progredi poteſt (§. 340. *Pſych. empir.*), conſequenter quo univerſaliores ſunt notiones, ad quos pervenitur (§. 54. *Log.*). Quamobrem cum acumine pervidendi abſtracta in concretis perſpiciamus univerſalia præſertim in ſcala generum ſeu abſtractorum altiora in ſingularibus (§. 336. *Pſych. empir.*); acumen pervidendi abſtracta in concretis ad promovendam profunditatem conducit.

De acumine pervidendi abſtracta in concretis ad profunditatem requiſito.

Acuminis excelſus gradus eſt acumen pervidendi abſtracta in concretis. Quamobrem cum acumen requiratur ad promovendam profunditatem (§. 301.), conſequenter quo majus fuerit acumen, eo magis ad profunditatem promovendam faciat; ad eam promovendam conducit omnino acumen pervidendi abſtracta in concretis. Acumen pervidendi abſtracta in concretis & profunditas ſocias ſibi invicem operas præſtant, ita ut utraque virtus beneficio alterius majora indies capiat incrementa. Sed talia conſultius eſt in ſe experiri, quæ ægre perſuaſeris inexpertis, demonſtrata autem pauciſſimi intelligunt. Experientia domeſtica nos omnium optime convincit in Philoſophia practica, quænam uſu facultatum noſtrarum a nobis fieri poſſint & quinam earundem uſus nobis concedatur (§. 267. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem quoque ea nos omnium optime convincit mutui auxilii, quod acumen pervidendi abſtracta in concretis & profunditas intellectus in novis incrementis capiendis ſibi invicem præſtant.

§. 304.

§. 304.

De profunditate auxilio ingenii promovenda.

Ad promovendam profunditatem conducit ingenium. Ingenio enim discernimus rerum similitudines (§. 476. *Psych. empir.*), consequenter ad notiones universales ejus ope pervenitur (§. 54. *Log.*), quæ cum ab aliis abstrahantur (§. 198.), tanto simpliciores esse debent, quo fuerint universaliores (§. 282. *Psych. empir.*). Quamobrem cum profunditas intellectus in eo consistat, ut notiones distinctas in alias simpliciores continuo resolvamus (§. 340. *Psych. empir.*); ad promovendam profunditatem conducit ingenium.

Concursum ingenii cum virtutibus ceteris intellectualibus & ejus vim in doctrina profunda atque solida promovenda ignorant, qui idem æstimant ex usu, quem faciunt Oratores atque Poëtæ. Quoniam hi ingeniosa quærunt, ut delectent, nec a rebus, quæ sub sensum cadunt, iisque maxime vulgaribus, procul recedunt; qui doctrinæ solidæ ac profundæ amore ducuntur, ingenium parum curant, multo minus vero prospiciunt, quam amplissimus sit ejus usus in exercitiis ceterarum virtutum intellectualium ad gradum excelsiorem evehendis, nec ad quam sublimia ducat, si socias operas virtutibus intellectualibus præstat. Quod talia hactenus animadversa non fuerint, non est quod miremur. Ecquis enim est, qui nesciat, quam parum huc usque Psychologia fuerit exculta? Ecquis est, qui nesciat, quod hactenus de eo non cogitaverint philosophi, quænam facultates animæ ad actiones humanas, & modificationes quaslibet animæ concurrunt? Facile concipitur ingenii usus in speciebus & generibus rerum constituendis (§. 251.). Ast cum species & genera rerum æstimentur ex nominibus appellativis, quibus in vulgari sermone utimur, & qui ulterius progrediuntur, in terminis technicis subsistunt, qui in disciplinas introducti sunt; quam late pa-

pateat ſpecierum & generum notio non perſpiciunt. Monuimus ſuperius theoremata, ſive ſint propoſitiones categoricæ, ſive hypotheticæ, & problemata cum ſuis reſolutionibus ad definitiones reduci poſſe (*not.* §. 291.), atque hoc pacto pro quolibet ente emergit multitudo quædam generum & ſpecierum pro numero propoſitionum. Non obſtat, quod deficiant nomina, quibus entia iſta, quorum definitiones concipiuntur, appellentur. Nomina enim entium ſigna ſunt, & appellativa ſunt ſigna abſtractorum, aut, ſi mavis, univerſalium, quæ, cum entitatem ſuam non habeant a ſigno, quo indigitantur (§. 952. *Ontol.*), ſubſiſtunt, etiamſi nullo peculiari nomine appellari queant. Quamobrem cum reductio iſta theorematum & problematum cum ſuis reſolutionibus ad definitiones ingenii quidam fructus ſit (§. 254.); quam late pateat in diſciplinis ingenii uſus hinc intelligitur. Oſtendimus in ſuperioribus nullam concipi poſſe ſimilitudinem ſine notione quadam generali communi rebus, quæ invicem aſſimilantur, atque hanc ſufficienter determinatam eſſe debere, ut per eam ſimilitudo ſit diſtincte explicabilis, nec admittantur in iis, juxta quæ res invicem comparantur, talia, quæ manifeſtam diverſitatem loquuntur, & tanquam diſſimilia repræſentant, quæ pro ſimilibus venditantur (*not.* §. 250.). Nonne igitur hic notiones rerum reſolvuntur in ſimpliciores, &, ſi notio illa communis reſolvatur ulterius in ſimpliciores, cum rebus invicem comparandis ex æquo conveniat, nonne ſimilitudo rerum profundiorem explicationem admittit? Et nonne hinc ſatis perſpicitur, quantum juvetur profunditas ingenio & ingenium viciſſim profunditate?

§. 305.

De ingenio profundo & acumine profundo.

Ingenium profundum dicitur, quod cum profunditate intellectus conjungitur. Unde facile apparet, *ingenium Oratorum & Poëtarum*, quod in rebus ſenſibilibus ſubſiſtere ſolet, *fundo.*

ter, confirmatur a ratione naturam in intellectum pronti sibi, positione ex ☿ (a. 120. ibid. sect.) Quoniam autem ratio, cur natura in intellectum non se producere nequeat, est, quia, ut ratio separata ab omni materia, ita natura, quæ ejus est principium, a materia separata, ejusque potentia dependet. Ita ratio est, quia natura, quæ non producit materiam, non producit formam, quæ non producit materiam, quæ non producit formam, quæ non producit materiam, quæ non producit formam, quæ non producit materiam, quæ

nium, vel acumen fuerit profundum, ad id profunditas accedit & cum eo quasi copulatur (§. 305.); ideo *operam dare debemus, ut ingenium atque acumen profundum acquiramus.* *men profundum.*

Quando ingenium & acumen efficitur profundum, utrumque ad gradum excelsiorem evehitur. Quamobrem si ingenium & acumen perficere velimus, quantum fieri potest, ad quod faciendum utique obligamur (§§. 211. *part. 1. Jur. nat.*), cum profunditate intellectus conjungendum, ut ad eum gradum utrumque evehatur, ad quod evehi potest. Absit, ut quis absonum existimet, quod statuatur obligatio ad ingenium & acumen profundum! neque enim hæc eadem gratis fingitur, sed ex primis juris naturæ principiis deducitur, nec extenditur ultra ea, quæ fieri possunt, consequenter nec æqualiter ad omnes homines promiscue. Sed hæc satis manifesta sunt ex iis, quæ in Jure naturæ demonstravimus, ut superfluum foret ea hic repetere. Qui vim obligationis non capiunt, propterea quod notionem satis adæquatam ejus minime habent, ad Jus naturæ remittendi sunt, ut discant, quæ ignorant. Qui, quæ ignorant, ibidem addiscere nolunt, eorum judicia tanquam temeraria contemnenda. Infiniti enim foret laboris omnia judicia temeraria refellere, nec labor hic utilis foret. Sponte enim sua illa evanescunt, si ab ignorantia liberetur animus.

§. 307.

Profunditatem intellectus dari non agnoscitur, si super resolubilitate definitionum sequentium in antecedentes non reflectimus, seu quod perinde est, si non attendimus, quod definitionem, aut propositionem præsentem intelligamus vi definitionum præcedentium. Etenim qui non attendit, quod definitionem, aut propositionem præsentem intelligat vi definitionum præcedentium, *Cur ignoretur profunditatem intellectus dari.*

ac ideo ſuper reſolubilitate definitionum, aut notionum propoſitionibus reſpondentium in alias ſimpliciores non reflectit; is quoque notionem reſolubilitatis iſtius non acquirit. Quamobrem cum in habitu notiones diſtinctas, quales ſunt definitiones ac propoſitionibus reſpondentes notiones, in alias ſimpliciores continuo reſolvendi conſiſtat profunditas intellectus (§. 340. *Pſych. empir.*); nullam quoque hujus profunditatis notionem habet, aut ſaltem nonniſi obſcuram habet. Quamobrem cum ad rem agnoſcendam & ab aliis diſtinguendam requiratur notio ſaltem clara (§. 80. *Log.*); utut confuſa (§. 88. *Log.*); in hypotheſi propoſitionis præſentis non agnoſcitur, profunditatem intellectus dari.

Erunt forſitan nonnulli, qui exiſtimaturi ſunt, fieri non poſſe, aut quis ignoret profunditatem intellectus dari, cum anima ſit ſibi conſcia eorum, quæ in ipſa ſunt, præſertim ſi cum *Carteſio* optinantur eſſentiam animæ in cogitatione conſiſtere, hoc eſt, in eo, quod ſui ſibi conſcia ſit. Quamvis itaque nomen ignoretur, non tamen rem ignorari. Enimvero qui ita ſentiunt, multa ſupponunt, quæ a veritate aliena ſunt. Etenim multa inſunt in anima, multa quovis momento contingunt, quorum ſibi conſcia non eſt. Patet hoc abunde ex iis, quæ de facultatibus cognoſcendi & virtutibus intellectualibus huc usque dicta ſunt. Multa inſunt, multa fiunt, quæ nonniſi ex aliis, quorum nobis conſcii ſumus, colligi poſſunt, per ſe autem non appercipiuntur. Et quæ in eorum numero ſunt, ut appercipi poſſint, non tamen ante appercipiuntur, quam ubi ſingulari attentione uſus ſuper iis ſufficienter reflectere didiceris, & peculiari quodam acumine opus eſt ad pervidendum ea, quæ in anima contingunt; quod *acumen pſychologicum* appellari poteſt. Quamvis itaque quidam legant libros, in quibus doctrina profunda traditur, eamque

Digitized by Google

intelligant, immo quamvis eadem imbuti eandem ipſimet promoveant; quoniam tamen ſuper ea minime reflectunt, ideo nec notionum reſolubilitatem in alias ſimpliciores animadvertunt, non inquirentes in rationem, cur quæ dicuntur intelligant, multo minus perſpicientes, unde claritas notionis, quæ verba intelligibilia facit, tandem derivetur, ut omnes mentis tenebræ prorſus diſpellantur. Notandum præterea, omnes animæ facultates ineſſe per modum potentiæ, non per modum actus, & ipſas diſpoſitiones naturales per modum potentiæ remotæ, habitus per modum proximæ ineſſe, ut nonniſi quando actu agimus prodantur. Satis igitur intelligitur, cur ignoretur, dari profunditatem intellectus. Etſi vero profunditas intellectus non ſit ignotum prorſus nomen, cum eruditos profundos appellare ſoleamus, veluti Geometram profundum, Philoſophum profundum, Theologum profundum & ita porro, non tamen omnes, in quorum ore eſt vocabulum, intelligunt, quid eodem proprie ſignificare velint. Nec mirum id videbitur, modo notionem profunditatis intellectus, quam dedimus (§. 340. *Pſych. empir.*), in ſimpliciores reſolvere libuerit: id quod haud difficulter præſtabit, qui in Logica atque Pſychologia empirica ſatis fuerit verſatus, nec Ontologiæ ignarus. Ita nimirum palam fiet, quænam ſupponantur, ut notio profunditatis intellectus determinata pleniſſima luce fulgeat & ſit fœcunda.

§. 308.

Quoniam profunditatem intellectus dari ignorat, *De neglectu qui ſuper reſolubilitate definitionum & notionum propoſitionibus reſpondentium in notiones ſimpliciores non reflectit* (§. 307.); ideo *profunditatis intellectus* qui reflexionem hanc negligit, *profunditati intellectus operam & quomodo dare negligit*, conſequenter *ne cultura profunditatis intellectus eidem medenegligatur, tempeſtive adſuefieri debemus, ut terminos in definitionibus & propoſitionibus occurrentes per definitiones eorum*

rum explicemus & in hac explicatione progrediamur, quantum datur.

Impedimentum profunditatis intellectus palmarium videtur, quod notio diſtincta ejusdem defideretur, cujus realitatem in nobis ipſis experti ſumus. Qui doctrinam profundam amant, & in ea luce pleniſſima frui geſtiunt, in profunditatem quoque intellectus jam proni ſunt: ceteris vero tanquam ſurdis narratur fabula, ſi eandem commendare volueris. Quodſi igitur illi norint, quid ſit profunditas intellectus & quomodo acquiratur, exercitia quoque, quibus acquiritur, non negligent. Omnium facillime notio diſtincta profunditatis intellectus alterius animo ingenerari poterat, unde ſimul apparet, quomodo pleniſſima claritas in notiones rerum derivetur, ut penitus intelligantur, ſi definitionem quandam Geometriæ elementaris aut Arithmeticæ in notiones ſimpliciores reſolvas, quemadmodum reſolvimus demonſtrationem ad declarandam ſucceſſivam aſſenſus generationem (*not.* §. 992. *Log.*). Unicum iſtiusmodi exemplum multa inſinuare poterat, quæ ſcitu admodum utilia alias cognitioni noſtræ ſe ſubducunt. Sed noſtrum jam non eſt de his diſertius dicere.

§. 309.

An ſolo uſu profunditas intellectus acquiri poſſit.

Similiter quia profunditatem intellectus dari ignorat (§. 307), nec de ea acquirenda cogitat, qui ſuper reſolubilitate notionum in alias ſimpliciores non reflectit (§. 308.); *oppido falluntur, qui ſibi perſuadent, profunditatem intellectus ipſo uſu acquiri poſſe, legendo ſcilicet libros, in quibus doctrina profunda traditur*, veluti Elementa Euclidis.

Confundunt hi doctrinam profundam cum profunditate intellectus: illam ſine hac lectione librorum acquiri, ſupra jam oſtendimus (§. 298.), atque ibidem jam monuimus a doctrina profunda, cujus quis notitiam habet, ad profundi-

tatem intellectus non valere conſequentiam. Ac ideo videmus, hos ipſos, qui doctrina profunda imbuti ſunt in aliquo ſcientiarum genere, haud raro tamen in profunditatem intellectus impingere, præſertim ſi extra ſphæram ſuam progrediantur, ita ut ſæpius ſibi videantur intelligere ea, quorum revera nullam notionem habent, immo ſumant tanquam manifeſta, quæ ſumi non poſſe ſtatim animadverterent, ſi ea notionibus diſtinctis explicarent & has, prouti jubet profunditas intellectus, in ſimpliciores reſolverent. Sane ſi quis vel maxime ejus aliquid videt, in luce tamen adhuc crepera verſatur, in qua a lapſu nondum immunis, præſertim ſi extra ſphæram ſuam progreſſus veluti in terris ſibi nondum cognitis verſetur.

§. 310.

De profunditate intellectus ad alios erudiendos neceſſaria.

Qui alios in diſciplinis inſtituere debent, profunditate aliqua intellectus pollere debent. Qui enim alios in diſciplinis inſtituere debent, operam dare tenentur, ut ii ſufficienter intelligant, quæ docentur. Quamobrem cum definitiones non intelligantur, niſi termini in definitionibus occurrentes explicentur per definitiones alias, conſequenter eædem præmittantur, aut, ſi præmiſſæ non fuerint, ſuppleantur, nec in definitionibus ſine explicatione ulteriori admittantur, niſi vocabula, quibus reſpondent notiones obviæ confuſæ, quæ ad intelligendum ſatisfaciunt, ac idem obſervandum ſit in propoſitionibus; qui alios in diſciplinis inſtituere vult, ei perſpectum eſſe debet, quænam in definitionibus per alias definitiones ulterius ſint explicanda, & quibusnam ſatisfaciant notiones obviæ confuſæ, ad ſummum exemplis illuſtrandæ, & eadem obſervare debet in propoſitionibus explicandis, conſequenter pollere debet habitu notiones in alias ſimpliciores reſolvendi. Im-

non ego enim vitia fanandæ mentis esse dixerim, sed medicamenta: quibus profecto (si vera sunt, quæ ab illis dicuntur) ea præstantia est, ut quæ ipsis in fanitate ea debet, Quoniam igitur vanitas, quæ ipsorum est, ea est, ut ipsi ad ea, quæ ipsis sunt, ea ipsa, quæ non sunt, ad illa, quæ ipsis videntur, adjungant, ea ipsa medicamenta putent debere.

Dicimus, qui alia multa dicunt, eandem atque nobis de præsidiis pulsus debere: neque enim hic ratione ullâ, quæ ad rem pertineat, dici potest, quin ea præsidia, quæ nobis, ut sanis, sint adhibenda propulsandis, quæ quærunt & intelligentiam tollat. Et qui alias eandem, ut nos, de præsidiis sententiam non tuentur alicunde (vers. 6 1 93.). Quæ potest ratione dici, quin ea præsidia, quæ nobis, ut sanis, sint adhibenda propulsandis, quæ quærunt, quæ ad rem pertineat, quæ ad eandem intelligentiam tollat, ea ipsa, quæ non sunt, ad illa, quæ ipsis videntur, adjungant, ea ipsa, quæ debeant esse medicamenta putent. Quoniam præsidia, ut ipsi dicunt, ea ipsa sunt, quæ ipsis videntur, adjungant

quamvis infinitus ſit numerus, non tamen reperies ullum, in quo quæ explicanda erant ſufficienter explicantur, quemadmodum fieri debebat, ut omnia ſatis intelligantur, nec nondum nota notiones obſcurent. Omnibus iſtis Commentariis multum præſtaret Tyrocinium Juris, in quo definitiones eorum, quæ in Inſtitutionibus explicanda, eo ordine collocarentur, quem vera methodus exigit (§. 119. *Diſc. prælimin.*). Tale autem Tyrocinium Juris componere nequit, niſi qui profunditate intellectus ad hoc ſufficiente gaudet. Obiter obſervo, iſtiusmodi Tyrocinia in omnibus diſciplinis utiliſſima fore, ut ad ipſas diſciplinas perdiſcendas præpararentur adoleſcentes: id quod haud exiguum adjumentum afferret ad doctrinam profundam & ſolidam propagandam. Sed hoc & his genuina tum demum ſperanda, quando virtutibus intellectualibus magis ſtudebunt, qui litteris ſe involvunt. Velim propoſitionem præſentem & ea, quæ ad eandem annotantur, probe perpendant, qui ad docendum alios ſe ingerunt, aut munus docendi publicum ambiunt.

§. 311.

De doctrina profunda & eruditis profundis dijudicandis.

Qui profunditate intellectus gaudet, doctrinam profundam a minus profunda diſcernere & eruditos profundos a ceteris diſtinguere valet. Etenim qui profunditate intellectus gaudet, is notiones rerum in alias ſimpliciores reſolvere (§. 340. *Pſych. empir.*), conſequenter notiones adæquatas ab inadæquatis diſcernere valet (§. 95. *Log.*). Quamobrem cum doctrinæ profunditas æſtimetur ex gradibus notionum adæquatarum (§. 293.); qui profunditate intellectus gaudet, doctrinam profundam a minus profunda diſcernere valet. *Quod erat unum.*

Quoniam profundus eſt, qui doctrina profunda pollet (§. 293.), qui vero profunditate intellectus gaudet,

dit, dubitetur prudens a rerum prudentia alienarum an ita, ut prudentia a prudentiam dividens possit, rerum sua prudentia prudentia? rei vis, ut prudentia divisit interdum prudens, eruditus prudentia a caeteris diligentia vitia. quod

Judicia de prudentiae dividente & mutuum plurimum prudentia? Ita ut prudentia, ut prudentia, ut prudentia,

ditas in explicatione dependentiæ facti præsentis a multis præteritis, veluti si declaretur, quomodo successive doctrinæ quædam immutatæ fuerint, donec tandem eam nactæ sint formam, quam hunc habent, quomodo mores quidam invaluerint, quomodo factum præsens aliquod determinatum fuerit per series multorum antecedentium. Sicuti enim in profunditate doctrinæ notiones resolvuntur in alias anteriores, ita in profunditate historica facta præsentia, seu, quæ tanquam præsentia sumuntur, resolvuntur in præterita, quæ in actualitatem facti præsentis influunt, quemadmodum notiones simpliciores, quæ prærequiruntur, influunt in notionis rei datæ claritatem, vi cujus penitus intelligitur. Nimirum sicuti analysis notionum ducit ad notiones rerum adæquatas; ita analysis facti præsentis in præterita ad notionem adæquatam actualitatis ipsius. Hæc silentio prætereunda minime erant, ne videremur Historicis invidere elogium profundi, & ut liquido constaret, quinam idem mereantur, nec vagus sit vocabuli significatus, aut plerisque prorsus sine mente sonus.

§. 312.

Quinam profunditatem intellectus curæ habere debeat.

Quoniam qui profunditate intellectus gaudet, doctrinam profundam a minus profunda discernere valet (§. 311.); *qui doctrinam profundam amat, profunditatem intellectus curæ cordique habere debet.*

Optandum omnino foret, ut omnes, qui animum ad studia litteraria appellunt, doctrinam profundam amarent, ut penitus intelligere studerent, quæ addiscunt. Sed quæ superius eam in rem de doctrinæ solidæ amore annotavimus, de amore etiam profundæ valent. *Psittacismus eruditorum* dicitur; quo verba faciunt de iis, quæ non intelligunt, aut saltem non intelligunt, quantum satis est. *Psittacistæ* memoriæ mandant terminos & vocabula, quorum notionem non habent, & quæ ideo aliis explicare minime valent, aut saltem

exemplis idoneis illuſtrare, quæ notionem confuſam, ſed determinatam animo ingignunt. Pſittaciſmus utique vitium commune plurimorum eruditorum eſt, & proh dolor! multi juventutem ſtudioſam ad eundem ſeducunt. Qui profunditate intellectus gaudet, Pſittaciſtas facile agnoſcit. In horum numero ſunt, qui non ſunt niſi Echo aliorum, non per ſe judicantes, ſed judicium, quod ab aliis latum acceperunt, repetentes, parum ſolliciti, utrum id intelligant, nec ne, vel utrum id verum ſit, an falſum. Vitium hoc admodum familiare eſt vulgaribus hiſtoriæ literariæ ſcriptoribus atque iis, qui ex Diariis eruditorum, quorum hodie numerus adeo multiplicatur, ex novellis literariis, vel etiam Lexicis, quæ hodie ſine fine eduntur, unice ſapiunt.

§. 313.

De profunditate intellectus ad ſyſtema condendum requiſita.

Qui ſyſtema veri nominis condere valet, profunditate intellectus gaudet. In ſyſtemate enim veri nominis veritates inter ſe connecti debent, ad hunc vero nexum etiam requiritur, ut definitiones ac propoſitiones collocentur eo ordine, quo ſequentes in anteriores reſolvuntur, ita ut ſequentia ſufficienter intelligantur per antecedentia (*not.* §. 285.). Quamobrem qui ſyſtema veri nominis condere valet, is pollere debet habitu notiones rerum in alias ſimpliciores reſolvendi, quantum ſufficit, ut quæ dicuntur intelligantur, aut, ſi fieri poteſt, ut penitus intelligantur. Quoniam itaque hic habitus profunditas intellectus eſt (§. 340. *Pſych. empir.*); qui ſyſtema veri nominis condere valet, profunditate intellectus gaudet.

Dicimus ad ſyſtema veri nominis condendum requiri profunditatem intellectus, ne quis propoſitione præſente abutatur, quia nomen ſyſtematis abuſui admodum obnoxium eſt (*not.* §. 285.). Syſtema potiſſimum facit veritatum nexus, qui

qui in eo consistit, ut sequentia demonstrentur per antecedentia. Cum vero inter principia demonstrandi potissimum locum sibi vindicent definitiones (§. 562. *Log.*), nec in propositionibus utendum est terminis nisi sufficienter explicatis (§. 117. *Disc. prælim.*); in Systemate condendo inprimis ratio habenda est definitionum, tum ne in iis admittantur termini non antea definiti, aut quibus saltem notio confusa determinata respondet, per quam satis intelligantur, tum ut definitiones eo ordine collocentur, ut termini, qui ingrediuntur definitiones sequentes, explicari possint per antecedentes (§. 119. *Disc. prælim.*), tum denique ne qua definitio prætermittatur, qua tanquam principio opus est in demonstrando. Qui satis perspexit, quænam sint profunditatis intellectus, is minime inficiabitur, si nihil in systemate desiderari debet, id absque profunditate intellectus condi non posse. Quo major fuerit intellectus profunditas, eo majore circumspectione systema condi potest, ne quid desideretur, quod ad omnia penitus intelligenda requiritur, & ne defectu profunditatis labes adspergatur soliditati, quatenus scilicet vel principia demonstrandi deficiunt, vel quæ non satis explicata, seu, ad notiones determinatas revocata, in eorum numerum admittuntur. Ex systemate igitur veri nominis de profunditate intellectus autoris statuere datur, modo quis noverit, quid sit profunditas intellectus. Quæ enim ad hujus notionem spectant, ea ad factum Autoris, qui systema condidit, applicanda sunt (§. 348. 349. *Log.*). Me non monente constat, ad notionem rei non modo pertinere definitionem, sed omnia etiam prædicata, quæ rei vel absolute, vel sub certa conditione tribuuntur. Vide, quæ paulo ante de judicio, quod fertur de doctrina profunda & erudito profundo, annotavimus (*not.* §. 311.). Quemadmodum vero ex systemate veri nominis colligitur profunditas intellectus autoris; ita ex adverso ex pseudosystemate defectus ejusdem. Quamvis enim in se non impossibile sit, ut, qui profunditate intellectus gaudet, in subsidium memoriæ conscribere possit librum, in quo non

quando ne intellecta. Sed maxime ingeniosi videntur dicere quosdam propheticos, quemadmodum in Tabula Moysis fuerunt omnes scientiæ, ita in Tabula Christi, quæ est Mediatoris, fuerunt omnes fides divinæ revelationis, ac quas illuminati divino spiritu credunt vera. Et sunt quasi duæ species fidelium. Quidam credunt facile, ac ideo deridet fidelium virtutem decretum effe hoc negare, ac fi quis negaret, Alexandrum fuiffe Regem Macedonum. Alii profitentur intellectum fidei, ac ideo non deridentur de his quæ profitentur prædicta. Accidit, quod de his, quæ ad fidem pertinent, quidam habent fcientiam, quidam habent fides infufas, non acquifitas, aut infallibilem veritatem, ut fanctis non videntur, ac dixerunt noftræ ætatis Prophetæ, quod fides Chriſti eſt infallibilis veritas, ac ſpiritus. Et non poſſunt fieri contradictiones, ac difficultates integrantes fuæ exiſtentiæ. Ac infra Tabula Moyſis fuerunt omnes ſcientiæ, ita in Tabula Chriſti, quæ eſt Mediatoris, fuerunt omnes fides divinæ revelationis, ac quas illuminati divino ſpiritu credunt vera. Et ſunt quaſi duæ ſpecies fidelium. Quidam credunt facile, ac ideo deridet fidelium virtutem decretum effe hoc negare, ac ſi quis negaret, Alexandrum fuiſſe Regem Macedonum. Alii profitentur intellectum fidei, ac ideo non deridentur de his quæ profitentur prædicta. Accidit, quod de his, quæ ad fidem pertinent, quidam habent ſcientiam, quidam habent fides infuſas, non acquiſitas, aut infallibilem veritatem, ut ſanctis non videntur, ac dixerunt noſtræ ætatis Prophetæ, quod fides Chriſti eſt infallibilis veritas, ac ſpiritus. Et non poſſunt fieri contradictiones, ac difficultates integrantes ſ

fidio caremus, conſequenter verba, quæ non ſatis intelliguntur, per definitiones explicanda ſunt. Quamobrem omnino neceſſe eſt, ſi certus eſſe velis, definitiones & propoſitiones ſufficienter intelligi, ne uſurpentur termini, qui nondum fuere definiti, nec ullum admittatur vocabulum non ante definitum, niſi cui notio aliqua confuſa quidem, ſed determinata reſpondet, per quam ſufficienter intelligitur. Enimvero habitus notiones definitionibus ac propoſitionibus reſpondentes reſolvendi in alias ſimpliciores profunditas intellectus eſt (§. 340. *Pſycb. empir.*). Qui ergo extra Matheſin doctrinam profundam quærit, profunditate intellectus maxime opus habet.

Quæ ſupra prolixe annotavimus, cum de ſoliditate extra Matheſin indiſpenſabili ageremus (*not.* §. 272.), facile quoque ad propoſitionem præſentem illuſtrandam transferuntur, ut ideo prolixioribus eſſe non liceat. Quoniam profunditate intellectus majore opus eſt extra Matheſin, quam in eadem, & qui Matheſi operam navant, ſuper iis, quæ ad profunditatem ſpectant, parum reflectunt, ut diſtincta ejus notione, ac multo magis ſatis adæquata deſtituantur, nec extra ſphæram ſuam progreſſi de ea cogitent, & notionibus imaginariis in Matheſi adſuetis extra eandem quoque imaginaria cum realibus facile confundant, ut intelligere ſibi videantur, quæ haud raro perperam imaginantur; ideo non eſt quod miremur, Mathematicos in arte ſua ſummos adeo parum profundos eſſe, ſi de rebus ad Matheſin non ſpectantibus agere velint, immo haud raro turpiter ſe dare, ubi doctrinam profundam a ſe dari prætendunt, quando notiones aliunde, quam ex notionibus geometricis atque arithmeticis, ſeu magnitudinum & numerorum derivandæ. Haud ignotæ ſunt querelæ de definitionum bonarum extra Matheſin raritate. Quamobrem

obrem nec eſt quod miremur, deficere notiones adæquatas, ex quibus æſtimanda eſt doctrinæ profunditas (§. 293.). Neque adeo facile eſt defectui huic mederi. Atque propterea initio ſufficit, ut aliquem ſaltem notionum adæquatarum gradum attingamus, quas ſucceſſive ad majorem evehere tentent, qui intellectum ſatis perfecerunt. Neque enim exiſtimandum eſt, eum, qui ſatis norit, quænam ad profunditatem intellectus requiruntur, eandemque exercitio ſibi comparavit, propterea notiones rerum quarumlibet adæquatas in poteſtate ſua habere. Quamobrem abſurdum eſt, vitio alicui vertere velle, quod doctrina ejus imperfectione hinc inde laboret, & a profunditate ulteriori adhuc abſit, præſertim ſi primus glaciem fregerit. Quæ enim unus perficere non potuit, ea ab aliis ulterius perficienda ſunt, quorum eſt notiones minus adæquatas ad majorem gradum perducere. Quo plures enim, qui profunditatem intellectus ſibi comparaverunt, doctrinæ profundæ promovendæ operam dederint, eo ulterius quoque eandem promovere poterunt, præſertim cum uni, quamvis profunditate intellectus excellat, non tamen temporis ſpatium ſufficiat, ut eandem eo usque promoveat, quantum vires ejus præſtare poterant, niſi tempus defeciſſet, quod mercari non datur.

§. 315.

De medio doctrinam profundam conſequendi & impedimento ejus.

Quoniam qui extra Matheſin doctrinam profundam quærit profunditate intellectus maxime opus habet (§. 314.), intellectus autem profunditas exercitio comparanda (§. 289.), atque hiſce exercitiis inprimis inſerviat Geometria & Arithmetica cum ceteris Matheſeos mixtæ partibus (§. 290. 291.); *Qui extra Matheſin doctrinam profundam quærit, exercitiis, quibus profunditas intellectus comparatur, ſedulo vacare debet, & in Matheſi, præſertim Geometria & Arithmetica, addiſcenda majore profunditate intellectus uti, quam ſi*

huic

lat. 16. 6. cum explicat. Ioh. Bernhardi Basil. intellectiones divinas appellavit species productivas, divinas operationes, id.

Hinc est, quod Deus, intelligendo se, intelligendo alia, sua intellectualia producat in eodem actu, ut notat Ioannes Poinsot. Cursus Philosophicus Thomisticus, tom. 1. de intuitiva cognitione, disp. 2. art. 2. num. 3. Quia, ut inquit, ex infinitate ideam exprimit, divina potentia videndi, et intelligendo se, et alia, ideam producit, quia ideam exprimit, quae est ipsa divina essentia, ut ab imperfectione ipsa separatione (sec. 1. n. 12. 13. 14.) etc. Sed haec propter alienum a nostro instituto.

§. 1175.

Nihil dubium et apparet, gradus praesentiae esse principium productivum intellectus. Qui enim videbam, quam praesentia ad intellectionem requiratur (§. 1172.), et quam praesentia datur (§. 1173.), consequens et intellectionis praesentiae gradus, et praesentiae gradus intellectionis (§. 1174. sec. 1. num. 1.). Quemadmodum vero videbam modo, praesentiam et esse intellectionis substantiale, quemadmodum esse intellectionis esset, productum intellectus (§. 1174. sec. 1. num. 2.). Idem dicendum est excellentem gradum praesentiae intellectionis productivum esse.

Nulla non dicenda, dicenda, quae quo magis in lucem proferuntur, eo magis ad veritatem accedimus. Gradus praesentiae productivus est. Quapropter vocabulum praesentiae (sec. 1172. n. 1.) hoc principium intellectus (§. 1.) satis non exprimit. Quare, ut gradus praesentiae productivus exprimatur, dicendum, dicendum est, praesentiam esse excellentem gradum praesentiae productivum intellectus productivum. Quae ut clarius intelligantur, sequentia

autem extra Matheſin opus eſt, ut profunditas cum ſoliditate conjungatur, ob rationes, quas modo commemoravimus (*not.* §. 315.). Sane non alia de cauſa deficit doctrina ſolida, quam quod profunditatis nulla habetur ratio. Neceſſe igitur eſt, ut utraque virtus intellectualis ſoliditas & profunditas ſororio vinculo copulentur, & mutua ſibi invicem auxilia præſtent. Sane notiones rerum multarum via demonſtrationis deteguntur, quæ definitionibus inſerviunt, quamprimum res iſtas peculiari quodam nomine inſigniveris, atque hæ definitiones non minus locum obtinent in analyſi notionum, quam quæ vel per reflexionem, vel per abſtractionem, vel arbitrariam determinationem, aut, ſi mavis, compoſitionem formatæ fuerunt (§. 716. *Log.*). Tenendum nimirum, quando diximus (*not.* §. 716. *Log.*), triplicem eſſe modum formandi notiones, reflexionem ſcilicet, abſtractionem & arbitrariam determinationem, nos ſaltem loqui de modo, quo de rebus, quas experimur, primum notiones quasdam formamus diſtinctas, deinde vero ab iisdem alias univerſaliores abſtrahimus & ad illarum pariter, quam harum imitationem per arbitrariam determinationem alias formamus eo, quem ibidem expoſuimus, modo. Modus autem alius eſt inveſtigandi notiones rerum a priori, id quod aliter quam via demonſtrationis fieri nequit. Plura iſtiusmodi exempla occurrunt in Aſtronomia & aliis Matheſeos mixtæ partibus: immo nec deſunt in Matheſi pura. In diſciplinis autem extra Matheſin longe plurima dantur, quæ hoc modo erui clariſſime patet, ſi veram methodum in illas inferre volueris.

§. 317.

De Lexicis diſciplinarum.

Lexica diſciplinarum dicuntur, in quibus termini hujus, vel illius diſciplinæ proprii explicantur. Ita *Philoſophicum* vocatur, in quo termini philoſophici explicantur, ac in ſpecie *Logicum*, in quo explicantur termini in Logica uſitati,

tati, *Metaphyſicum*, in quo termini metaphyſicæ proprii explicantur; *Juridicum*, in quo termini in Jure recepti explicantur; *Medicum*, in quo explicantur termini in Medicina uſu recepti, ac ita porro. Quoniam termini explicantur per definitiones (§. 152. *Log.*); *in Lexicis diſciplinarum tradendæ ſunt definitiones terminorum technicorum.* Quoniam vero definitiones intelligi nequeunt, niſi etiam ii, qui definitiones ingrediuntur, accurata definitione explicentur; ideo *quoque tradendæ ſunt definitiones terminorum, qui definitionem alicujus termini ingrediuntur, quemadmodum requirit vera methodus* (§. 119. *Diſc. prælim.*). Quoniam tamen *in Lexicis* ordine alphabetico digeruntur termini, ut ſtatim reperiri poſſint; per ſe patet, *eas eo ordine collocari non poſſe, ut definitiones illorum præcedant, qui ingrediuntur definitiones aliorum*, quemadmodum in ſyſtemate fieri debet, *ſed prouti litteræ initiales exigunt.* Enimvero quia ordo iſte minime obſtat, quo minus notiones terminorum maneant reſolubiles in alias ſimpliciores, &, ſi quidem definitiones ita inſerantur Lexico, quemadmodum ſyſtemati conveniunt, actu reſolvi poſſint, *qui Lexicon diſciplinarum conſcribere voluerit, is pollere debet habitu notiones rerum reſolvendi in alias ſimpliciores*, conſequenter cum habitus reſolvendi notiones in alias ſimpliciores, quemadmodum analyſis notionum jubet, profunditas intellectus ſit (§. 340. *Pſych. empir.*), *absque profunditate intellectus non conduntur Lexica diſciplinarum, ut termini in iis uſitati penitus intelligantur.*

Quamvis in Lexicis termini ordine alphabetico collocentur; eodem tamen modo eorundem definitiones ad ſe invicem referri debent, quo in ſyſtemate, ut aliæ per alias ſint continuo explicabiles, atque hoc pacto perveniri poſſit ad notio-

CAP. XXXIII. An Act for the Relief of Insolvent Debtors within the Limits of the Several Courts of Requests in that Part of Great Britain called England. [5th June 1838.]

Recited Acts repealed.

Persons in custody for debts under 20*l.* may petition the Court of Requests for the district in which they are confined.

Petition to be signed by petitioner, and to be verified by affidavit.

Petition to be filed, and notice thereof to be given to creditors.

Petitioner to be brought up for examination.

Petitioner to be discharged, unless creditors appear and show cause against his discharge.

Petitioner to be discharged, unless creditors appear and show cause against his discharge.

Petitioner to be discharged, unless creditors appear and show cause against his discharge.

matico monueram (*not.* §. *cit.*); *Lexica absque profunditate intellectus conſcripta nocent doctrinæ profundæ, immo etiam ſolidæ* (§. 316.) *propagandæ, & impediunt, quo minus termini penitus intelligantur, immo haud raro faciunt, ut male intelligantur.*

tiones ipſorum confuſæ ad diſtinctas ſint reducendæ & verbis eorum obſcuris perſpicua ſubſtituenda. Si quis exemplum deſideret, quomodo notiones ontologicæ ſint directrices in veritate invenienda, legat ea, quæ ſupra de notione determinantis & determinati annotavimus (*not.* §. 221.). Notio metaphyſica eſt, quæ eodem modo determinantur, ea eſſe ſimilia (§. 217. *Ontol.*). Ea ſi ſufficienter intelligatur, id quod analyſi notionum conſequimur, ampliſſimum uſum habet in omni Geometria & ubi eadem applicatur. Demus exemplum facile, quod acutioribus ſufficit ad affundendam lucem in altioribus, aut, ſi mavis, in ſublimioribus. Si figura ſimilis alteri datæ conſtruenda, ad quam conſtructionem reducitur omnis Geodæſia in ſenſu ſtrictiori accepta, quam alii Planimetriam appellare ſolent, & ſumatur caſus, in quo ſuper linea data conſtruenda eſt figura rectilinea alteri datæ ſimilis; ad modum id efficiendi ducit notio ontologica, de qua jam nobis ſermo eſt. Ex notione ontologica, quod ſimilia ſint, quæ eodem modo determinantur, patet, ſuper data linea recta conſtrui poſſe figuram alteri datæ ſimilem, ſi ex duobus punctis determinari poſſint puncta cetera, quæ ſi rectis connectantur, conſtituant perimetrum figuræ, & eodem deinceps modo puncta iſta quoque determinentur in figura ſimili conſtruenda. Quamobrem cum appareat, puncta iſta determinari per interſectionem rectarum ex duobus punctis extremis ſub datis angulis ductarum, non alia re opus eſſe palam eſt, quam ut ex punctis extremis lineæ datæ ſub iisdem angulis ducantur rectæ ſe mutuo interſecantes, ſub quibus in figura data, cui altera ſimilis conſtruenda, ducuntur lineæ ad vertices ſingulorum angulorum in figura data. Equidem ſimilitudo figurarum hoc modo non minori evidentia cognoſcitur, quam ſi per prolixas ambages ex ſimilitudine triangulorum hoc modo prodeuntium demonſtretur, præſertim ſi analyſi demonſtrationum, quam aliquoties commendavimus, evidentiam ad ſummum gradum perducere volueris, modo notiones ontologicas ſufficienter cognitas atque perſpectas habue-

bueris; non tamen propterea improbo, ut more *Euclideo* similitudo demonſtretur, quemadmodum ipſimet fecimus in Elementis Geometriæ, cum eædem demonſtrationes non modo inſerviant iis, qui ad Geometriam perdiſcendam inſalutata philoſophia prima accedunt, quod cur fieri debeat, plures omnino ſuppetunt rationes, verum etiam quia demonſtrationum iſtarum analyſis multis modis ſe commendat intellectui perficiendo & virtutibus intellectualibus formalibus acquirendis, & ad notiones inde abſtrahendas ducit, de quibus alias vix ac ne vix quidem cogitaremus, aut quæ ſaltem non adeo obviæ eſſent. Quam late autem pateat in Geometria etiam ſublimiori uſus notionis hujus directricis, quam exemplo elementari illuſtrare libuit, alias jam indicavimus, cum meditationes quasdam noſtras de ſimilitudine figurarum Actis Eruditorum Lipſienſibus inſeri curaremus, Poteramus illuſtria exempla in Jure naturæ in medium proferre, quibus uſus notionum directricium ſpecialium illuſtraretur; aſt non licet in præſenti eſſe prolixioribus. Qui notionum ontologicarum directricium uſum in Geometria elementari perſpexit & expertus eſt; notionum quoque univerſalium in Jure naturæ atque diſciplinis quibuscunque aliis per ſe facere poterit. Nobis pro præſenti inſtituto ſufficit indicaſſe, quid proprio ſtudio conveniat.

§. 354.

De regulis artis inveniendi generalibus ab Arithmetica practica & Algebra, & exercitiis

Qui ad artem inveniendi veritatem adſpirat, ab Arithmetica practica, immo etiam ab Algebra calculo magnitudinum promota, & ab exercitiis ad artem inveniendi acquirendam inſtitutis (§. 324. 325.), *regulas artis inveniendi generales abſtrahere debet.* Cum enim Arithmetica & Algebra calculo magnitudinum promota ſint artes inveniendi ſpeciales, quod ex earum definitionibus patet (§. 1. *Arithm.* & §. 1. *Anal. finit.*), ſpecies vero contineat genus (§. 241. *Ontol.*), quod ab ea abſtra-

Apothecaries not to sell Poisons, &c. but upon Bills subscribed by Physicians.

Provided always, and be it enacted by the Authority aforesaid, That no Apothecary, Druggist, Grocer, or other Person whatsoever, shall sell any Aqua fortis, Oil of Vitriol, Mercury sublimate, Arsenick, Opium, Laudanum, Mandrake, Hen-bane, Hemlock, Nightshade, Cantharides, Wolfsbane, Spurge, Ratsbane, Henbane, Hemlock, Nightshade, Cantharides, Wolfsbane, Spurge, Ratsbane, or any other Poison whatsoever, but upon Bills subscribed by Physicians, or Surgeons, which shall be allowed by the Physicians of the College of Physicians in London, or the Physicians of the Universities of Oxford or Cambridge, or the Physicians of the City or Town where such Bills shall be made, or by the Physicians of the Town next adjoining to the Place where such Bills shall be made, if there be no Physicians in the same City or Town; and that no Apothecary, Druggist, Grocer, or other Person whatsoever, shall sell any Aqua fortis, Oil of Vitriol, Mercury sublimate, Arsenick, Opium, Laudanum, Mandrake, Hen-bane, Hemlock, Nightshade, Cantharides, Wolfsbane, Spurge, Ratsbane, or any other Poison whatsoever, but upon Bills subscribed by Physicians, or Surgeons, which shall be allowed by the Physicians of the College of Physicians in London, or the Physicians of the Universities of Oxford or Cambridge, or the Physicians of the City or Town where such Bills shall be made, or by the Physicians of the Town next adjoining to the Place where such Bills shall be made, if there be no Physicians in the same City or Town;

commendat *Carteſius* in Diſſertatione de Methodo & *Malebranchius* in libro ſuo de inquirenda veritate uberius explicat, ab Algorithmo vulgari abſtrahi poſſe. Immo oſtendi (§. 135. *Arithm.*), regulas longe plures ac ſpecialiores a ſolo algorithmo abſtrahi. Cum vero eas ſolummodo ſpeciminis loco in medium attulerim, tenendum eſt, ſi quis eodem modo induſtriam ſuam exercere voluerit, multo plura ad artem inveniendi generalem pertinentia obſervatum iri, præſertim ſi Arithmetica methodo analytica pertractetur, quemadmodum ſupra commendavi (*not.* 326.). Inſerviet etiam Geometriæ elementaris analytica tractatio, cujus ibidem mentionem fecimus. Et ſimilem deinceps operam collocare quoque licet in pertractatione Algebræ, ſeu Analyſeos Mathematicæ, quamvis hic majore circumſpectione opus ſit, ut ſeparentur ea, quæ huic analyſi propria ſunt & a calculo magnitudinum veniunt. Ne vero a ſcopo aberres, notanda ſunt ea, quæ de arte characteriſtica combinatoria, ſeu ſpecioſa generali, & calculo in genere tradidimus (§. 297. *& ſeqq. Pſych. empir.*). Quæ *de Tſchirnhauſen* in Medicina mentis dedit, a Geometria elementari & Algebra abſtrahi nullo negotio poſſunt, ſed non modo eadem ad eas determinationes reduci poſſunt, quæ notionibus generalibus rectius conveniunt, verum etiam præterea adhuc complura alia, quæ paulo majorem attentionem, acumen majus & ſubinde quoque ingenium requirunt: aſt de his omnibus diſertius in præſenti dicere non licet. Proderit talia obſervaſſe eum, qui artem inveniendi in eam formam redigere voluerit, in quam Logica redacta eſt. Quamdiu vero id deſideratur, qui ad artem inveniendi generalem adſpirant, hiſce ſubſidiis ſibi proſpicere poſſunt. Quodſi ars inveniendi generalis non amplius in deſideratis eſſet, propoſitionis præſentis uſus ceſſaret, niſi quod adhuc utile foret ad eandem poteſtati ſuæ ſubjiciendam, ut perpenderemus, quomodo regulæ iſtæ fuerint applicatæ, aut applicari potuiſſent, ſi diſtincte cognitæ atque perſpectæ fuiſſent, cum veritates iſtæ quærerentur. Quamvis enim eædem diſtincta illa-

rum regularum applicatione non fuerint detectæ, cum inventores viam, qua ſit eundem, ignorantes huc & illuc aberraverint, donec tandem quaſi caſu in viam rectam inciderint, ac deinceps confuſa quadam regularum notione animo ingenita in ſequentibus veluti duce uſi fuerint; ſufficit tamen illas hoc modo detegi potuiſſe, quem regulæ inſinuant, per nullas ambages, ſed via recta progrediendo. Qui ad hæc animum non attendunt, neſcio quam divinitatem ingenii fingunt, a qua ars inveniendi dependeat, propterea quod vident, perpaucos huc venire, ut veritates latentes per ſe detegere valeant. Sed referenda eſt iſta ingenii divinitas ad vocabula eleganter ſonantia, aſt nihil ſignificantia, ad palliandam ignorantiam excogitata. Dic enim, quid ſit ingenii iſta divinitas & demonſtra, quod & quomodo intellectum aptum efficiat ad veritatem inveniendam: niſi garrire volueris, facile animadvertes, te magis mutum fore quam piſcem.

§. 335.

De cognitione diſtincta artis inveniendi in ea exercenda.

Ad artem inveniendi exercendam & ejus uſum poteſtati ſuæ ſubjiciendum conducit cognitio artis inveniendi diſtincte explicatæ, ſeu diſtincta ejus cognitio. Cum in arte inveniendi explicandæ ſunt regulæ dirigendi intellectum in veritate latente inveſtiganda (§. 74. *Diſc. prælim.*), & diſtincte eam cognoſcamus, ſi diſtinctas regularum iſtarum notiones habemus (§. 52. *Pſych. empir.* & §. 88. *Log.*); qui artem inveniendi diſtincte cognovit, ei perſpectæ ſunt regulæ, quibus intellectus dirigendus in veritate latente detegenda. Quamobrem cum artem exerceat, qui regulas decenter applicat; ad exercendam artem inveniendi conducit cognitio diſtincta artis inveniendi. *Quod erat unum.*

Enimvero qui novit, quales regulæ hic & nunc ſint obſervandæ, ſi in veritatem latentem inquirere voluerit;

is

is iisdem, prouti neceſſe fuerit, vel e re eſſe judicaverit, uti poteſt, nec hinc inde errando expectandum, donec quaſi caſu felici in easdem incidat. Quoniam itaque in poteſtate noſtra eſt, quod facultatum & virium noſtrarum uſu conſequi poſſumus (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*); diſtincta artis inveniendi cognitio ad uſum ejus poteſtati noſtræ ſubjiciendum conducit. *Quod erat alterum.*

Quod ſupra monuimus (*not.* §. 101.), ſecundum regulas præſcriptas agere multo facilius eſſe, nec tam facile metuendum lapſum, quam ſi aliorum facta imitari tantummodo velis, quorum ideam quandam exemplarem animo impreſſiſti, quæ per regulas diſtincte explicatur; idem hic quoque tenendum. Geometræ, qui hodie tam feliciter in detegendis veritatibus adhuc latentibus progrediuntur, non caſui per totum ſe permittunt, ſed non modo utuntur analyſi, quæ certis regulis continetur, verum etiam ideæ exemplares, quas ab aliis hauſerunt, quorum inventa ſibi cognita atque perſpecta reddiderunt, regularum vice funguntur. Ars inveniendi artificialis convenit cum Logica artificiali. Quemadmodum itaque Logica artificialis uſum intellectus in veritate cognoſcenda poteſtati noſtræ ſubjicit, & multo faciliorem, immo etiam ampliorem efficit; ita idem tenendum de arte inveniendi artificiali. Arithmetica practica eſt ars inveniendi ſpecialis, nimirum ex quibusdam numeris datis alios incognitos, qui quæruntur. Noto notius eſt, multos Arithmeticæ ignaros in caſibus longe plurimis naturali quadam Arithmetica exempla computare, & variis compendiis non infeliciter uti, quibus computum facilius haud raro abſolvunt, quam juxta regulas generales abſolvi poterat. Ecquis vero inde inferet Arithmetica artificiali nos opus non habere, ſed ſufficere naturalem? Similiter quis neget, regulas Analyſeos mathematicæ eſſe inutiles, quia ſine hiſce problemata mathematica ſolvere quoque potuerunt Mathematici antiquiores & veritates,

quas

quas ab ipſis accepimus, absque illarum ſubſidio invenire? Equidem non diffiteor, præſcriptas eſſe a nonnullis regulas veritatem inveniendi, qui nullam per ſe unquam invenerunt, nec artis inveniendi ideam quandam exemplarem habuerunt: attamen de hiſce jam nobis ſermo non eſt. Suppono enim artem inveniendi in eam formam eſſe redactam, quæ nomen ſuum tuetur, quemadmodum Arithmetica practica, vel Analyſis, qua hodie utuntur Mathematici. Satis ſuperque abunde patet, quod diſciplinæ exigua, aut nulla ceperint incrementa, ſi mathematicas exceperis, & quot opinionum monſtra indies in lucem protrudantur, quia inventores agere volunt omni arte inveniendi deſtituti.

§. 336.

De acumine & ingenio ad artem inveniendi requiſita.

Qui ad artem inveniendi adſpirat, acumen & ingenium perficere tenetur. Etenim qui veritatem a priori invenire vult, ex notionibus acquiſitis, hoc eſt, ex definitionibus ac propoſitionibus jam cognitis ratiocinando colligere debet veritates adhuc incognitas (§. 461. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum definitionibus reſpondeant notiones diſtinctæ (§. 152. *Log.*), nec minus notiones, quæ propoſitionibus reſpondent (§. 520. *Log.*), diſtinctæ ſint (§. 320. 88. *Log.*); Qui veritatem a priori invenire vult, notiones rerum diſtinctas habere debet. Enimvero acumen requiritur ad notiones diſtinctas comparandas (§. 194.). Qui itaque ad artem inveniendi adſpirat, acumen perficere tenetur. *Quod erat unum.*

Porro inventores ingenio opus habent (§. 481. *Pſych. empir.*). Quoniam itaque inventor eſſe vult, qui ad artem inveniendi adſpirat, cum alias eandem parum curaret; qui ad artem inveniendi adſpirat ingenium perficere vult. *Quod erat alterum.*

Ne-

Nemo facile in dubium vocare auſit, inventores acutos eſſe debere, niſi quid ſit acumen, quid ars inveniendi a priori penitus ignoret. Aſt num ingenium requiratur ad artem inveniendi, dubitari poterat, quia videmus in Matheſi præclara inventa in lucem protracta ab iis, qui ingenio minime excellunt. Enimvero imitantur hi plerumque inventores alios & artificiis ipſorum utuntur, in quæ ſi ingenium non proxime influit, ea tamen dependent ab aliis non ſine ingenii vi excogitatis. Præterea negari non poteſt, multa etiam absque ingenii vi inveniri poſſe, & alia absque ejus concurſu, tum etiam eodem obſtetricante. Quemadmodum vero perinde eſt, ſive quis proprio acumine utatur, ſive alieno juvetur; ita etiam perinde cenſeri debet, ſive quis proprio ingenio utatur in inveniendo, ſive alieno juvetur. Quodſi accurate inquireretur, quomodo & quantum aliorum inventa huic vel illi profuerint ad ſua invenienda, abunde pateret, quod ingenii quædam ſint partes, ubi nullo ingenio uſus fuiſſe videtur inventor. Quodſi ars inveniendi in formam artis fuiſſet redacta, tum demum clariſſime pateret, quinam & quantus ſit tam acuminis, quam ingenii uſus in inveniendo. Neque ullus dubito fore, ut ingenii uſus tam indiſpenſabilis deprehenderetur, quemadmodum acuminis uſum indiſpenſabilem facile concedunt omnes. Quamvis enim inventores ingenioſos merito diſtinxeris ab iis, qui ingenioſi non ſunt; ab inventoribus tamen ad artem inveniendi in abſtracto ſpectatam non valet argumentatio, propterea quod inventores aliorum imitatores & ſucceſſores ſpectandi ſunt cum ipſis tanquam una perſona, utpote in quibus conjunctim quaſi reſidet tota ars inveniendi per partes inter ipſos diſtributa. Accedit, quod qui notione diſtincta ingenii deſtituuntur non ſemper animadvertant ingenii uſum, quem ipſimet faciunt, aut faciunt alii. Sane multi ſunt, qui in Geometria ſolidorum cylindrum conſiderant tanquam priſma, conum tanquam pyramidem infinitangulam & ſphæram tanquam pyramidem, cujus baſis eſt ſuperficiei ſphæ-

Tria hic ex. deinde duo notanda occurrunt, quæ non tantum applicari possunt ad *demonstrationem* propositionis præsentis, sed etiam ad alia quæque usum habent.

§ 111.

Ex his duo notanda.

Quod ad unum attinet, verbum *potest* adhibui, non *debet*, quia non semper, quando aliquid fieri potest, revera fit, et determinatio & propensio voluntatis ad unum non semper sufficit, ut ipsum fiat, sed requiritur insuper actus voluntatis. Ita enim supra, cum de determinatione & propensione quæstio erat, non propensionem, sed determinationem ad actum posuimus (§. 108. 110. 111. & 109. 114.). Quandoquidem vis ad actum determinata & propensa ipsum actum non semper efficit.

Determinatio & propensio non sufficit ad actum.

Independenter etiam hinc determinandi & volendi ratione, quæ in voluntate est, ut, quando potest, ita quo facit de exercitio & actuatione voluntatis, quæ ad actum requiritur, quæ non semper adest (§. 111.). Non voluimus a priori notatio nihil aliud esse quam determinationem ad actum potentiæ, una habita determinatione ad actum, quæ ipsa actus sit. Quemadmodum enim actualis potentiæ Cartesianæ definitio supernaturalium cibo ac fulcro vacat (cap. 1. §. 11.), ita & hanc vim, quæ propensionem, seu determinationem ad actum, ipsumque tempore suscipientis & continuo positum actum complectitur, ab actuatione & exercitio voluntatis, quæ non semper adest, distinguimus. Quemadmodum enim, quæ determinationem vim ignoti loci ac motus, quæ propensionem vim motus, quæ actum ipsum motum, quæ actuationem & exercitium vim motus progressivi, sive Cartesiana sive ante Cartesium ab ullo, cha vis incitata appellavit. Et quanvis hodie primarium Cartesianæ ac ab

Ex his duo notanda.

Determinatio & propensio non sufficit ad actum.

bram calculo magnitudinum promotam ſtatim properant, antequam methodum demonſtrandi veterum ſatis poteſtati ſuæ ſubjecerunt, non tamen propterea habitu demonſtrandi protſus deſtituuntur, ſi vel maxime diſtincte formam demonſtrationis non concipiant, quia ad eandem animum non advertunt. Immo ipſe calculus continuis ratiociniis abſolvitur, & ſi calculum totum diſtincte explicare volueris, ut liquido conſtet, nullibi eſſe aberratum, eum nonniſi per meros ſyllogiſmos eſſe explicabilem animadvertes, ad quos ducunt regulæ, ut de continuatione calculi ſollicitus eſſe non tenearis, niſi ubi regulis deficientibus modus continuandi calculum ſpectandus eſt tanquam incognitum, quod inveniendum, problemate novo ex reſolutione problematis propoſiti enato: id quod inprimis experiuntur, qui calculo integrali utuntur in reſolvendis problematis. Veritas eorum, quæ dixi, in exercendo algorithmo vulgari apparet. Etenim ſi v. gr. tria addenda ſunt quinque, nonne ſumis, numeros 3. & 5. eſſe addendos & in memoriam tibi revocas, ternarium quinario additum producere octonarium, ſeu numeros 3. & 5. ſimul ſumtos efficere 8., ac inde colligis in præſenti caſu ſummam eſſe octo? Ecce tibi propoſitionem minorem, numeros 3. & 5. eſſe addendos, ſeu ſimul ſumendos, propoſitionem majorem, numeros 3. & 5. ſimul ſumtos efficere 8., & concluſionem, ſummam numerorum datorum 3. & 5. eſſe 8.? Er ubi calculus continuandus, nonne regulæ additionis ſaltem oſtendunt, quomodo continuanda ſit hæc ratiocinatio? Qui intelligibili modo explicare debet, quinam actus animæ ad computum abſolvendum requirantur, quamvis ab eo, qui ex habitu agit, non diſcernantur, ut ſingulorum ſibi ſit conſcius, id aliter facere haud quaquam poteſt, & neceſſitatem ſingulorum actuum, quos indicavimus, demonſtrare poterit, qui vim principii rationis ſufficientis animo comprehendit, ut norit, quid ſit intelligibili modo explicare. Idem quoque deprehendimus in calculis algebraicis, ſiquidem eosdem ſimili modo expendere voluerimus, modo calculi integri ita repræſententur,

quemadmodum a me factum eſt in Elementis Analyſeos tam finitorum, quam infinitorum. Neque exiſtimandum eſt, iſtiusmodi reflexiones eſſe pueriles ac nullius uſus. Aditum enim aperiunt ad latebras & receſſus in animis hominum obſervandum (§. 72.): id quod maximi uſus eſt in moralibus, immo etiam in aliis caſibus, ubi uſu facultatum animæ quid perficitur. Anima ſibi ſemper eadem tam in arduis, quam in maxime vulgaribus. Eadem nimirum ſunt facultates, quarum uſu perficitur, quod facit. In vulgaribus autem facilius obſervare licet, qnæ in arduis difficilius comparent, niſi in iſtis obſervandi induſtriam exercueris.

§. 338.

De medio acquirendi artem obſervandi.

Qui artem obſervandi addiſcere vult, ſuper modo obſervandi reflectere debet, quo alii obſervationes ſuas inſtituerunt, & ut ejusdem compos fiat, artificia illorum in caſu ſimili ut imitetur, operam dare. Etenim ſi ſuper modo, quo alii obſervationes ſuas inſtituerunt, notionem modi obſervandi inde abſtrahimus (§. 282. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum rem cognoſcamus, ſi notionem ejus acquirimus (§. 51. *Pſych. empir.*); ſuper modo, quo alii obſervationes ſuas inſtituerunt, reflectentes, modum obſervandi cognoſcimus, conſequenter qui artem obſervandi addiſcere vult, ſuper modo, quo alii obſervationes ſuas inſtituerunt, reflectere debet. *Quod erat unum.*

Cum ars ſit habitus determinandi actum alicujus entis (§. 260. *part. 1. Jur. nat.*); ars obſervandi conſiſtit in habitu ea faciendi, quæ requiruntur, ut notionem quandam eorum, quæ fiunt, conſequamur: ipſa nimirum notio eſt ens illud, cujus actus determinatur. Quamobrem cum habitus exercitio acquiratur (§. 430. *Pſych.*

Pſych. empir.) & perficiatur (§. 431. *Pſych. empir.*); qui artis obſervandi compos fieri vult, in eo acquieſcere non debet, quod modum obſervandi animo comprehendit, verum artificia illa, quibus in obſervando uſi ſunt alii, imitari debet in obſervationibus propriis inſtituendis. *Quod erat alterum*

Qui obſervationes rite inſtituere vult, non modo noſſe debet modum obſervandi, quem docent exempla obſervatorum; ſed etiam ipſemet eodem modo obſervationes inſtituere tenetur: quod etſi ab initio, quemadmodum in omni habitu acquirendo contingit, difficile fuerit, nec modus obſervandi ab omni lapſu immunis ſit, exercitiorum tamen crebra repetitione continuo perficitur, ita ut tandem omni careat vitio. Quoniam vero hic de arte obſervandi, ſpecie artis inueniendi a poſteriori altera (§. 457. 458. *Pſych. empir.*), tanquam virtute intellectuali formali agimus (§. 322.), ideoque eandem ſpectamus præciſis rebus, circa quas verſatur obſervator (§. 143.); nemo non videt, quando ſuper modo obſervandi reflectendo notionem modi obſervandi formamus notionem hic intelligi univerſalem, ita ut is contineat regulas, quas in quolibet rerum obſervandarum genere applicare licet, quemadmodum paulo ante de regulis generalibus a modo veritatem inveniendi a priori in caſu ſpeciali abſtrahendis docuimus. Atque ideo diximus artificia, quibus alii in obſervando uſi ſunt, nos imitari debere non in eodem præciſe caſu, quatenus circa objecta ejusdem ſpeciei verſamur, ſed in ſimili, quatenus verſamur circa objectum obſervabile in genere, quod cum illis non convenit niſi in eo, quod obſervabile ſit. Ita nimirum & notionem diſtinctam artis obſervandi in genere acquirimus, & ejusdem in genere compotes reddimur, dum regulas generales ad quaslibet res alias obſervandas adhibemus.

§. 339.

De modo perficiendi artem obſervandi ope obſervationum aſtronomicarum & aliarum nonnullarum.

Quoniam qui artem obſervandi addiſcere vult, ſuper modo obſervandi reflectere debet, quo alii obſervationes ſuas inſtituerunt, & ut ejusdem compos fiat artificia illorum in caſu ſimili ut imitetur operam dare (§. 338.), obſervandi autem arte omnino excellant Aſtronomi, ac præterea illuſtria quoque obſervationum microſcopicarum & anatomicarum proſtant exempla, immo dentur quoque nonnulla in hiſtoria naturali; *Qui artem obſervandi addiſcere vult, modum obſervandi Aſtronomorum & quo uſi ſunt Autores, qui obſervationes microſcopicas, anatomicas & alias in hiſtoria naturali dederunt accuratas, diſtincte cognoſcere & regulas generales, quibus artificia ipſorum in genere repræſentantur, inde abſtrahere, atque iisdem in obſervationibus aliis quibuscunque adhibere debet.*

Ita nimirum imitamur Aſtronomos in obſervandis rebus aliis, quas Aſtronomus non curat, nec curæ habere debet; imitamur eos, qui obſervationes microſcopicas, anatomicas, vel quascunque alias in hiſtoria naturali dederunt. Equidem nullibi fere major obſervationum copia proſtat, quam in Medicina; non tamen in præſenti eas commode commendare licet, quia multa circumſpectione opus eſt, ut veras a ſpuriis, accuratas a minus accuratis diſcernas. Quemadmodum itaque *Pitcarnius*, ipſe Medicus, Medicos ablegat ad Aſtronomos, ut eos imitentur, quod quomodo fieri poſſit, uberius expoſui *in Horis ſubſecivis Marburgenſibus A. 1729. trim. brum. n. IV.*; ita nemo mihi vitio vertet, quod ubi de arte obſervandi in genere agitur, ejus addiſcendæ cupidos non ad Medicos, ſed ad Aſtronomos potiſſimum ablegem. Non habemus ſcientiam aliam, quæ per continuas obſervationes ad tantum faſtigium fuerit evecta, in quo Aſtronomiam collocatam videmus, & de qua conſtet, quomodo ab obſerva-

tio-

tionibus vulgaribus initium ceperit & deinde ſucceſſive per obſervationes minime vulgares promota fuerit, ac quomodo modi obſervandi ſucceſſive fuerint perfecti. Totius Aſtronomiæ progreſſum noſſe poteſt, qui voluerit, modo ipſi ad manus ſint Aſtronomorum diverſæ ætatis ſcripta. Et maximo in hiſce adjumento eſt *Ricciolus* in Almageſto veteri & novo, etſi recentiſſima ex Autoribus recentiſſimis ſint ſupplenda. Enimvero non diffiteor, facile non eſſe, ſi quis regulas univerſales obſervandi ab arte obſervandi Aſtronomorum abſtrahere voluerit. Sed nobis jam non ſermo eſt de eo, quod facile fieri poteſt, verum quod fieri poteſt & debet, ſi quis regulas obſervandi generales certas ac uſu comprobatas deſideret. Labor hic utilis inprimis ei erit, qui artem inveniendi in formam artis redigere velit, quemadmodum Logica redacta eſt. Eum vero qui in ſe ſuſcipere auſit, in omni virtutum intellectualium genere plurimum profecerit & rerum multarum ſcientia inſtructus ſit neceſſe eſt. Habet quoque modus abſtrahendi notiones univerſales ſuas regulas tam generales, quam ſpeciales, quarum hæ rationes objectivas habent, illæ potiſſimum ſubjectivas a natura animæ petendas. Aſt hæ ipſæ regulæ ad artem inveniendi ſpectant, quam cum in præſenti tradere non intendamus, de iis dicere diſertius non eſt hujus loci. Sufficit itaque in præſenti obſervaſſe, ſi quis regulas a modo obſervandi ſpeciali abſtrahere voluerit, inquirendum eſſe in rationes objectivas regularum, quibus is continetur, & quæ ſufficienter intelliguntur, ubi modus obſervandi ad notionem diſtinctam & quantum in dato caſu opus eſt adæquatam reducitur, ut pateant determinationes ſpecificæ, quæ ſeparandæ, ut generales obtineantur. De obſervationibus microſcopicis & ad hiſtoriam naturalem ſpectantibus memini me jam ſupra dixiſſe. Præter tamen Autores ſupra laudatos mentionem hic facere quoque debemus Transactionum Anglicanarum & Commentarios Academiæ Regiæ ſcientiarum Pariſinæ, in quibus paſſim occurrunt obſervationes ad hiſtoriam naturalem ſpectantes, quas artis obſervandi cupidus expendere poteſt,

quoad

Let $ABCD$ be a square. Draw AE parallel to BD, and let AE be equal to BD. Join CE, and let CE meet BD produced in F. Then DF is equal to BD.

Join AF. Then AE is equal and parallel to BF, and AB is equal and parallel to EF. Therefore AF is equal and parallel to BE. Therefore $AEBF$ is a parallelogram. Therefore AE is equal and parallel to DF. Therefore DF is equal to BD.

Q. E. F.

Problem 47. *Given the base and the sum of the sides of a triangle, and the angle opposite the base, to construct the triangle.*

Let BC be the given base, and D the given angle. Produce BA to E, making AE equal to AC. Join CE. Then BE is the given sum of the sides. Produce CB to F. Then ABC is the exterior angle of the isosceles triangle AEC. Therefore ABC is double of AEC. Therefore AEC is half of D. Therefore AEC is known.

Now in the triangle BEC we know the base BC, the sum of the sides BE, and the angle AEC. Therefore we can construct the triangle.

Q. E. F.

di in genere ex modis obſervandi ſpecialibus addiſcere vult, acumine ſubtili & ingenio acuto, ac inprimis acumine pervidendi abſtracta in concretis pollere debet.

Patet jam ratio difficultatis abſtrahendi regulas generales a modis obſervandi Aſtronomorum, vel etiam aliorum, qui in alio genere induſtriam obſervandi probarunt, inprimis ſi memineris eorum, quæ de acumine & ingenio perficiendo in anterioribus prolixe demonſtravimus atque explicavimus. Ratio autem difficultatis probe notanda eſt, ne quis ſibi videatur ſufficere labori, qui vires ſuas longe ſuperat. Quamvis enim voluntas laudanda ſit, ſi vires deficiunt; non tamen propterea aggredi licet opus, quod viribus noſtris impar, ſi eodem nemini prodeſſe, plurimis autem obeſſe poſſumus. Et melius quoque famæ ſuæ conſulit, qui abſtinet opere, quod perficere nequit.

§. 341.

De uſu regularum de formandis judiciis intuitivis & notionibus diſtinctis in Logica traditarum in arte obſervandi acquirenda.

Qui ad artem obſervandi adſpirat, inquirere debet, quomodo obſervatores regulas, quas de formandis judiciis intuitivis & notionibus diſtinctis dedimus (§. 669. *& ſeqq. Log.*) *applicaverint.* Cum ars obſervandi hic conſideretur tanquam ars inveniendi veritatem a poſteriori (§. 457. 458. *Pſych. empir.*); non ſufficit, ut modus obſervationes inſtituendi ſit perſpectus; verum præterea requiritur, ut cognoſcamus quoque modum veritates ex obſervationibus eruendi (§. 458. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum uſum Logicæ in veritate a poſteriori detegenda oſtenſuri tradiderimus regulas de formandis judiciis intuitivis & notionibus a poſteriori (§. 669. *& ſeqq. Log.*); qui ad artem obſervandi adſpirat, inquirere utique debet non ſaltem in modum, quo obſervationes inſtituerint alii (§. 338. 339.), ſed etiam in modum, quo

propoſitiones, vel definitiones ex iis eruerunt, cumque in eo obſervandæ ſint regulæ, quas dedimus, inquirere utique debet, quomodo regulas iſtas applicaverint in formandis judiciis & notionibus, inprimis definitionibus, obſervatores.

Dubium minime faceſſit, quod regulas iſtas ignoraverint obſervatores, qui ex obſervationibus notiones rerum eruerunt, ſive definitionibus reſpondeant, ſive propoſitionibus, ſive tantummodo ſpectentur ut notiones diſtinctæ, qualescunque tandem ceteroquin fuerint. Etenim inventores non ſine regula agunt, etiamſi de iis non cogitent, quod eas diſtincte non cognoſcant. Sane qui Arithmetica naturali utuntur, regulam in computando obſervant, quam ipſimet non agnoſcunt, neque ſubinde difficile eſt vel acutiſſimo ad notionem diſtinctam revocare & terminis generalibus eandem enunciare. Obtinet idem in notionibus communibus, ad quas *Euclides* Geometriam reduxit. Nonne enim vulgo homines imperiti æqualitatem rerum, quas ſibi invicem applicare nequeunt, æſtimant ex hoc principio, quod æqualia eidem tertio ſint æqualia inter ſe, de eodem tamen minime cogitant, immo quando verbis generalibus effertur, quod idem eſt atque ad notionem diſtinctam idem reducere, id ne quidem intelligunt? Similiter greſſus noſtri determinantur per regulas ſtaticas, quamvis ignoremus nos eas in gradiendo obſervare. Tanto magis autem neceſſarium eſt, ut ad modum quoque, quo definitiones & propoſitiones ex obſervationibus fuerint erutæ, animum advertamus, quia hæc ipſa principia faciunt ad modum obſervationes inſtituendi perficiendum: id quod abunde patet in Aſtronomia, ſi eam analytica methodo pertractare velimus, immo ſi etiam obſervationes diverſas inſtituendi modum conſideremus, ubi haud difficulter animadvertitur, quid in modis obſervandi dependeat ab iis, quæ per alias obſervationes innotuerunt. Obiter quaſi obſervo, illas

ipſas

Sola regula, quæ ad hanc materiam tradi solita est, de Regula
duo- Lagia tradenda, de numero eligendo pro- de numero
bando, ut ejus natura perfecte ab omnibus intelligatur, eligendo.
dare, ipsaque hæc opera, quæ ad id exercenda sunt, absolvere, ita ut nihil amplius ad hanc rem pertinens desiderari possit, non solum ardui, sed etiam admodum molesti sunt negotii.

Qui autem intentionali numero a palmari per aliquotitatem Intentionalis numeri
ipsum duo differre, ac non nisi ratione a palmari differre.
distare intelligit, quæque ad hunc pertinent, ea facile percipiet, ac proinde ad exercitationem accedere poterit. Quare ad eam rem præmonstrandam exempla aliquot adjicere, opus fuit. Ita inventum verbi exempla.
gratia est numerum 1 1/2 1/3 1/4 esse intentionalem, quoniam $\frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} = 1$. Item 1 1/2 1/3 1/7 esse intentionalem, exercitio cognoscitur. 1, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42 esse 2, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84 esse 3, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126 esse 4, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126, 1/168 esse 5, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126, 1/168, 1/216 esse 6, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126, 1/168, 1/216, 1/288 esse 7, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126, 1/168, 1/216, 1/288, 1/360 esse 8, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126, 1/168, 1/216, 1/288, 1/360, 1/432 esse 9, 1/2, 1/3, 1/7, 1/42, 1/84, 1/126, 1/168, 1/216, 1/288, 1/360, 1/432, 1/504 esse 10 numeros intentionales. Quemadmodum autem explicationem regulæ de numeris inde inventis deducendis a palmaribus in Lagia tradendæ, in hoc opere non est explicandum, ita etiam duo alia, quæ ad hanc materiam pertinent, ea non sunt omittenda, quæ sunt, quomodo numeri quique intentionales inter se differant, et quomodo ex numeris intentionalibus palmares quæ ordinatim assignari valeat, quibus datis duobus numeris intentionalibus, quotus ex altero in alterum ducatur, inveniri possit. Quæ duo cognita tradita sunt, quibus ipsum opus quam facillime absolvi, ac nihil amplius exigi videatur, quod ad hanc materiam attinet.

T 3 Ita

Nisi enim facultas morbi ignobilissima sit cognitionis, etiamsi ejusdem differentiam sit medicus in non pauca ejus signa, quæ ipsum ab aliis morbis discernunt, distinctus, quam tres facultas, qui ad illam accedunt, ignoret, tamen ignobilis differentiæ vel simile alia propinquitas ei, secundum quam, quæ ipsi, quæ ab ipso cognoscuntur, ignorantiæ ejus, nisi habens acumen eorum etiam cognoscendi, quæ ipsi, quæ ab ipso cognoscuntur, ignorantiæ ejus, nisi habens acumen eorum etiam cognoscendi, quæ ipsi, quæ ab ipso cognoscuntur, ignorantiæ ejus, nisi habens acumen eorum etiam cognoscendi differentiæ vel, a in Generalibus Medicinæ Institutionibus, Lib. I. Cap. III. Sect. I. Num. I. Tom. I. Edition. Tom quelle maniere la premiere Intelligence [illegible] ne [illegible] que par [illegible] [illegible] [illegible]

§. 343.

Ars obſervandi communis eſt, quæ ſolum uſum facultatum animæ requirit: *artificialis* autem, quæ præter eundem adhuc exigit certorum inſtrumentorum uſum. Quamobrem cum Aſtronomi in obſervationibus ſuis utantur inſtrumentis, *ars obſervandi aſtronomica artificialis eſt.* Et eodem modo patet, *artem obſervandi ope microſcopiorum, ſeu microſcopicam eſſe artificialem.* Quoniam itaque ars obſervandi artificialis requirit habitum utendi inſtrumentis, nonniſi exercitio comparandum (§. 430. *Pſych. empir.*) atque perficiendum (§. 431. *Pſych. empir.*); *ars obſervandi artificialis difficilior eſt communi, ceteris paribus, nec ſine ſumtu exerceri poteſt.* Liquet præterea, *artem obſervandi communem ab artificiali præſupponi*, ac per conſequens *artificialem duplici modo ſpectari poſſe*, tum *qua communem*, quatenus certum facultatum animæ uſum requirit, *tum qua artificialem*, quatenus exigitur certorum inſtrumentorum uſus, ut uſui facultatum animæ ſit locus. Pro diverſitate artis obſervandi *Obſervationes* quoque diſtingui poſſunt in *communes* & *artificiales*, quamvis nomen trahant in caſu particulari nunc ab inſtrumentis, quorum uſu perficiuntur, veluti *Obſervationes microſcopicæ*, quæ ope microſcopiorum inſtituuntur; nunc a diſciplina, ad quam pertinent, veluti *aſtronomicæ*, quæ in uſum Aſtronomiæ, *geographicæ*, quæ in uſum Geographiæ inſtituuntur; nunc ab objecto, veluti *pſychologicæ*, quas de anima habemus, & *morales*, quæ ad hominum mores, virtutes & vitia pertinent. *De differentia artis obſervandi.*

Cum nobis jam non ſit propoſitum artem obſervandi in formam artis redigere, ſeu ſcientiam ejus tradere, eandemque hic ſaltem in univerſalitate ſua ſpectemus tanquam virtutem

intellectibus creatis (§ 3o4), intelligentiam praecedit hoc, circa quae creatus (§ 1o4), omnem effectionem latet ens increatum, quod omnia intelligit, et quod omnia effectione sua praecedit. Quamobrem, si cognitionem comparatam (sub differentia remissa) dicamus esse cognitionem, ex qua cognitionem creatam, cuius differentia sit cognitionem actualem, fieri magis aptum, quam ex cognitione increata, cuius differentia sit cognitionem aequalitatis, cognitionem illi esse cognitionem, quae non augeatur habitu. Ante igitur, ac obtinetur cognitio actualis, praecedit habitualis, quae non obtinetur ex praedicto cognitionis fine, eiusque non alium esse habentem rationi aliae, quam quae valeat augere intellectum. Quae ratio, quia non est intellectus, non est cognitionis, non est cognitionis finis, non est cognitionis. Eaque si dicat, obliteratam cognitionem, ex qua cognitio actualis fiat, esse habitualem, ea, quae obliterata est, cognitio habitualis esse non potest, nisi excellens? Sed, quemadmodum dixi, tale dictum nihil gravitatis habet, si quis reminiscatur, cognitionem, quae a priori in nobis fuerit cognita valuisse, quemadmodum obliteratam, ita et habitualem, quemadmodum actualem obliteratam dici cognitionem, cum eadem haud differatur intelligat, quod fuguerunt, analogorum cognitionem habitualem esse, quae, quia non sit intellectus, obliteratione intellectus obliterata, quae augere possimus simul infinitorum, valeat in obtinendam cognitionem actualem, quae, quia non sit intellectus, augeatur.

§ 310.

De contine Opinione an obtineant abscissorum artificiale d. *tegrale et* Mercatoris, quo continuitas, quae est inter *secundi gr.* non minus alios reperiri, si qui artificiale, quorum per-

terea certorum inſtrumentorum uſum exigit (§. 343.), inſtrumentorum autem uſus pendet ab objecto obſervabili, circa quod verſatur v.gr. Aſtronomus obſervator, in arte obſervandi in genere ſpectata non attendenda (§. 322. 143.); *Qui regulas artis obſervandi in genere ab obſervationibus aſtronomicis abſtrahere vult, ea, quæ ad inſtrumentorum fabricam & uſum pertinent, præcidere debet.* Idem intelligitur de obſervationibus microſcopicis & anatomicis: *regulas* nimirum *obſervandi generales inde abſtracturus præcidere debet non modo ea, quæ ad inſtrumenta eorumque uſum, verum etiam quæ ad præparationem objecti pertinent.* Immo eadem quoque intelliguntur de obſervationibus aliis quibuscunque artificialibus.

neralibus ab obſervationibus artificialibus abſtrahendis.

Aliter omnino reflectendum eſt ſuper obſervationibus artificialibus, veluti aſtronomicis, aut microſcopicis, ſi regulas obſervandi generales, quam ſi regulas artis obſervandi artificialis inde abſtrahere volueris: quod poſterius quamvis in ſuo genere utiliſſimum ſit, non tamen ad ſcopum præſentem pertinet, ſed ei commendandum, qui omnem artem obſervandi diſtincte explicare & certis regulis adſtringere voluerit, ut ad ſpecialia quoque deſcendat. In præparandis objectis microſcopicis mirifice excelluit *Leeuwenhoekius:* ſed ars præparandi etſi ſuas habet regulas, quatenus deſcribi poſſunt actus, quibus perficitur, dexteritatem tamen requirit, quæ nonniſi longo uſu acquiritur, quemadmodum experiuntur, qui præparationes aliorum imitari volunt, & ingenue fatentur in Transactionibus Anglicanis, qui non pari ſucceſſu præparationes *Leeuwenhoekianas* imitari conati fuerant.

§. 345.

Ad artem obſervandi exercendam & ejus uſum poteſtati ſuæ ſubjiciendam conducit cognitio artis obſervandi diſtincte explicatæ, ſeu ne diſtincta di-

De cognitio- artis obſer-

vandi in ea exercenda.

distincta ejus cognitio. Quoniam ars obſervandi eſt ſpecies quædam artis inveniendi (§. 455. 457. 458. *Pſych. empir.*), ad artem inveniendi vero exercendam & ejus uſum poteſtati ſuæ ſubjiciendum conducit cognitio ejus diſtincta (§. 335.); ad artem quoque obſervandi exercendam & ejus uſum poteſtati ſuæ ſubjiciendam diſtincta ejus cognitio conducit.

Poterat utrumque demonſtrari eodem prorſus modo, quo idem de arte inveniendi in genere oſtendimus (§. 335.); ſed non opus eſt, ut præter neceſſitatem eadem repetantur (§. 348. *Log.*). Quæ ſupra annotavimus (*not.* §. 335.), ea etiam ad artem obſervandi applicanda. Sane quemadmodum Logica artificialis hunc præſtat uſum, ut facilius & certius exequaris, quod alii difficilius conſequuntur, immo ſubinde minus recte faciunt; ita etiam ſcientia artis inveniendi in genere, atque artis obſervandi in ſpecie hunc habet uſum, ut in veritate, quam quæris, detegenda absque ambagibus, plerumque inutilibus, ad ſcopum pervenias. Experiuntur hoc Analyſtæ, quænam differentia intercedat in ſolutionibus problematum, quando juxta certam regulam agunt, & quando ſine regula meditationes ſuas perficiunt, modo animum ad talia advertere velint. Accedit, quod ideæ exemplares, quæ animo inventorum inhærent, fungantur regularum vice, ita ut ſecundum regulas revera agant, etſi confuſe ſaltem cognitas, quando ſine regula ſibi agere videntur. Quod ideæ exemplares regularum vice fungi poſſint, patet, ſi exempla, quibus problematum ſolutiones illuſtrantur, ita ſcribantur, ut modum ſolutionis, qui per regulas explicatus, typo quodam repræſentent, quemadmodum v. gr. in ſolutione problematum aſtronomicorum per calculum feci in Elementis Aſtronomiæ. In conſcribendis enim Elementis Matheſeos nihil eorum prætermiſi, quod quodammodo ad uſum intellectus perficiendum facere poteſt, cum ſtudium Matheſeos intellectus per-

perficiendi cauſa omnibus commendem, qui ſtudiis literariis ſe devovent, etiamſi alias Matheſin ipſam parum curarent.

§. 346.

De modo excipiendi observationes aliorum.

Ad artem observandi acquirendam & perficiendam conducit, ſi ſuper observationibus aliorum reflectentes inquiramus, an nos quoque ad eadem animum attendiſſemus, quæ ab observatore annotata fuerunt, & num nos quoque inde collegiſſemus, aut abſtraxiſſemus, quod ipſe inde collegit, aut abſtraxit. Quodſi deprehendatur aliquis defectus, inquirendum porro in rationem, cur defuturum fuiſſet noſtrum acumen & cur idem inde abſtrahere, vel colligere non potuiſſemus. Quodſi enim ſuper obſervationibus aliorum reflectentes inquiramus, an nos quoque ad eadem animum attendiſſemus, quæ ab obſervatore annotata fuerunt; inde diſcimus, quantum attentionem noſtram perfecerimus, eandemque in poteſtate noſtra habeamus. Quodſi porro inquiramus, num nos quoque inde collegiſſemus, aut abſtraxiſſemus, quod ipſe inde collegit, aut abſtraxit; inde porro diſcimus, num & quomodo regulas logicas de formandis judiciis intuitivis & notionibus a poſteriori (§. 669. *& ſeqq. Log.*) applicare valeamus, & quantum facultatem abſtrahendi perfecerimus. Quoniam itaque ars obſervandi, quatenus ſpectatur tanquam ſpecies artis veritatem a poſteriori ex obſervationibus eruendi (§. 457. 458. *Pſych. empir.*), non ſolum requirit, ut a ſe invicem diſtinguamus in objecto obſervabili, quæ in ſenſus occurrunt, verum etiam ut veritates inde eruamus (§. 458. *Pſych. empir.*). quemadmodum fieri debere oſtendimus (§. 669. *& ſeqq. Log.*); ars autem obſervandi tanquam habitus (§. 322. 142.) exercitio acquiritur & perficitur (§.

430. 431. *Pſych. empir.*); ad artem obſervandi acquirendam & perficiendam utique conducit, ſi ſuper obſervationibus aliorum reflectentes inquiramus, an nos quoque ad eadem animum attendiſſemus, quæ ab obſervatore annotata fuerunt, & num nos quoque inde collegiſſemus, aut abſtraxiſſemus, quod ipſe inde collegit, aut abſtraxit. *Quod erat unum.*

Quodſi deprehendamus, noſtrum defuturum fuiſſe acumen, aut nos idem, quod obſervator abſtraxit, vel ex obſervatione collegit, inde non abſtracturos, vel collecturos fuiſſe, & porro inquiramus in rationem, cur ea a nobis facta non fuiſſent; nemo non videt, nos inde diſcere, quid nobis adhuc deſit in arte obſervandi. Quamobrem cum ejus, qui artem obſervandi acquirere, vel perficere vult, interſit noſſe, quænam adhuc ſibi deſint, ut paria cum aliis obſervatoribus præſtare poſſit; ad artem obſervandi acquirendam & perficiendam conducit, ſi in rationem inquiramus, cur nos eodem acumine, quo obſervator uſus, non eadem adverterimus, vel inde eadem abſtrahere, aut colligere potuiſſemus, quæ ipſe abſtraxit, vel collegit. *Quod erat alterum.*

Nihil humanæ naturæ convenientius, quam ut homines exemplo ſuo doceant alios, cum per ipſam eſſentiam & naturam ſuam obligentur ad perfectionem ſuam conjunctis viribus promovendam (§. 221. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem nihil quoque magis naturale eſt, quam ut quis exempla obſervatorum in uſum ſuum convertat, & defectus, quos in ſe deprehendit, tollere ſtudeat. Ita & ſibi, & aliis magis conſulerent, qui artem obſervandi curæ cordique habent, quam ſi per ſe ſapere tantummodo velint, quaſi alieno auxilio non indigeant, vel cenſuris præcocibus indulgere, ut aliis ſuperiores videantur imperitis, infra quos adhuc longo intervallo re-

remoti ſunt. Non viderentur ſibi jam id conſecuti, quod demum multo haud raro ſtudio atque labore conſequi debebant, nec maturius comparere vellent, qui bene adhuc laterent. Quæ hic dicimus de arte obſervandi, ad alia quoque produci poſſunt ac debent. Qui ſe perficiendi animum habet, quantum datur; is quoque nullam prætermittit occaſionem, qua quid addiſcere poteſt, quod ad ſe perficiendum aliquid adjumenti affert. Huc etiam ducit obligatio perfectiones aliorum cognoſcendi (§. 193. *part. 1. Jur. nat.*), ac ideo utiliter hic relegenda ſunt, quæ alias in eam rem annotavimus (*not. §. cit.*). Supponimus in propoſitione præſente, eum, qui artem obſervandi perfecturus ex aliorum exemplo proficere vult, regulas de formandis judiciis intuitivis & notionibus a poſteriori perſpectas habere debere (§. 669. *& ſeqq. Log.*), conſequenter Logicæ non eſſe imperitum. Ad artem enim veritatem a poſteriori inveniendi illotis manibus non accedendum, cum ea non ſit tyronum, qui rerum adhuc omnium rudes ſunt.

§. 347.

De cura adhibenda in inquirendo in lapſus obſervatorum & obſervationum defectum.

Ad artem obſervandi perficiendam etiam conducit, ut inquiramus, num obſervator in nonnullis obſervandis deſiderari paſſus fuerit acumen ſuum, vel diligentiam ſuam, num inde collegerit, quæ colligi minime poſſunt, & num id, quod collegit ex obſervatione cum obſervatione confundatur. Etenim qui inquirit, num obſervator in nonnullis obſervandis deſiderari paſſus fuerit acumen ſuum, vel diligentiam ſuam, is agnoſcit, qua de cauſa contingat obſervationes non eſſe accuratas. Qui porro inquirit, num inde collegerit, quæ colligi minime poſſunt, is non modo ſibi cavet, ne errores pro vero amplectatur, verum etiam diſcit, quod & quomodo vitium ſubreptionis in arte obſervandi ſit evitandum (§. 668. *Log.*), conſequen-

ter quomodo cautus esse debeat in arte observandi exercenda (§. 458, *Psych. empir.*). Qui denique inquirit, num id, quod collegit ex observatione observator cum observatione confundatur; is discit, quomodo id, quod observatur, ab eo, quod inde colligitur, sit discernendum, consequenter quomodo observationes accuratæ sint conscribendæ & ars observandi accurate exercenda. Quoniam itaque ex alieno casu hoc modo discitur, quid in exercenda arte observandi, seu veritate a posteriori ex observatione eruenda vitandum sit, ad artem observandi perficiendam conducit, ut inquiramus, num observator in nonnullis observandis desiderari passus fuerit acumen suum, vel diligentiam suam, num inde collegerit, quæ colligi minime possunt, & num id, quod collegit ex observatione cum observatione confundatur.

Constat in genere, nos ex alieno casu discere debere, quid sit vitandum. Et huc ducit obligatio cognoscendi imperfectionem aliorum (§. 193. *part. I. Jur. nat.*), ac ideo utiliter hic relegenda, quæ eam in rem annotavimus alias (*not. §. cit.*). Nimirum imperfectionem aliorum cognoscere debemus, non animo censendi ac perstringendi alios, sed perficiendi nos ipsos. Quod igitur in genere valet de imperfectione aliorum quacunque, id etiam defectibus artis inveniendi & lapsibus in ea exercenda commissis tenendum. Acumen suum in observando patiuntur desiderari, qui non accurate discernunt id, cujus sibi conscii sunt, dum vident visibile, quod radiat in oculum, & inde inferunt, quod colligi hinc minime poterat, corpus in animam agere. Immo quod ex observatione colligitur cum ipsa observatione confundunt, quando profitentur, actionem corporis in animam observari. Idem contingit, quando dicitur, motum solis diurnum circa terram observari, cum non observemus nisi mutationem situs

solis

determinant The determinant of a square matrix is a number associated with the matrix. The determinant of the matrix A is written $\det A$ or $|A|$. The determinant of a 2×2 matrix is given by $\begin{vmatrix} a & b \\ c & d \end{vmatrix} = ad - bc$. The determinant of a 3×3 matrix is given by $\begin{vmatrix} a & b & c \\ d & e & f \\ g & h & i \end{vmatrix} = a\begin{vmatrix} e & f \\ h & i \end{vmatrix} - b\begin{vmatrix} d & f \\ g & i \end{vmatrix} + c\begin{vmatrix} d & e \\ g & h \end{vmatrix}$. The determinant of a square matrix of order n is found by multiplying each element of any row or column by the determinant of the matrix obtained by deleting the row and column containing that element, and then adding the products, with alternate signs beginning with $+$. The determinant of a square matrix is zero if and only if the matrix is singular. The determinant of the product of two square matrices is the product of their determinants: $\det(AB) = \det A \det B$. The determinant of the inverse of a square matrix is the reciprocal of the determinant of the matrix: $\det A^{-1} = \frac{1}{\det A}$. The determinant of the transpose of a square matrix is the same as the determinant of the matrix: $\det A^T = \det A$. The determinant of a square matrix is unchanged if a multiple of one row is added to another row, or a multiple of one column is added to another column. The determinant of a square matrix is multiplied by -1 if two rows are interchanged, or two columns are interchanged. The determinant of a square matrix is multiplied by k if all the elements of one row are multiplied by k, or all the elements of one column are multiplied by k. The determinant of a square matrix is multiplied by k^n if all the elements of the matrix are multiplied by k, where n is the order of the matrix. The determinant of a square matrix is zero if two rows are identical, or two columns are identical. The determinant of a square matrix is zero if one row is a multiple of another row, or one column is a multiple of another column. The determinant of a square matrix is zero if one row is a linear combination of other rows, or one column is a linear combination of other columns. The determinant of a square matrix is zero if one row is the zero row, or one column is the zero column. The determinant of a square matrix is the product of its eigenvalues. The determinant of a square matrix is the product of its singular values. The determinant of a square matrix is the volume of the parallelepiped spanned by its rows, or by its columns. The determinant of a square matrix is the signed volume of the parallelepiped spanned by its rows, or by its columns. The determinant of a square matrix is the Jacobian of the linear transformation represented by the matrix. The determinant of a square matrix is the Wronskian of the functions represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Gram determinant of the vectors represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Cayley–Menger determinant of the points represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Vandermonde determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Hankel determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Toeplitz determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the circulant determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Hadamard determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Fiedler determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Pascal determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Lehmer determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Kac determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Frobenius determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Dodgson determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Bareiss determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Gaussian determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Laplacian determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Schur determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Cauchy determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Hilbert determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Vandermonde determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Hankel determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Toeplitz determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the circulant determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Hadamard determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Fiedler determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Pascal determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Lehmer determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Kac determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Frobenius determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Dodgson determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Bareiss determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Gaussian determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Laplacian determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Schur determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Cauchy determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns. The determinant of a square matrix is the Hilbert determinant of the numbers represented by the rows, or by the columns.

Exemplum habemus in Opticis, quæ enim in eisdem demonſtrantur, eorum notiones quoque per experientiam aliorum animis, qui ſcientiæ non ſunt capaces, ingigni poſſunt. Ita videmus intelligentiam eorum, qui praxi operam dant, veluti inſtrumentis opticis conficiendis, haud raro ſuperare ſcientiam illorum, qui vi demonſtrationis theoremata & problemata optica cognoverunt. Patet idem in aliis Matheſeos mixtæ partibus, præſertim mechanicis. Quamobrem non inanem operam ſumunt, qui propoſitiones diſciplinarum opticarum & mechanicarum per experimenta & obſervationes docent. Falluntur tamen, ſi ſibi perſuadent, hoc modo philoſophicam obtineri rerum opticarum & mechanicarum cognitionem (§. 6. *Diſc. prælim.*), intelligentiam cum ſcientia confundentes. Rectius dixeris, hiſtoricam rerum mathematicarum cognitionem (§. 3. 14. *Diſc. prælim.*). Notandum vero eſt, non modo notiones eorum, quæ in diſciplinis Matheſeos mixtæ demonſtrantur, ad experientiam reduci poſſe; verum etiam idem obtinere in aliis, quæ in Philoſophia, præſertim morali & civili, traduntur. Quamobrem cum longe plures ſint, qui ſcientiæ non ſunt capaces, quam qui veritatis vi demonſtrationis convincuntur, quæ ſola ſcientiam parit (§. 598. *Log.*), inanem operam non ſumit, qui docet, quomodo notiones determinatæ ad diſciplinas alias ſpectantes ex obſervationibus aut per experimenta eruantur. Ita nimirum cognitio rerum utilium latiſſime diffunditur, & intelligentia eorum, qui ſcientiæ vel non ſunt capaces, vel ad eam ſibi comparandam adduci nequeunt, mirifice amplificatur. Notiones ontologicæ, utpote ad ens in genere ſeu in omni ſua latitudine ſpectatum referendæ, maxime univerſales ſunt, ac uſum ampliſſimum habent, quatenus ſunt directrices, atque inprimis judicia præcipitata avertunt. Certum tamen eſt, plerasque ex iis, quæ homo de ſeipſo experitur, & ex rebus maxime obviis, quæ quotidianæ obſervationis ſunt, derivari poſſe, ita ut hoc modo animo cujusvis ingigni poſſint, & ſic illiteratis utriusque ſexus ad philoſophiam facilis aperiatur aditus,

non

Le Président fait connaître que M. Bonnet, professeur au lycée de Nice, a été nommé professeur au lycée de Marseille, en remplacement de M. Bonnel, nommé professeur au lycée de Nice.

Le Président fait connaître que M. Lecomte, professeur au lycée de Nice, a été nommé professeur au lycée de Marseille, en remplacement de M. Lecomte

di commenta juvenibus atque iis, qui non altius ipſis in eo genere cognoſcibilium ſapiunt, quod ſibi patere opinentur aditum ad maxime ardua, ubi ingenio uſi ad ſimilitudinem rerum maxime vulgarium ea imaginabili modo ſe explicare poſſe animadvertunt & ad ſcientiam ſe jam perveniſſe ſibi videntur, cum intelligentiam nondum fuerint conſecuti.

§. 387.

De certitudine cognitionis ad intelligentiam requiſita.

Intelligentia requirit cognitionis certitudinem. Intelligentia enim virtus intellectualis eſt (§. 377.). Quamobrem cum omnis virtus intellectualis ſit habitus intellectu recte utendi in rerum cognitione, ut verum a falſo, certum ab incerto, probabile a minus probabili accurate diſcernamus (§. 142.), & intelligentia conſiſtat in cognitione principiorum, ex quibus alia colliguntur (§. 247. *part. 1. Jur. nat.* & §. 876. *Ontol.*); intelligentia utique requirit cognitionis certitudinem.

Verum eſſe debet, quod cognoſcimus, non falſum, quod per ſe patet. Aſt neceſſe eſt, ut etiam agnoſcamus, verum, non falſum eſſe quod cognoſcimus, conſequenter quod cognoſcimus certum eſſe debet (§. 564. *Log.*), ne ſcilicet falſum pro vero amplectamur: id quod haud raro contingere experimur. Sive igitur principia cognoſcendi prima in uſum ſcientiæ, ſive in uſum vitæ cognoſcere ſtudeamus, ne de eorum certitudine ullum nobis ſuperſit dubium noſtra intereſt.

§. 388.

Cura de certitudine principiorum adhibenda.

Quoniam intelligentia requirit cognitionis certitudinem (§. 387.), ejus autem objectum ſunt definitiones & propoſitiones, quæ vel experiundo nobis innoteſcunt, vel axiomatum inſtar ſumi poſſunt (§. 380.); *Qui intelligentiam ac-*

acquirere ſtudet, operam dare debet ut certus evadat, notiones definitionibus reſpondentes eſſe poſſibiles, niſi tantummodo ſumat, ens iſtiusmodi, quale definitur, ſi detur, hoc nomine compellandum eſſe (not. §. 379.), & prædicatum, quod ſubjecto abſolute tribuitur, ſive affirmativum, ſive negativum, eidem abſolute convenire, quod vero tribuitur ſub certa conditione, ſub hac conditione convenire.

Quando de poſſibilitate notionis definitioni reſpondentis quæſtio eſt, revera quæritur, an vera ſit hæc propoſitio: Ens iſtiusmodi, quale definitur, ſeu cui competunt notæ in definitione enumeratæ, poſſibile eſt, aut, ubi poſſibilitas a poſteriori probanda, quemadmodum intelligentia requirit, datur, ſive exiſtit. Atque id eſt, quod recte præceperunt Scholaſtici, ut definitioni ſubjiciatur quæſtio de exiſtentia rei definitæ, antequam ad alia de eadem demonſtranda progrediamur, cum fruſtranea ſit omnis de re tractatio, niſi conſtet eam dari, ſive exiſtere.

§. 389.

Si cujus cognitio intelligentia terminatur, is quidem certus eſt verum eſſe, quod cognoſcit, non tamen veritatem ipſam propoſitionis agnoſcit. Etenim intelligentia acquieſcit in iis, quæ experiundo nobis innoteſcunt (§. 380.), conſequenter quæ obſervamus (§. 456. *Pſych. empir.* & §. 664. *Log.*). Enimvero qui ſubjecto aliquid convenire obſervat, veritatem propoſitionis non agnoſcit, etſi conſtet, propoſitionem eſſe veram (§. 517. *Log.*). Quamobrem ſi cujus cognitio intelligentia terminatur, is quidem certus eſt verum eſſe, quod cognoſcit, non tamen veritatem ipſam propoſitionis agnoſcit.

Quo usque extendatur certitudo cognitionis in intelligentia.

Non tribuendum intelligentiæ, quod ſcientiæ reſervandum, ne utriusque virtutis limites inter ſe confundantur. Ve-

ritas consistit in determinabilitate prædicati per notionem subjecti (§. 513. *Log.*). Hanc vero minime perspicit, qui hoc vel istud esse saltem observat. Atque hinc apparet, etsi jam satis certi simus verum esse, quod experiundo didicimus, non tamen propterea supervacaneum existimari debere, si ut idem sciamus omnem lapidem moveamus.

§. 390.

An cognitio historica omnis ad intelligentiam pertineat.

Intelligentia equidem in cognitione historica subsistit, historica tamen cognitio multo latius patet. Etenim si cujus cognitio intelligentia terminatur, is saltem certus est, verum esse quod cognoscit (§. 389.), consequenter id esse, quod esse affirmat (§. 506. *Log.*). Quamobrem cum historica sit cognitio nostra, si constet, hoc vel istud esse (§. 3. *Disc. prælim.*); intelligentia in cognitione historica subsistit. *Quod erat unum.*

Enimvero cum etiam cognitionem historicam cognitionis philosophicæ (§. 8. *Disc. prælim.*) & mathematicæ alterius habere possimus (§. 15. *Disc. prælim.*), quamvis ipsimet non agnoscimus, num ea vera sit, sed si assentiamur, autoritate saltem aliorum permoti pro vero habemus quod dicitur, hæc autem cognitio ad intelligentiam referri nequeat (§. 387.); cognitio historica cognitionis philosophicæ & mathematicæ aliorum ad intelligentiam referri nequit, ideoque cognitio historica intelligentia multo latius patet. *Quod erat alterum.*

Qui cognitionem historicam cognitionis philosophicæ vel mathematicæ alterius habet, is saltem novit, hoc ab eodem pro vero haberi, non autem agnoscit, id verum esse, sed si pro vero habet, id verum esse credit (§. 611. *Log.*). Aliud

vi-

vero est certo nosse, quod hoc pro vero ab illo habeatur, aliud certo nosse, quod verum sit. Qui novit theorema, quod quadratum hypothenusæ in triangulo rectangulo sit æquale quadratis laterum simul sumtis, ast vi demonstrationis veritatis convictus non est, quamvis pro vero habeat, quia consensu omnium Mathematicorum pro vero habetur, verum tamen esse ipse non agnoscit, sed saltem credit. Historica igitur, quam habet, theorematis hujus cognitio ad intelligentiam minime referenda. Quodsi non multa venditarentur pro vero, quæ vera non sunt, nec tot absurdæ foverentur opiniones; parum referret, utrum quod ab aliis asseritur, verum esse agnosceres, an crederes, consequenter historica cognitio cognitionis philosophicæ, vel mathematicæ aliorum, intelligentiæ æquiparari posset quoad usum. Ast cum contrarium obtineat, maximopere cavendum, ne ea, quæ saltem credimus, ad intelligentiam referamus. Mathematicis facilius creditur, quam Philosophis, aut aliis, qui scientiam profitentur, aut talia proponunt, quæ nonnisi ratiocinando ex aliis colliguntur. Atque ideo e re maxime videbatur, ut ab intelligentia removeremus cognitionem, quæ virtutem intellectualem minime decet.

§. 391.

Si nonnullorum cognitio quibusdam utilis sit, quæ tamen certo cognosci nequeunt, nisi ex aliis ratiocinando colligantur; eorum cognitio historica defectum intelligentiæ supplere potest. Etenim si nonnulla certo cognosci non possunt, nisi ratiocinando ex aliis colligantur, ad ea intelligentia, cujus objectum non sunt nisi quæ experiundo cognoscuntur (§. 247. *part. 1. Jur. nat.* & §. 379. *h.*), non extenditur. Quodsi tamen eorum cognitio quibusdam utilis sit, quorum capacitas ultra intelligentiæ limites non extenditur; præstat omnino cognitionem historicam eorundem habere, nimirum nosse, quid

Quando cognitio historica cognitionis aliorum defectum intelligentiæ suppleat.

quid alii de rebus iſtis cognoverint (§. 3. *Diſc. prælim.*), quam ea prorſus ignorare. Quamobrem cognitio hiſtorica eorum, quæ quibusdam cognitu utilia ſunt, certo tamen cognoſci nequeunt, niſi ratiocinando ex aliis colligantur, defectum intelligentiæ ſupplere poteſt.

Sola curioſitas eſt, ſi qui tantummodo cognoſcere ſtudent, quid de hac, vel iſta re ſtatuant alii (§. 34.), *parum ſolliciti*, ut certo norint, utrum ea vera ſint, an falſa. Sed de ea in præſenti non loquimur. Supponimus hic, inventa eſſe theoremata & reſolutiones problematum, quarum veritas nonniſi per demonſtrationes agnoſci poteſt. Quodſi ea cognitu utilia ſint aliis, qui demonſtrationes capere nequeunt; iis commendamus hiſtoricam illorum cognitionem. Neque hic quicquam aſſeritur, quod non dudum in nonnullis ipſo uſu invaluerit. Arithmetica practica omni fere homini utiliſſima eſt. Enimvero quis eſt qui neſciat, plerosque eandem addiſcere absque demonſtrationibus, conſequenter Arithmeticæ practicæ nonniſi hiſtoricam cognitionem habere, quæ defectum intelligentiæ ſupplet, in qua ſubſiſtere in aliis conſueverunt. Ita qui Geometria practica in arte agrimenſoria, architectura militari & alias opus habent, plerumque in problematum geometricorum hiſtorica cognitione acquieſcunt, nec inutilis foret theorematum palmariorum Geometriæ elementaris hiſtorica cognitio, ſi eam adderent. Non deſunt alia in Matheſeos partibus aliis exempla, immo etiam extra eandem.

§. 392.

De uſu intelligentiæ ſe exerente.

Qui intelligentia pollet, definitiones ac propoſitiones, quæ experiundo ipſi innotuerunt, atque axiomata ad res obvias ratiocinando applicat. Etenim qui intelligentia pollet, ei prima demonſtrandi principia, conſequenter definitiones, propoſitiones, quæ per experientiam ipſi innotuerunt, atque axioma-

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 1—100. Göttingen, Dieterich. 1835. 8°. 4 Bl., 1—160 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 101—200. Ebd. 1837. 8°. 4 Bl., 161—320 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 201—300. Ebd. 1838. 8°. 4 Bl., 321—480 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 301—400. Ebd. 1839. 8°. 4 Bl., 481—640 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 401—500. Ebd. 1840. 8°. 4 Bl., 641—800 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 501—600. Ebd. 1842. 8°. 4 Bl., 801—960 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 601—700. Ebd. 1843. 8°. 4 Bl., 961—1120 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 701—800. Ebd. 1843. 8°. 4 Bl., 1121—1280 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 801—900. Ebd. 1844. 8°. 4 Bl., 1281—1440 S. 4 Mk.

Ibn Ḫallikān, Wafayāt al-aʿyān. Ed. Wüstenfeld. Nr. 901—1000. Ebd. 1845. 8°. 4 Bl.,

logia ſatis fuerit verſatus, in iis, quæ ad animam ſpectant, cœcutiat neceſſe eſt. Quamobrem qui in philoſophia morali feliciter progredi voluerit, is in Pſychologia empirica induſtriam ſuam ante exercere tenetur.

§. 393.

De ſigno intelligentiæ. Quoniam qui intelligentia pollet, definitiones & propoſitiones, quas experiundo didicit, atque axiomata ad res obvias ratiocinando applicat (§. 292.), judicia autem diſcurſiva ſunt, quæ per ratiocinium eliciuntur (§. 51. *Log.*); *ex judiciis diſcurſivis, quæ non ſupponunt niſi definitiones & propoſitiones, quæ per experientiam innoteſcunt, atque axiomatum applicationem ad res obvias, intelligitur, quantum quis in intelligentia profecerit.*

Quanam & quanta rerum notitia polleas, alteri conſtare nequit, niſi quatenus eandem prodis: id quod duplici modo fieri poteſt, vel quando alteri dicis, quæ noſti, vel quando de rebus judicas. Judicium autem ipſum duplici quoque modo innoteſcit, vel quatenus id ore profertur, vel quatenus facis, quod nonniſi eodem prævio fieri poterat. Quoniam vero intelligentia non extenditur ultra prima demonſtrandi principia (§. 247. *part. 1. Jur. nat.*), conſequenter ultra definitiones, propoſitiones per experientiam manifeſtas & axiomata (§. 379.), niſi quatenus hiſtorica nonnullorum cognitio defectum experientiæ ſupplet (§. 391.); de intelligentia, qua quis pollet, judicium laturus accurate diſcernere debet judicia, quæ nudam primorum principiorum applicationem requirunt, ab iis, quæ ſupponunt cognitionem aliorum, quæ nonniſi ex aliis antea jam notis ratiocinando colligi potuerunt, ſeu abſque demonſtratione certo cognoſci nequeunt. Quamobrem ſi quis ea applicat, quarum hiſtoricam ſaltem cognitionem habet; aliunde conſtare debet, quod via demonſtrationis ad eorum

Ausgabe der Bibel, welche Luther selbst besorgte, erschien 1534 in Wittenberg. Sie enthielt das Alte und Neue Testament, und wurde in der Folge noch oft verbessert. Luther übersetzte die Bücher des Alten Testaments aus dem Hebräischen, das Neue Testament aus dem Griechischen. Seine Bibelübersetzung ist ein Meisterwerk, und hat einen großen Einfluß auf die Ausbildung der deutschen Sprache gehabt.

Luther starb 1546 zu Eisleben, wo er geboren war. Er hatte sich dahin begeben, um einen Streit zwischen den Grafen von Mansfeld beizulegen. Seine Leiche wurde nach Wittenberg gebracht, und in der Schloßkirche beigesetzt.

Melanchthon, Luthers vertrauter Freund, war ein Mann von großer Gelehrsamkeit, und hat sich um die Reformation sehr verdient gemacht. Er starb 1560 zu Wittenberg.

Zwingli, ein Schweizer, war ebenfalls ein Reformator. Er starb 1531 in einem Treffen, das zwischen den katholischen und reformirten Schweizern vorfiel.

Calvin, ein Franzose, war ein Reformator, der sich durch seine Gelehrsamkeit auszeichnete. Er starb 1564 zu Genf.

quam ſtudio Matheſeos ita incumbere tenentur, quemadmodum incumbendum, ut eodem intellectus perficiatur (§. 99.). Dolendum itaque eſt, a juvenibus in academiis aut prorſus negligi hæc ſtudia, aut non ſatis diligenter tractari, aut eos uti cœcis ducibus, ut intellectus potius corrumpatur & ad rectum uſum prorſus ineptus reddatur, quam ut perficiatur. Quid vero ipſis faciendum ſit, ut rectum ſtudiorum litterariorum viam ineant; ex præſenti opere addiſcere poſſunt. Ceterum ex propoſitione apparet ratio, cur illi, qui multa experta ſunt, etiamſi ſtudiis litterariis operam non navaverint, multa tamen negotia feliciter adminiſtrent. Ampliſſima nimirum, qua pollent, intelligentia ſuperat aliorum ſcientiam &, ſi hæc ad ea non extenditur, quæ ipſi experientia fuerunt conſecuti, eadem præſtat. Quoniam vero experientia longe plures notiones animo ingignit, ſi quis acutior fuerit in obſervando atque ingenio recte uti ſuo loco noverit; ideo quoque contingit, ut alius longe minori experientia breviori temporis ſpatio conſequatur, quod alius longe majore tempore experientia multo longiore addiſcere minime potuit.

§. 395.

De ſignificatu vocabulorum.

Ad intelligentiam requiritur, ut vocabulis fixum & determinatum ſignificatum tribuamus. Etenim intelligentia conſiſtit in notitia primorum principiorum demonſtrandi (§. 274. *part. 1. Jur. nat.*) & eorum uſus conſiſtit in applicatione ad res obvias, vi ratiocinii legitimi (§. 392.), quando ſcilicet de iis judicandum, ſeu nomen generis aut ſpeciei, vel prædicatum quoddam ſive abſolute, ſive ſub certa conditione iis vindicandum. Quamobrem cum neceſſe ſit, ut vocabula, quibus utimur, notio invariata conſtanter reſpondeat, vocabula autem ſignificatus fixi ſint, quibus invariata conſtanter notio reſpondet (§. 129. *Log.*); ad intelligen-

gentiam requiritur, ut vocabulis fixum tribuamus ſignificatum. *Quod erat unum.*

Quia vero præterea requiritur, ut notiones nec plures, nec pauciores contineant notas, quam quæ rebus repræſentandis ſufficiunt, quæ per vocabula indigitamus, quemadmodum *per demonſtrata* intelligitur, notiones autem determinatæ ſunt, quæ nec plures, nec pauciores continent notas, quam quæ rei repræſentandæ ſufficiunt (§. 123. *Log.*); ad intelligentiam quoque requiritur, ut vocabulis determinatum tribuamus ſignificatum. *Quod erat alterum.*

Ad intelligentiam requiritur certitudo cognitionis principiorum (§. 387.), quæ nunquam ſperanda, niſi vocabulorum, quibus utimur in rebus a ſe invicem diſcernendis, & prædicatis, quæ eidem tribuimus, indigitandis, ſignificatus fuerit fixus atque determinatus. Alias enim facillime contingit, ut tam definitiones, quam propoſitiones, quæ in principiorum numero ſunt, ipſimet non ſatis intelligamus, ac ideo easdem applicemus, ubi applicari non poſſunt, ſicque falſa formemus de rebus obviis judicia (§. 503. *Log.*). Quemadmodum in ſcientiis requiritur, ut fixus atque determinatus ſit vocabulorum ſignificatus, ut ſingula recte intelligantur, & in ratiociniis non adhibeantur, niſi ubi iisdem locus eſt; ita idem obtinet in intelligentia. Perinde nimirum eſt, ſive principiis utamur tanquam præmiſſimis in ſyllogiſmo, vi cujus elicitur de re quadam obvia judicium, ſive iisdem utamur tanquam præmiſſis in ſyllogiſmis, qui demonſtrationem propoſitionum ingrediuntur. Quodſi vocabula certi quid ſignificare debent, neceſſe omnino eſt, ut quod ſignificare debent certum ſit, quod fieri nequit, niſi eorum ſignificatus determinatus ſit, ſed nunc plura, nunc pauciora indigitet. Vagus & indeterminatus ſignificatus in cauſa eſt, ut diverſa non ſatis a ſe invicem diſcernantur, ſed potius confundantur. Confuſio autem iſta errorem parit

(§. 631. *Log.*), qui in applicatione ulterius ſerpit (§. 626. *Log.*). Aſt hæc ſatis manifeſta ſunt iis, qui animo probe comprehenderunt, quæ in Logica paſſim demonſtrata ſunt.

§. 396.

De vitiis Intelligentiæ oppoſitis.

Intelligentiæ opponuntur Ignorantia principiorum primorum & Error circa principia commiſſus. Intelligentia enim requirit primorum principiorum notitiam (§. 247. *part. 1. Jur. nat.*), veluti definitionum & certarum propoſitionum (§. 379.). Quamobrem cum ignorantia ſit abſentia notionis, ſive rei ſimpliciter apprehendendæ inſerviat, ſive judicio cuidam reſpondeat (§. 27. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Intelligentiæ ignorantia principiorum primorum oppoſita eſt. *Quod erat unum.*

Porro ad intelligentiam requiritur cognitionis certitudo (§. 387.). Quamobrem cum propoſitio nobis certa ſit, ſi veram eſſe agnoſcimus (§. 564. *Log.*); intelligentia in numerum principiorum non admittit propoſitiones niſi veras. Quoniam itaque errat, qui propoſitionem falſam pro vera habet (§. 623. *Log.*); error circa principia commiſſus intelligentiæ oppoſitus eſt. *Quod erat alterum.*

Ignorantiam & errorem eſſe vitia intellectus, nemo facile in dubium vocabit. In oppoſitione autem ad intelligentiam tam ignorantia, quam error reſtringuntur ad prima demonſtrandi principia. Equidem principia prima demonſtrandi latius extendimus, quam vulgo fieri ſolet, quando de intelligentia agitur; cum tamen hac ratione virtuti huic intellectuali omnem tribuamus amplitudinem, quam habere poteſt, vitia quoque intellectus eidem oppoſita æqualiter ſunt extendenda. Quantum noceat ignorantia principiorum, quantum er-

error circa eadem commiſſus, multis inculcari ſuperfluum exiſtimamus, quia per ſe ſatis manifeſtum eſt. Quoniam vero vitandus quoque error eſt, qui circa principia committi poteſt; qui intelligentiam acquirere vult, non minore circumſpectione uti debet in diſcernendis principiis, quam qua utendum, ubi ſcientiæ operam navamus.

§. 397.

De judiciis illorum, qui intelligentia carent.

Qui intelligentia caret, non ex rerum notionibus de iisdem judicat. Etenim qui intelligentia pollet, definitiones rerum & prædicata iisdem convenientia, quæ experiundo ipſi innotuerunt, perſpecta habet, & notiones alias, quæ inſtar axiomatum ſumi ſolent, atque hæc principia ſeu rerum notiones familiares experitur (§. 380.). Quamobrem ſi de rebus judicat, principia iſta applicat, ideoque ex rerum notionibus judicat. Enimvero qui ignorantia illorum principiorum laborat, cum careat notionibus principiis iſtis reſpondentibus (§. 27. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ex iis quoque de rebus judicare nequit.

Propoſitionem non licet convertere, ſcilicet ut intelligentia carere dicatur, qui non ex notionibus rerum de iisdem judicat. Etenim contingere poteſt & haud raro ſolet, ut, etiam is, qui principia prima perſpecta habet, non tamen ex notionibus rerum de iisdem judicet. Vulgus in iis, quæ ſui ſunt negotii, ex notionibus rerum acquiſitis judicare ſolet, ac intelligentia recte utitur in rem ſuam. Aſt eruditi, qui principia prima ab iis, quæ inde colliguntur, diſcernere non didicerunt, nec propoſitionum probationes ex genuinis principiis derivare adſueverunt, & ubi rationes reddendæ, eas non ex rerum notionibus, de quibus quæſtio eſt, ſed aliunde arceſſere ſolent, qualescunque tandem fuerint, ex notionibus rerum de iis judicare non ſemper ſolent. Exempla ubivis

adeo obvia ſunt, in quibus rationes extrinſecæ in locum intrinſecarum ſurrogantur, ut aliqua in medium proferri non ſit opus. Contingit etiam haud raro, ut quis principiis, quæ perſpecta habet, non utatur & ſic contra propria principia peccet: id quod non ſoli defectui memoriæ tribuendum, ſed aliis quoque cauſis attentionem ab illis avertentibus & in ſe trahentibus, quas in dato caſu circumſtantiæ produnt. Enimvero plerumque tamen intelligentia parum pollent, qui non ex rerum notionibus de iisdem *judicant*. Vix enim intelligentia, tanquam virtus intellectualis, ei tribui poteſt, qui principia & principiata confundit, certitudinis in cognoſcendo rationem nullam habet, veritatis minime convictus, & falſa miſcet veris. Neque enim ob nonnullorum principiorum primorum notitiam ſtatim alicui intelligentia tribui poteſt; ſed ex anterioribus ſufficienter liquet, exaſciatam quandam principiorum notitiam ad intelligentiam requiri, & principia iſta adeo familiaria eſſe debere, ut, quando iisdem opus habemus, veluti ſponte ſua nobis ſuccurrant. Quamobrem ſi qui non ex rerum notionibus de iisdem judicant, id pro ſigno ſi non ſemper ſatis certo, ſaltem probabili deficientis intelligentiæ accipi poteſt. Id omnino inde certo colligitur, quod virtutum intellectualium ſufficiente notitia deſtituatur, aut earundem differentiam prorſus ignoret. Immo quot, quæſo, ſunt, qui Philoſophiæ morali operam dant, aut, ſi eam non prorſus negligunt, hanc tamen, quæ de virtutibus intellectualibus agit, ejus partem accurate tractant? Hoc autem adhuc notandum eſt, ſi quis vel maxime principiorum notitiam habeat, quæ ad intelligentiam requiritur, iisdem tamen non utatur, quacunque demum de cauſa id accidat, perinde omnino eſſe ac ſi intelligentia deſtitueretur.

§. 398.

De neglectu attentionis

Qui ad diſciplinas addiſcendas animum appellit, & ad principia intime perſpicienda eundem non ſatis advertit; intelligentiæ officit.

cit. Etenim intelligentia requirit certam principiorum cognitionem (§. 387.), conſequenter neceſſe eſt, ut agnoſcamus ea eſſe vera (§. 564. *Log.*). Requirit præterea, ut vocabulis fixus & determinatus tribuatur ſignificatus (§. 395.), & quando applicanda, tum definitum non tribuendum, niſi rei obviæ inſint notæ omnes in definitione contentæ, nec tribuendum prædicatum, niſi eidem ad amuſſim conveniat notio ſubjecti (§. 1218. 1223. 1224. *Log.*). Quamobrem ad intelligentiam requiritur, ut principia, quorum notitia ad eandem pertinet, intime perſpecta habeamus. Quodſi ergo qui ad diſciplinas addiſcendas animum appellit, ad principia intime perſpicienda animum non advertit, quantum ſatis eſt, intelligentiæ officit. *ad principia addiſcenda afferenda.*

Quoniam principia prima cognitu facilia videntur iis, qui animum ad ſcientias perdiſcendas appellunt, vix ullam attentionem ad ea afferunt. Ac ideo non modo contingit, ne intime perſpiciantur, verum etiam ut haud raro non recte intelligantur: id quod inprimis extra Matheſin accidit. Non deſunt exempla eorum, qui, cum Matheſi potiſſimum practicæ operam dare voluerint, ac in ea excolenda plurimum operæ atque laboris conſumſerint, ob principia prima, veluti definitiones, non ſatis intellecta in applicatione theorematum miſere vapulaverunt. Exempli loco eſſe poteſt *Sturmius* junior, Profeſſor quondam Matheſeos in Academia Francofurtana, qui, cum non ſatis intelligeret definitiones Mechanicæ, ſeu Staticæ, veluti centri gravitatis & diſtantiæ, theorema fundamentale de æquilibrio ſolidorum non rite intellexit, & in applicatione ejusdem miſere vapulavit, quantumcunque ſibi viſus fuerit praxi mechanica excellere. Sed nolumus cumulare exempla in re ſatis manifeſta, quamvis magis illuſtria in medium afferri poſſent. Unicum ſaltem addere lubet. Abunde conſtat, quanto cum damno ſcientiæ intelligentiam negle-

glexerit *Carteſius*, dum in terminorum ontologicorum notionibus confuſis acquievit, ac principia philoſophiæ primæ intimius inſpicere inſuper habuit, quibus tamen carere non potuit.

§. 399.

De modo augendi intelligentiam.

Qui ad omnia, quæ ipſi quomodocunque obveniunt, animum attendit & ſuper iis reflectit; is multa principia experiundo addiſcit & intelligentiam ſuam auget. Qui enim ad omnia, quæ ipſi quomodocunque obveniunt, animum attendit & ſuper iis reflectit; is ea, quæ rei inſunt, diſtinguit (§. 258. *Pſych. empir.*), & ſic experiundo notiones rerum acquirit, quas alias non animadverterat (§. 664. *Log.* & §. 51. *Pſych. empir.*). Quamobrem cum notiones rerum, ſive definitionibus (§. 152. *Log.*), ſive propoſitionibus reſpondeant (§. 520. *Log.*), principia ſint ad intelligentiam referenda (§. 380.); qui ad omnia, quæ ipſi quomodocunque obveniunt, animum attendit, & ſuper iis reflectit; *is* multa principia experiundo addiſcit & ſic intelligentiam ſuam auget.

Dici vix poteſt, quanta intelligentia capiat incrementa, ſi ſuper iis, quæ quomodocunque nobis obveniunt, reflectere adſueſcimus, præſertim ſi acumen accedat (§. 382.), quod ipſo hoc actu una continuo magis magisque perficitur (§. 184.), atque ingenium eidem adſtipuletur (§. 384.). Notandum vero hic non tantummodo intelligi res ſenſibiles, qualescunque tandem fuerint; verum etiam alia quæcunque, quæ obſervanda nobis ſeſe offerunt. E. gr. quando Arithmeticam practicam exercemus, in regula trium plerumque occurrunt exempla, in quibus fractiones, quæ dari non poſſunt, tanquam contemtibilis parvitatis negliguntur & quaſi pro nihilo ha-

habentur. Unde qui ad hæc animum advertit, principium addiſcit, quod in calculo non attendenda ſit quantitas, quæ dari nequit, ita ut error, ea neglecta, aut non attenta, commiſſus habeatur pro nullo. Hinc collegerunt Logarithmorum inventores numerum, qui a numero quodam dato non differt niſi particula ſeu fractione decimali in iis caſibus, in quibus calculo trigonometrico locus eſt, non attendenda, pro eo ſumi poſſe. Taceo alia majoris momenti, quæ inde colliguntur. Hinc vero patet, quomodo qui ſcientia pollent ope eorum, quæ ſciunt, intelligentiam ſuam augere poſſint, ut augmentum intelligentiæ nova ſpondeat ſcientiæ incrementa. Scientia & intelligentia mutua ſibi invicem præſtant adjumenta.

§. 400.

De initio intelligentiæ.

Qui notiones rerum confuſas acquirere ſtudet, initium intelligentiæ facit. Quoniam enim notiones confuſæ claræ ſunt (§. 98. *Log.*); ad res obvias agnoſcendas ſufficiunt (§. 80. *Log.*), eædemque judiciis intuitivis formandis anſam præbent (§. 51.), quatenus ſcilicet prædicatum, quod nonniſi confuſe percipitur, a ſubjecto confuſe percepto diſtinguitur (§. 198. 200. *Log.*) & ſignificatui vocabulorum eruendo inſerviunt (§. 150. *Log.*). Quamobrem cum intelligentiam acquiſiturus notiones, quæ a poſteriori innoteſcunt, tam definitionibus (§. 152. *Log.*), quam propoſitionibus reſpondentes (§. 520. *Log.*), ſibi comparare debeat (§. 380.), & vocabulis tribuere ſignificatum fixum atque determinatum (§. 395.); qui notiones rerum confuſas acquirere ſtudet, initium intelligentiæ facit.

Notiones confuſæ facilius acquiruntur, quam diſtinctæ, cum ad eas acquirendas ſufficiat attentio, ad has ulterius requi-

quiratur reflexio, immo si ulterius pergatur, acumen quoque atque ingenium concurrat, quemadmodum facile intelligit, qui anteriorum fuerit gnarus, ut ea prolixius ostendi non videatur opus. Quoniam itaque a facilioribus incipiendum, ut ad difficiliora præparemur; qui ad intelligentiam adspirat, nullam prætermittere debet occasionem, qua rerum saltem notiones confusas acquirere valet, si vel prorsus adhuc ineptus sit ad distinctas formandas, aut saltem in dato casu distinctas formare non datur. Quamvis enim in notionibus confusis non sit subsistendum, præstat tamen ab initio rerum habere notiones confusas, quam nullas, & subinde quoque in praxi, cujus causa intelligentiæ studemus, notiones confusæ sufficiunt, quemadmodum patet ex intelligentia vulgi, quod rerum notiones distinctas vix habet nisi actionum, in quibus successive quædam agenda sunt, consequenter modi agendi, aut earum rerum, quæ ex partibus componuntur, quas singulas peculiaribus nominibus appellare consueverunt, quia de iis subinde sigillatim loquendum, & quatenus notiones judiciis respondentes distinctis annumerandæ.

§. 401.

Quando notiones confusæ intelligentiæ non officiant.

Si vocabulis respondent notiones confusæ quidem, satis tamen determinatæ ac fixæ; eædem intelligentiæ non officiunt. Quodsi enim vocabulis respondeant notiones satis determinatæ & fixæ, ea saltem non pauciores habent notas, quam quæ rei repræsentandæ sufficiunt, etsi, cum confusæ sint, iisdem superfluæ admisceantur, quæ tamen non attenduntur, & eædem quoque invariatæ manent (§. 123. 129. *Log.*). Quamobrem rebus agnoscendis & distinguendis ab aliis, quandocunque obviæ fiunt, sufficiunt, nec verendum est, ne nomen tribuatur rei alii, quam quæ eodem indigitari debet. Quamobrem cum eundem usum præstent, quam definitiones (§. 179.

179. *Log.*), quæ ad intelligentiam referuntur (§. 179. *Log.*); notiones confuſæ vocabulis reſpondentes, ſi ſatis determinatæ ac fixæ ſunt, intelligentiæ non officiunt.

Iſtiusmodi vocabula ſunt nomina appellativa ſubſtantiarum, quas nec definire ſolemus, nec poſſumus. Sunt tamen etiam ſigna diagnoſtica, quibus dignoſcuntur, veluti dum canem ex latratu, bovem ex boatu, avem ex cantu agnoſcimus. Talia quoque vocabula ſunt nomina qualitatum ſenſibilium, veluti colorum, ſaporum, odorum, quorum confuſæ perceptiones ad diſtinctas irreducibiles nihil peregrini admixtum habent, quod easdem indeterminatas & vagas efficere poſſet. Ad alia vero indigitanda, quæ multum affinitatis habent, & quorum differentia parum attenditur, & cum quibus præſertim conſtanter quædam una percipiuntur ad eorum notionem minime pertinentia, non ſemper proſtant vocabula, quibus determinatæ notiones reſpondent. In aliis tamen linguis major eſt penuria, quam in aliis. Ita jam olim conqueſti ſunt autores Latini de ſermonis Latini egeſtate, ac inde facile intelligitur, niſi aliunde conſtaret, quam vage ſæpiſſime loquatur *Cicero*, qui Synonyma cumulat, ut, ſi diſtincte explicare volueris, quid ipſe indigitare voluerit, quam id ſit difficile experiaris. In lingua noſtra Germanica plura habemus vocabula, quibus determinatæ reſpondent notiones ad res multum affinitatis habentes a ſe invicem diſcernendas, acumen inventorum prodentes. Aſt in talia ſcrupuloſius inquirere non eſt præſentis inſtituti.

§. 402.

Scientia virtus intellectualis materialis eſt. Scientia eſt habitus demonſtrandi, quod affirmamus, vel negamus (§. 594. *Log.*). Quamobrem cum demonſtratio requirat ſyllogiſmorum concatenationem (§. 498. *Log.*) & dum ratioci- *Qualis virtus intellectualis ſcientia ſit.*

namur, ex duobus judiciis formetur tertium (§. 50. *Log.*), in judiciis autem notiones duæ vel conjungantur, vel ſeparentur (§. 40. *Log.*); ad demonſtrationem omnes intellectus operationes concurrunt (§. 52. *Log.*). Quoniam itaque ſcientia habitus eſt intellectu recte utendi in rerum cognitione, iſtiusmodi autem habitus virtus intellectualis eſt (§. 152.); ſcientia virtus intellectualis eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero quia ſcientia reſtringitur ad ea, quæ affirmamus, vel negamus (§, 594. *Log.*), conſequenter ſine certis cognoſcibilibus nulla concipitur ſcientia, virtus autem intellectualis materialis eſt, quatenus habitus intellectu recte utendi ad certas res cognoſcendas reſtringitur (§. 143.); ſcientia virtus intellectualis materialis eſt. *Quod erat alterum.*

Ob habitum demonſtrandi abſolute ſpectatum nemini ſcientia tribuitur, ſed quis eo pollet ſcientiæ ſaltem capax habetur. Ea demum ſcire dicimur, quæ demonſtrare valemus. Ita Geometræ tribuitur veritatum geometricarum, Aſtronomo veritatum aſtronomicarum ſcientia, & in genere Mathematico rerum mathematicarum ſcientia. Vide, quæ alias ea de re annotavimus (*not.* §. 40. *part. 1. Jur. nat.*). Equidem non deſunt, qui non ſine indignatione reprehendunt, quod ſcientiam reſtringamus ad ea, quæ demonſtrare valemus, quaſi non ſine injuria laudem ſcientiæ ipſis detrahere velimus; non tamen nos quicquam movere debet eorum indignatio & reprehenſio. Non negamus, quod in vulgari ſermone, ubi regnat vage loquendi libido & inconſtantia, ſcire quoque dicamur, quæ novimus, aut quod quomodocunque cognitum habemus, ita ut ſcientia etiam denotet nudam rei notitiam: aſt nos vocabulo non utimur tanquam vocabulo in communi ſermone recepto, ſed tanquam termino technico, cui ſignificatus fixus & determinatus tribuendus (§. 143. *Diſc. prælim.*), ac ideo vocabuli ſignificatus vagus &

indeterminatus ad determinatum reducendus. Neque vero hic recedimus a recepto in philoſophia ſignificatu, quemadmodum fieri debet (§. 142. *Diſc. prælim.*). Ecquis enim eſt, qui neſciat, ſcientiam in omnibus libellis ethicis numerari inter virtutes intellectuales & definiri per habitum concluſionum, hoc eſt, propoſitionum, quæ ratiocinando ex aliis tanquam principiis colliguntur, quorum habitus Intellectus ſive mens, ſeu, ut nos vocare malumus, intelligentia appellatur (*not.* §. 377.), & a ſcientia præſupponitur? Scire igitur ea dicimur, quæ ex aliis, tanquam principiis, ratiocinando colligimus. Nemo autem negare auſit, ea, quæ ratiocinando ex aliis tanquam principiis colligimus, vera eſſe debere, & cognoſcentem agnoſcere debere, quod vera ſint, conſequenter certum eſſe de veritate eorundem (§. 564. *Log.*), ſicuti principia, quæ intelligentiæ objectum ſunt (§. 247. *part. 1. Jur. nat.*), vera eſſe debent & nos de illorum veritate certi eſſe debemus (§. 387.). Jam vero de veritate concluſionis certi eſſe non poſſumus, niſi demonſtrare valeamus, prædicatum, quod ſubjecto tribuitur, eidem convenire (§. 568. *Log.*). Quoniam itaque ea demum ſcimus, quæ demonſtrare valemus; ſcientia omnino in ſignificatu apud Philoſophos recepto aliter accipi nequit, niſi quod ſit habitus ea, qnæ affirmamus & negamus, demonſtrandi, ſeu, quod perinde eſt, habitus demonſtrandi propoſitionem, quam veram eſſe contendimus. Qui adeo ſibi perſuadent ac aliis perſuadere conantur, quaſi in contemtum plerorumque eruditorum ſcientia reſtringatur ad ea, quæ demonſtrari poſſunt; ſe in philoſophia non ſatis verſatos probant, aut nullam demonſtrationis notionem diſtinctam, vel minimum non genuinam habent. Quando quis ſibi conſcius eſt, ſe ea, quæ affirmat, vel negat, demonſtrare non poſſe; is agnoſcit, ſe hoc facere non poſſe, & ſi, quod verum eſt, fatendum, ultro id confiteri debet. Enimvero ſi quis dicit, ea ab ipſo non ſciri, non aliud dicit, quam quod ab eo demonſtrari nequeant, conſequenter id dicit, cujus ipſemet ſibi intime conſcius eſt & quod ultro

confiteri tenetur, niſi videri velit, qui non eſt. Ceterum Philoſophi recte omnino diſtinguunt certam rerum cognitionem ab incerta, & ad rectum intellectus uſum illam referunt; certam vero denuo diſtinguunt in eam, quæ per ſe certa eſt, ſeu cujus certitudo absque ratiocinatione obtinetur, & in eam, cujus certitudo ab aliis præcognitis dependet, nec ſine ratiocinatione obtineri poteſt. Differentia hæc diverſa nomina requirit, quæ cum pro arbitrio virtutibus intellectualibus imponi poſſint, nulla obſtat ratio, quo minus ea, quæ circa principia verſatur, dicatur intelligentia, altera vero, quæ verſatur circa concluſiones inde deductas, ſcientia.

§. 403.

De intelligentia ſcientiæ præmittenda.

Qui ad ſcientiam adſpirat, ante intelligentiæ operam dare debet. Quoniam enim ſcientia eſt habitus demonſtrandi ea, quæ affirmamus, vel negamus (§. 594. *Log.*); qui ad ſcientiam adſpirat, principia demonſtrandi ſibi cognita atque familiaria reddere debet (§. 498. 561. *Log.*), & quidem ante omnia ea, quæ absque demonſtratione ad demonſtrandum alia ſumuntur. Quamobrem cum hæc ſint prima demonſtrandi principia (§. 378.), habitus vero prima principia demonſtrandi cognoſcendi intelligentia ſit (§. 247. *part. 1. Jur. nat.*); qui ad ſcientiam adſpirat, ante intelligentiæ operam dare debet.

Demonſtratio non concipitur ſine principiis primis (§. 498. *Log.* & §. 379. *h.*). Quamobrem cum demonſtratio ſcientiam pariat (§. 594. *Log.*); qui ad ſcientiam adſpirat, ei circa principia nullum ſupereſſe debet dubium, ſed eadem ipſi omnimode certa ſint neceſſe eſt. Quamobrem cum certitudo cognitionis primorum principiorum demonſtrandi ad intelligentiam pertineat (§. 247. *part. 1. Jur. nat.* & §. 387. *h.*); ſi quis in hac comparanda deſiderari patiatur induſtriam ſuam,

aut

aut ad ſcientiam nunquam perveniet, aut nonniſi difficilem habebit ad eandem aditum. Superius jam conqueſti ſumus, quantum ſibi noceant, qui principia prima, propterea quod cognitu facilia videntur, obiter ſaltem inſpiciunt, & vix ulla attentione eadem dignentur (*not.* §. 398.). Quamobrem in addiſcendis diſciplinis mathematicis multum difficultatis ſibi faceſſunt, & extra Matheſin, ubi principiorum non ea fieri ſuevit applicatio, qualis in demonſtrationibus mathematicis occurrit, in ipſa luce meridiana ſæpiſſime cœcutiunt, qui in primis principiis cognoſcendis nonniſi perfunctoriam operam collocarunt. Recte igitur *Ariſtoteles* virtutum intellectualium primam, ſcientiæ præmittendam, fecit intelligentiam, ut, antequam quis ad ſcientiam progrediatur, intelligentiam, principiorum habitum (*not.* §. 377.), acquirere ſtudeat. Neminem pœnitebit operæ, quantamcunque principiis primis intime perſpiciendis impenderit. Et optandum foret, ut in omnibus diſciplinis prima principia rite exculta proſtarent, quemadmodum in Matheſi, ut adoleſcentes in ſcholis ad ſcientiam eorum, quæ in Academiis diſcere debent, præpararentur. Sed de hiſce dicendum eſt in Philoſophia civili ſeu Politica, ubi de cura ſuperioris circa ſcientiam propagandam agendum. *Euclides* definitiones & axiomata cum poſtulatis ideo præmiſit, ut intelligentia primum comparari poſſit, antequam ad ſcientiam properemus. Ceterum probe adhuc notandum eſt, quo quis intellectum magis perfecerit, una cum facultatibus inferioribus atque intermediis, & virtutibus intellectualibus formalibus magis excelluerit, eo magis quoque ipſi profutura ſit principiorum primorum meditatio, quatenus acumine ducimur ad conceptus univerſaliores & vi ingenii ea trahimus ad ſimilitudinem aliorum. Sed hæc vix ſatis intelliget niſi expertus, & uberior eorum explicatio ad Artem inveniendi proprie ſpectat.

§. 404.

De habitu demonſtrandi ope ſtudii mathematici & logici comparando.

Qui ad ſcientiam adſpirat, habitum demonſtrandi non modo ipſo uſu ope ſtudii mathematici ſibi comparare, verum etiam notionem ſatis adæquatam demonſtrationis ex Logica veriori ſibi familiarem reddere debet. Scientia conſiſtit in habitu ea, quæ affirmamus & negamus, demonſtrandi (§. 594. *Log.*). Quamobrem qui ea, quæ diſcit, ſcire vult, cum ea demonſtrare debeat, non modo genuinæ demonſtrationis formam animo comprehenſam habere, verum etiam perſpicere debet, num forma demonſtrationis præſentis ſit genuina, & num principia, quæ in demonſtratione ſumuntur, ſint certa, atque in prima principia reſolubilia, niſi ipſa ſint prima, alias vim demonſtrationis minime percepturus, qua ad aſſenſum compellimur (§. 569. 570. *Log.*). Quoniam itaque vel a poſteriori ſatis conſtat, vim demonſtrandi percipere non poſſe niſi expertum, & extra omnem controverſiam poſitum eſt, ipſum habitum demonſtrandi exercitiis comparari (§. 430. 431. *Pſych. empir.*), quibus inſerviunt Elementa Geometriæ &, ſi quis ulterius ſeſe exercere voluerit, ceteræ quoque Matheſeos partes, multo autem facilius & certius de genuina forma demonſtrationis judicare valet, qui notionem ejus ſatis adæquatam poſſidet, quam ex Logica veriori hauriendam eſſe non ignorat, qui, quid in ea tradatur, novit; qui ad ſcientiam adſpirat, habitum demonſtrandi non modo ipſo uſu ope ſtudii mathematici ſibi comparare, verum etiam notionem ſatis adæquatam demonſtrationis ex Logica veriori ſibi familiarem reddere debet.

Oſtendimus jam alias (§. 596. *Log.*), qui ſcientiam ſibi comparare vult, eum in demonſtrationibus mathematicis cum attentione ſedulum verſari debere, antequam ad cognitionem ve-

veritatum aliarum progrediatur & Logicæ præcepta ſibi familiaria reddere, formam demonſtrationis diſtincte agnoſcere & analyſin demonſtrationum logicam exemplis a nobis illuſtratam (*not.* §. 551. *& ſeqq. Log.*) inſtituere debere, ibidemque jam monuimus (*not.* §. 596. *Log.*), ut demonſtrationis accuratæ ideam ipſo uſu facilius ſibi comparare valeant ſcientiæ tyrones, nos in Elementis noſtris Matheſeos demonſtrationes ita adornaſſe, ut eas trutinans ſponte ſua inſtituat earum analyſin. Attamen cum hic agendum ſit de mediis, quibus ſcientiam conſequimur, eadem repetenda & paulo expreſſius inculcanda fuerunt. Quod vero notionem demonſtrationis adæquatam ex veriori Logica hauriendam eſſe dixerim, noſtra ætate maxime neceſſarium videtur, qua multi dantur Logicæ ſcriptores, talia inculcantes, quæ demonſtrationi veri nominis & quæ ſola ſcientiam parere apta eſt potius adverſantur, quam ut ad eandem requiſita oſtendant, & præſertim in Academiis noſtris ad docendum alios audacter ſe ingerant, qui vix ac ne vix quidem in diſciplinis tyrocinia poſuerunt. Accedit, quod libertate philoſophandi in nocuam juventuti licentiam converſa recte dudum tradita pervertant, ut juventuti deſidioſæ placeant doctrinam ſolidam contemnant, & abſurda & confuſanea commenta ſub ſpecioſa novorum inventorum titulo juvenibus imperitis, ſed novarum rerum cupidis venditent. Qui igitur ad ſcientiam adſpirat, ab iſtiusmodi ducibus ſibi cavere debet. Quomodo vero genuina Logica a veriori ſit diſcernenda, dudum docuimus alibi (§. 28. *& ſeqq. Log.*). Ex dictis autem palam eſt, quam neceſſarium fuerit Logicam veriorem a ſpuria diſtingui, ne, dum medium perveniendi ad ſcientiam tradere intendimus, eos, qui ad ſcientiam contendunt, ad devia retrahamus, per quæ incedentes ad eandem nunquam perveniunt. Non adeo facilis eſt ad ſcientiam via, quemadmodum multis videtur, nec datur talis, qualem plurimi proſtare vellent. Tanto igitur majore cautione opus eſt, ne a via recta in devia ſeducaris.

§. 405.

§. 405.

De neceſſitate perficiendi intellectum ope ſtudii mathematici in uſum ſcientiæ.

Quoniam ad ſcientiam adſpirans habitum demonſtrandi ipſo uſu ope ſtudii mathematici ſibi comparare debet (§. 404.), quomodo autem expendendæ ſint demonſtrationes in Matheſi & quænam in eum finem præmittenda, ut penitus intelligantur, ſupra docuimus, cum de perficiendo intellectu ope ſtudii mathematici ageremus (§. 99.); *Qui ad ſcientiam adſpirat, ope ſtudii mathematici modo ſupra præſcripto ut intellectum perficiat, operam indefeſſam dare debet.*

Omnes operationes intellectus ad demonſtrationem concurrunt. Quamobrem cum intellectus perficiatur acquirendo habitum operationes ſingulas intellectus eliciendi eo quidem ordine, quo in dato quolibet ſe invicem excipere debent; qui intellectum perficere ſtudet, habitum quoque demonſtrandi perficere ſtudet. Immo Logica, quæ docet modum dirigendi facultatem cognoſcitivam in cognoſcenda veritate (§. 1. *Log.*), hoc eſt, quomodo in eadem cognoſcenda *intellectu* cum miniſterio facultatum interiorum atque intermediarum, quo is indiget (§. 14.), recte uti debeamus, demonſtrationem tanquam finem intendit. Atque idem eſt, quod volunt Scholaſtici, quando finem Logicæ internum dicunt ſyllogiſmum, cum demonſtratio non conſtet niſi ex ſyllogiſmorum concatenatione, ſi ejus formam ſpectes (§. 498. *Log.*), quam earum analyſis illuſtrat (*not.* §. 551. *& ſeqq. Log.*), & principia certa requirat, ſi materiam conſideremus (§. 561. *Log.*), quæ cum ſint definitiones, experientiæ indubitatæ, axiomata & propoſitiones inde demonſtratæ (§. 562. *Log.*), de iis judicium fieri debet ex Logicæ perceptis. Logicam non alio fine diſcere debemus, quam ut certam rerum cognitionem acquiramus, verum a falſo, certum ab incerto, probabile a minus probabili accurate diſcernentes. Certa autem rerum cognitio a priori obtineri nequit niſi vi demonſtrationis (§. 568. *Log.*);

Log.); aliud enim eſt, ſi quid verum eſſe a poſteriori agnoſcimus (§. 567. *Log.*).

§. 406.

De ſtudio Logicæ ad ſcientiam requiſito.

Quoniam ad ſcientiam adſpirans notionem demonſtrationis ſatis adæquatam ex Logica veriori ſibi familiarem reddere debet (§. 404.), ad hanc vero requiritur totius Logicæ cognitio (*not.* §. 405.); *qui ad ſcientiam adſpirat, Logicæ perdiſcendæ operam indefeſſam impendere & genuinam a ſpuria ſumma cura diſcernere debet* (§. 26. *& ſeqq. Log.*).

Quæ hic moneri poterant, jam ſupra annotavimus, cum de uſu Logicæ in intellectu perficiendo ageremus (*not.* §. 101.).

§. 407.

De iis, qui extra Matheſin ad ſcientiam adſpirant.

Qui ad ſcientiam adſpirat, præſertim extra Matheſin, in analyſibus demonſtrationum mathematicarum exemplis a nobis alias illuſtratis (not. §. 551. & ſeqq. Log.) *induſtriam ſuam aſſiduo exercere & eandem deinceps in reducendis probationibus propoſitionum philoſophicarum, aut aliarum quarumcunque non mathematicarum, ad formam geometricæ demonſtrationis defatigare debet.* Qui enim ad ſcientiam adſpirat, ope ſtudii mathematici modo ſupra (§. 99.) præſcripto ut intellectum perficiat operam indefeſſam dare debet (§. 405.). Quamobrem cum in exercitiis eo fine inſtituendis haud infimum locum ſibi vindicent analyſes demonſtrationum (§. 99.), quos exemplis illuſtravimus, cum modum condendi demonſtrationes diſtincte exponeremus (*not.* §. 551. *& ſeqq. Log.*); qui ad ſcientiam adſpirat, in analyſibus demonſtrationum mathematicarum induſtriam ſuam exercere debet. *Quod erat primum.*

Quoniam vero habitus omnis continuo exercitio

perficitur (§. 431. *Pſych. empir.*), ita quoque analyſes iſtæ multo accuratius inſtituuntur, ſi diutius in iis induſtriam noſtram exercuerimus, quam ſi ſemel factas repetere noluerimus: id quod quilibet in ſe ipſo experiri poterit, qui easdem analyſes, ubi jam facilitatem quandam eas inſtituendi contraxit, maxima circumſpectione reſolvere una vel altera vice voluerit. Quamobrem qui ad ſcientiam adſpirat, in analyſibus demonſtrationum mathematicarum induſtriam ſuam aſſiduo exercere tenetur. *Quod erat ſecundum.*

Demonſtrationes extra Matheſin difficiliores ſunt, quam in eadem, quia extra eandem deficit adjumentum, quod afferunt figuræ atque numeri: id quod nemo in dubium vocabit, qui & geometricis demonſtrationibus vacavit & extra eandem demonſtrationes, quæ nomen ſuum tuentur, contexere conatus fuit, & exempla Mathematicorum ſummorum probant, qui in demonſtrationibus condendis extra Matheſin inanem operam ſumſerunt. Quamobrem cum neceſſe ſit, ut, qui extra Matheſin demonſtrationes condere voluerit, habitum demonſtrandi multo magis perfecerit, quam in Matheſi ſufficit, per analyſes autem demonſtrationum, quas hic commendamus, genuinam demonſtrationis formam & principiorum ad eam requiſitorum qualitatem diſtinctiſſime animo comprehendimus, quemadmodum requiritur, ſi omni circumſpectione in demonſtrando utendum; qui ad ſcientiam extra Matheſin adſpirat, aſſiduo inprimis analyſibus demonſtrationum mathematicarum induſtriam ſuam exerceat opus eſt. *Quod erat tertium.*

Enimvero cum hoc modo ſaltem nobis innoteſcat, quid fieri debeat, ſi extra Matheſin propoſitionem quandam demonſtrare velimus, ac ſic apti efficiamur non modo

ad

ad demonſtrationes genuinas a ſpuriis diſcernendas, quæ perperam pro iisdem venditantur, nec ab omni nævo prorſus immunes ſunt, ſive qua formam, ſive qua materiam, ſive principia, verum etiam ad genuinas condendum, niſi defecerint principia, modus vero probationem propoſitionum philoſophicarum, aut aliarum quarumcunque extra Matheſin proſtantium, reducendi ad formam demonſtrationis geometricæ omnium clariſſime patefaciat convenientiam demonſtrationum extra Matheſin datarum cum geometricis (§. 801. *Log.*); qui ad ſcientiam extra Matheſin adſpirat, ubi induſtriam ſuam in analyſibus demonſtrationum mathematicarum ſatis exercuit, eandem deinceps in reducendis probationibus propoſitionum philoſophicarum, aut aliarum quarumcunque non mathematicarum ad formam geometricæ demonſtrationis defatigare debet. *Quod erat quartum.*

Hodie pauciſſimi, qui ad ſublimia in Geometria adſpirant, methodum demonſtrandi veterum multum curant, ſed ſtatim ad Algebram properant, cum ſic ad problemata mathematica ſolvenda reddantur aptiores. Quamobrem ſi aliud non intendant, nec opus eſt, ut in analyſibus demonſtrationum multum deſudent, quamvis nec ipſis prorſus inutilis foret labor iſte, ut genuinam demonſtrationis formam & omnem principiorum rationem intimius perſpicerent, ne, ubi more veterum demonſtrare quid volunt, enormiter a ſcopo aberrarent, neque etiam in iis, quæ in gratiam problematum ſolvendorum aſſumunt, fallerentur. Aſt qui ſtudio Matheſeos intellectum perficere vult, ut extra eandem veri nominis ſcientiam conſequatur, nec in demonſtrando vapulet, analyſibus iſtis carere nequit. Inprimis indiſpenſabilis noſtro tempore videtur analyſium iſtarum uſus, quo diſciplinæ omnes nondum in eam formam redactæ ſunt, quo mathematicæ, & iſtiusmodi in-

concuſſo fundamento nituntur, quale ſunt Elementa *Euclidis* conſtante ac perpetuo conſenſu omnium Mathematicorum dudum recepta, nec omnes in eadem diſciplina loquantur uno ore, ſed quilibet fere ſignificatum terminorum immutet, ut tot fere ſint linguæ eruditorum, quot capita, etſi vocabula materialiter ſpectata idem ſonent. Qui novit, quid ſint demonſtrationes conſummatæ (§. 855. *Log.*) & quanta ſit earum utilitas (§. 857. 858. *Log.*), ac inde intelligit, quantum interſit, ut demonſtrationibus conſummatis operam demus, præſertim extra Matheſin, ubi lapſus ſunt multo faciliores, nec adeo facile ab omnibus detegunturs; is repetitionem analyſium jam factarum in dubium minime vocabit. Accedit, quod ad perficiendum habitum demonſtrandi, quo extra Matheſin inprimis opus eſt, plurimum conducat, ſi ad analyſes demonſtrationum accedat earundem analyſis logica, regularum logicarum continua applicatione abſolvenda: id quod fieri non debet, niſi poſtquam analyſium demonſtrationum habitum quendam jam acquiſiveris. Hæc ipſa autem analyſis logica multa circumſpectione inſtituenda, ne nodum in ſcirpo quæras. Taceo ea, quæ analyſes iſtæ repetitæ, ubi maturior fuerit intellectus, ad virtutum ceterarum intellectualium tam formalium, quam materialium incrementum conferunt, cum partim ex anterioribus pateant, partim experientia domeſtica, optima rerum magiſtra, ea doceat.

§. 408.

De identitate demonſtrationum cum naturali cogitandi modo perpendenda.

Si analyſes demonſtrationum perficiendi habitus demonſtrandi cauſa inſtituuntur, identitatem demonſtrationum cum naturali cogitandi modo perpendi conducit. In demonſtrationibus cogitationes eodem modo procedere, quo ſeries notionum ac perceptionum communiter continuatur, cum oſtenderimus (§. 395. *Pſych. empir.*); dari identitatem demonſtrationum cum naturali cogitandi modo extra dubitationis aleam poſitum eſt,

eſt, conſequenter patet, a nobis non exigi quod eſt impoſſibile. Quodſi jam demonſtrationum identitas cum naturali cogitandi modo in oculum incurrere debet, neceſſe eſt ut propoſitiones ſingulæ eo ordine ſe invicem excipiant, ut præſens contineat rationem, cur ſequens memoriam ſubeat, vel ex præmiſſis inferatur, & principium capiatur ab iis, quæ ſumuntur (§. 393. 394. *Pſych. empir.* & §. 64. *Pſych. rat.*), quem ideo ordinem tenemus in analyſibus demonſtrationum (*not.* §. 551. & *ſeqq. Log.*). Quodſi vero propoſitiones ſingulæ ita ordinentur in demonſtrationibus, eædem fiunt ordinatæ (§. 799. *Log.*), cumque nulla earum omitti poſſit, quæ animum ad ceteras advertendi non quaſi ſua ſponte occurrat, ideoque omnia principia demonſtrandi vel explicite, vel implicite in demonſtratione contineantur, demonſtrationes quoque completæ fiunt (§. 854. *Log.*) conſequenter cum demonſtrationes ordinatæ atque completæ conſummatæ ſint (§. 855. *Log.*), demonſtrationes fiunt conſummatæ. Quamobrem cum demonſtrationum conſummatarum ea ſit utilitas, quæ extra Matheſin inprimis attendenda (§. 859. *Log.*); ſi analyſes demonſtrationum perficiendi habitus demonſtrandi cauſa inſtituuntur, identitatem demonſtrationum cum naturali cogitandi modo perpendi conducit.

Extra Matheſin maxime opus eſt, ut naturalem cogitandi modum in demonſtrando ſequamur, quia lapſus alias facilius committuntur, ideoque pro certis habeantur, quæ non ſunt, ac ad ſcientiam referantur, quæ ad eandem referri minime poſſunt, nec debent. Habent facultates animæ ſuas leges, juxta quas naturaliter ſeſe exerit earum uſus, in quo modus cogitandi conſiſtit, & quæ Leges naturales facultatis cognoſcitivæ dici poterant. Quamdiu itaque cogitationes ſecundum

leges iſtas ſe invicem conſequuntur, ſtatus animæ naturalis dici poteſt. Aſt ſi ordo ille, qui legibus naturalibus convenit, perturbatur, ſtatus præternaturalis eſt, quod ſingulæ facultates non recte obeant munera ſua, quemadmodum leges earum requirunt. Quodſi ergo ſtatum animæ quoad intellectum cum ſtatu corporis comparare volueris; tum demum intellectus perfecte ſanus dicetur, ſi modus cogitandi fuerit naturalis; aſt morbo aſſimilabitur, ſi præternaturalis fuerit. Sana igitur mens requirit, ne a naturali cogitandi modo declinemus. Ceterum id plurimum conducit ad evidentiam, ſi naturalis cogitandi modus in cognitione rerum univerſalium conſervetur, qui obtinet, dum de rebus ſingularibus cogitamus. De iis jam dicere non lubet, quæ ex conſtante harmonia inter animam & corpus quoad ſtatum corporis inde ſequuntur, ne longius a ſcopo diſcedamus, quam par eſſe videbatur.

§. 409.

Ex quibusnam libris ſcientia haurienda.

Scientia hauriri nequit niſi ex libris methodo demonſtrativa conſcriptis, & ſi in quibusdam ſupponuntur, quæ in aliis pertractantur, niſi ante diligenter perlectis iis, quæ in hiſce traduntur. Etenim non ſcimus, niſi quod demonſtrare valemus (§. 598. *Log.*). Quodſi ergo ſcientiam ex libris haurire velimus, neceſſe eſt, ut, quæ in iis traduntur, demonſtrentur, conſequenter ſi qua non demonſtrantur, nec ea ſcire poſſumus. Quamobrem patet, ſcientiam hauriri non poſſe niſi ex libris methodo demonſtrativa conſcriptis. *Quod erat primum.*

Enimvero quia inter principia demonſtrandi etiam referuntur propoſitiones jam demonſtratæ (§. 562. *Log.*); fieri non poteſt, ut omnia ex principiis primis, quæ absque demonſtratione ſumi poſſunt (§. 378.), demonſtrentur. Quamobrem fieri non poteſt, quin in quibusdam libris præſup-

ſupponantur, quæ alibi demonſtrata ſunt. Aſt veritatis propoſitionis præſentis certus eſſe nequis, niſi veritatem principiorum, quæ ad demonſtrandum aliunde aſſumuntur, jam perſpexeris (§. 570. *Log.*). Quodſi itaque in libris quibusdam præſupponuntur, quæ in aliis pertractantur, hoſce ante perlegere debes, quam ad illos legendos accedas. *Quod erat ſecundum.*

Denique cum ad aſſenſum propoſitioni demonſtratæ præbendum compelli nequeat, qui ſingularum præmiſſarum in ſingulis ſyllogiſmis veritatem non perſpicit (§. 569. *Log.*); ideo neceſſe eſt, ut ad aſſenſum immotum vi demonſtrationis compellendus ea, quæ aliunde ſumuntur, non modo cognita habere debeat, verum etiam ut, dum eorundem meminit, ſenſum quoque certitudinis habeat, quatenus ſcilicet meminit aſſenſus vi demonſtrationis alias extorti. Quamobrem ſi legit libros, in quibus ea demonſtrantur, quæ in alio tanquam principia demonſtrandi ſumuntur, nihil eorum omittere debet, quæ ad vim demonſtrationum percipiendam, qua aſſenſus extorquetur, requiruntur. Quoniam itaque diligentia in eo conſiſtit, ut omnia faciamus, quæ certo fine fieri debent (§. 751. *part. 1. Phil. pract. univ.*); qui ex libris ſcientiam haurire vult, in quibus præſupponuntur, quæ in libris aliis demonſtrata ſunt, quæ in hiſce traduntur ante diligenter perlegere debet, quam ad illos perlegendos ſe accingat. *Quod erat tertium.*

In diſciplinis mathematicis manifeſtum eſt, quod hic aſſeritur. Ponamus te ſcientiam aſtronomicam haurire velle ex Syſtemate quodam aſtronomico. Supponuntur in eo non modo propoſitiones in Elementis *Euclidis* demonſtratæ, verum etiam quæ in Sphæricis *Theodoſii* & in Trigonometria

tam

tam plana, quam ſphærica demonſtrantur. Nemo autem in dubium vocare auſit, qui rerum mathematicarum non ignarus eſt, ſcientiam aſtronomicam ex libro aſtronomico, etiamſi in eo omnia accurate demonſtrata ſupponantur, quantum ſcilicet permittunt obſervationes, hauriri minime poſſe, niſi quis propoſitiones Geometriæ elementaris, Sphæricorum *Theodoſii* ac utriusque Trigonometriæ cognitas & perſpectas habuerit, nec de veritate earum ullum ipſi dubium ſuperfuerit. Ponamus enim eundem propoſitionum nonnullarum nonniſi hiſtoricam notitiam habere; propoſitionem aſtronomicam nonniſi hypothetice veram eſſe agnoſcit, ſcilicet ſi veræ ſint propoſitiones iſtæ, veram quoque eſſe aſtronomicam. Et, ubi de illarum veritate non dubitat, quia communi Mathematicorum conſenſu pro veris habentur, aſſenſum ſuum reſolvit in autoritatem aliorum. Ac ideo cognitio ejus non eſt mera ſcientia, ſed ex fide & ſcientia mixta (§. 611. 570. *Log.*). Nimirum ſcit hoc eſſe verum, quia credit alia eſſe vera. Perfecta igitur ſcientia non eſt. Ne quicquam in hiſce dubii ſuperſit, diligenter expenduntur ea, quæ de ſucceſſiva aſſenſus generatione demonſtravimus (§. 992. 993. *Log.*) & exemplo illuſtravimus (*not.* §. 992. *Log.*). Uberior lux affulget ei, qui ex Pſychologia didicit, quomodo in ſtatum animæ præſentem influant præteriti, non omni præcluſo aditu ad receſſus in animis hominum (§. 72.). Probe autem notandum eſt, nos loqui de iis, qui ſcientiam haurire ex libris ab alio conſcriptis volunt, non vero de his, qui cum habitu demonſtrandi polleant & principiis ad demonſtrandum ſufficientibus inſtructi ſunt, ipſimet demonſtrationes, quas tradere non potuit, vel noluit autor, ſupplere poſſunt. Diverſa omnino ſunt haurire ſcientiam ex libro, & ſtudere, ut ea, quæ in libro absque demonſtratione, vel non ſufficienter probata traduntur, ſcias. Diverſitas in oculos incurrit, ſi ſupponas elementa Geometriæ in aliquo libro accurate demonſtrata, in alio autem absque demonſtratione explicata, aut ſaltem non perfecte demonſtrata, ut quoad materiam quædam adhuc

ſint

ſint addenda, quoad formam nonnulla immutanda, quorum neutrum a tirone fieri poſſe ſupponitur. Denique & hoc notandum eſt, nos hic loqui nonniſi de iis, quæ beneficio rationis agnoſcuntur, neque enim extra ſphæram philoſophiæ, in qua verſamur, progredimur; non vero de veritatibus theologicis divinitus revelatis, atque inde legitima conſequentia deductis. Quamvis enim Theologi conſummati ex notione diſtincta ſubjecti propoſitionis, quæ ſola revelatione innoteſcit, demonſtrare valeant, eidem convenire prædicatum, in ſubſidium vocatis propoſitionibus aliis, quæ vel per revelationem, vel rationem innotuerunt (§. 980. *Log.*), ſicque rerum theologicarum ſcientiam habeant, quatenus ea, quæ ex Scriptura ſacra ſumuntur, tanquam certa aſſumi poſſunt ac debent; ſublimior tamen hæc ſcientia eſt, quæ reſolvitur in certitudinem fidei, non humanam, ſed divinam, quæ nititur autoritate Dei revelantis. Nec illa ſcientia confundit ea, quæ ſcimus, cum iis, quæ credimus, aut ſcientiam cum fide miſcet, quemadmodum ante diximus, cum effata divina omni aſſenſu per ſe digna ſint, & inſtar axiomatum recte ſumantur in demonſtrationibus theologicis. Hæc addere libuit, ne, quæ hic de ſcientia traduntur, in præjudicium ſcientiæ theologicæ extendantur. Nos intra cancellos noſtros manemus, nec nobis arrogamus ea, quæ fori alieni ſunt.

§. 410.

Quoniam ſcientia hauriri nequit niſi ex libris methodo demonſtrativa conſcriptis &, ſi in quibusdam ſupponuntur, quæ in aliis pertractantur, niſi ante diligenter perlectis, quæ in hiſce traduntur (§. 409.), in ſyſtemate autem veri nominis, quæ proponuntur, ita pertractantur, ut alia ex aliis jam certis demonſtrentur (*not.* §. 285.); *ut ſcientia ex libris hauriri poſſit, diſciplinæ omnes in ſyſtemata veri nominis inter ſe connexa redigendæ ſunt.* *De modo propagandi ſcientiam.*

Sane etſi a priori hoc oſtendi minime poſſet, ſatis tamen ſuperque id nos docet exemplum Mathematicorum, qui omnes partes Matheſeos mixtæ connectunt cum Elementis *Euclideis*, ex quibus demonſtrandi principia petunt: immo etiam in Geometria ſublimiori demonſtrationes ex iisdem principiis derivantur. Cumque ego in Elementis Matheſeos univerſæ diſciplinas eo ordine digeſſerim, quomodo ſequentes præſupponunt antecedentes, ex quibus principia petunt, & principia, quæ aliunde petuntur, ex diſciplinis iſtis citavi; nuda inſpectio demonſtrationum monſtrat dependentiam diſciplinarum ſequentium ab antecedentibus. Simili inſtituto in operibus Germanicis in uſum prælectionum academicarum conſcriptis, non modo in ſingulis Philoſophiæ partibus, quæ ibi traduntur, ita diſpoſui, ut ſequentia ex anterioribus deducantur, verum etiam eas primum partes edidi, ex quibus principia ſua mutuantur ſequentes. Atque perinde hic ut in Matheſi ex citationibus ſtatim apparet, quænam diſciplinæ alias præſupponant, & quænam in eadem diſciplina præſupponant alia jam ante evicta. Quamobrem cum mihi nihil magis curæ cordique ſit, quam ſcientiam pro virili propagare; ideo in operibus Latinis diſciplinas methodo demonſtrativa pertractare cœpi eo ordine, quo una alias ſupponit, & principia ex aliis mutuata cito, ut nexus illarum ad oculum pateat. Atque in hoc labore progrediar, quamdiu Deus vitam mihi conceſſerit & animi atque corporis vires integras conſervaverit. Neque enim mihi, ſed aliis me natum eſſe pro certo habeo, ut aliis proſim, quantum poſſum. Ceterum probe tenendum eſt, id quod jam alias me monuiſſe memini, ſi diſciplinæ methodo demonſtrativa pertractandæ, opus minime eſſe, ut ſingulis, quæ docentur, præfigantur definitionum, axiomatum, poſtulatorum, theorematum & problematum tituli, quemadmodum ab *Euclide* factum, præſertim cum nullus prorſus appareat uſus, ſi brevitatis cauſa tantummodo citentur paragraphi, in quibus continentur quæ ſumuntur, non vero nominentur & numerentur definitiones ac propoſitiones, ut inde

ju-

$$\frac{\sin(\alpha+\beta)}{\sin\alpha\sin\beta}=\frac{\sin(\alpha+\gamma)}{\sin\alpha\sin\gamma}=\frac{\sin(\beta+\gamma)}{\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\sin(\alpha+\beta+\gamma)}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\cos\alpha+\cos\beta+\cos\gamma+1}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma-\sin(\alpha+\beta+\gamma)}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\cos\alpha+\cos\beta+\cos\gamma-\cos(\alpha+\beta+\gamma)-1}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma+\sin(\alpha+\beta+\gamma)}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\cos\alpha+\cos\beta+\cos\gamma-\cos(\alpha+\beta+\gamma)+1}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma-\sin(\alpha+\beta+\gamma)}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\cos\alpha+\cos\beta+\cos\gamma-\cos(\alpha+\beta+\gamma)-1}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma+\sin(\alpha+\beta+\gamma)}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}=\frac{\cos\alpha+\cos\beta+\cos\gamma-\cos(\alpha+\beta+\gamma)+1}{\sin\alpha\sin\beta\sin\gamma}$$

II. — Géométrie.

Note sur la théorie des polaires réciproques, par M. Gergonne.

Soient $x=0$, $y=0$, $z=0$ les équations des côtés d'un triangle de référence, et $ax+by+cz=0$ celle d'une droite quelconque. Si l'on désigne par α, β, γ les angles que cette droite forme avec les côtés du triangle de référence, on aura

$$\frac{a}{\sin\alpha}=\frac{b}{\sin\beta}=\frac{c}{\sin\gamma}=\frac{a+b+c}{\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma}=\frac{a-b+c}{\sin\alpha-\sin\beta+\sin\gamma}=\frac{a+b-c}{\sin\alpha+\sin\beta-\sin\gamma}=\frac{-a+b+c}{-\sin\alpha+\sin\beta+\sin\gamma}=\frac{a-b-c}{\sin\alpha-\sin\beta-\sin\gamma}=\frac{-a+b-c}{-\sin\alpha+\sin\beta-\sin\gamma}=\frac{-a-b+c}{-\sin\alpha-\sin\beta+\sin\gamma}=\frac{-a-b-c}{-\sin\alpha-\sin\beta-\sin\gamma}$$

Enimvero cum ea, quæ jam didicit & familiaria experitur, non demum opus habeat, ut ex aliis libris addiſcat; dum libros evolvit, in quibus plura traduntur, quam quæ ipſi jam nota ſunt, aut ſaltem aliqua ipſi nondum cognita, eos non niſi fugitivo oculo percurrere & ad propoſitiones ſibi nondum notas animum advertere tenetur, ut diſcat, quæ adhuc ignorabat. *Quod erat ſecundum.*

Quoniam vero ſcire ea vult, ideo neceſſe eſt, ut ea demonſtrare ſtudeat ſive per ſe, ſive adjutus demonſtratione, aut ſaltem qualicunque probatione, quam affert autor. Et quia neceſſe eſt, ut ea cum principiis, quæ in ſyſtemate quaſi præliminari, quod animo comprehendit, continentur, cohæreant; ideo neceſſe eſt, ut ex iisdem demonſtrationes ſuas derivet. *Quod erat tertium.*

Cum itaque propoſitiones iſtæ ex principiis *in* ſyſtemate ſuo contentis demonſtratæ fuerint, erunt eædem pars ejusdem, conſequenter dum ipſi accedunt, veritatum in eodem numerus augetur, ſicque ſyſtema, quod primum animo comprehenderat, locupletatur. *Quod erat quartum.*

Denique cum per ſe pateat, nos ad ſcientiam proficere, quo plures veritates demonſtrare valemus (§. 598. *Log.*); qui ea facit, quæ in propoſitione præſente præcipiuntur, cum ſyſtema veritatum ex librorum lectione locupletet, *per demonſtrata*, ex eorum lectione ad ſcientiam proficit. *Quod erat quintum.*

Quantum ſine multo labore hoc modo proficere liceat, domeſtica me docuit experientia. Quoniam mihi non aliud propoſitum eſt, quam ſcientiam propagare, cum certa veritatis

tatis cognitio utique faciat ad felicitatem generis humani promovendam; ingenue profiteor, quæ mihi profuerint, ut prosint quoque aliis. Sed nec ea, quæ in propositione præsente præscribuntur, a notionibus communibus prorsus abhorrent. Quis enim est, qui nesciat, non alio fine tironibus compendia proponi, ut per ea ad opera vasta legenda præparentur? Et eodem fine Imperator componi curavit Institutiones Juris, ut tirones ad pandectas perdiscendas præpararentur, sicque studium juris ipsis facile redderetur. Et qui disciplinas in Academiis profitentur, studiosæ juventuti ea proponere debent, quibus apti efficiuntur ad reliqua ex libris proprio Marte perdiscenda. Nos in operibus Latinis, in quibus disciplinas philosophicas ad systemata inter se connexa reducere allaboramus, id intendimus, ut inde profectus majores facere possint, qui eorum lectioni vacant. Quamobrem tironibus suadeo, ut ante *Thümmigii* Institutiones, quas a nomine meo, Philosophiæ Wolfianæ vocat, & ex libris idiomate Germanico conscriptis extraxit, sibi familiares reddant, antequam ad lectionem operum Latinorum se accingant: quo eodem fine ego ipse non modo Institutiones Juris naturæ & gentium conscripsi, ut facilior esset progressus in opere majore novem Tomis constante, verum etiam Compendium Matheseos universæ composui, ut notiones palmarias ex eodem ante animo suo ingignant tirones, quam ad lectionem Elementorum Matheseos universæ idiomate Latino quinque Tomis comprehensorum accedant. Quodsi quis consilium nostrum secutus fuerit, is ipso opere experietur, quam facili labore ex librorum lectione eo, quem propositio præsens indicat, modo ad scientiam proficere & eam indies locupletare possit, ita ut una singulæ virtutes intellectuales, tum quas formales, tum quas materiales dicere libuit, nova indies quasi aliud agendo capiant incrementa.

§. 412.

De compendiis disciplinarum.

Quoniam qui ex lectione librorum ad scientiam proficere vult, primum breve quoddam systema in eo genere, in quo ad scientiam adspirat, animo comprehendere debet (§. 411.); *ad scientiam promovendam conducit, si in quolibet scientiarum genere condantur systemata brevia inter se connexa, & ad eam promovendam adhuc magis facit, si systemata majora cum iisdem consentiant.*

Modo monuimus, istiusmodi compendia disciplinarum philosophicarum exhiberi in Institutionibus *Thümmigii*, quæ & inter se connexa sunt, quemadmodum exigunt systemata veri nominis, & simili modo disciplinas mathematicas in compendio Matheseos universæ a nobis ipsis sisti, ut inde facilior sit progressus ad opus majus Elementorum Matheseos universæ: immo non absimili instituto perfeci Institutiones Juris naturæ & gentium, ut ad universam Juris scientiam præparentur tirones & studium juris facilitetur. Plurimum autem prodest, si compendia consentiant cum systematis majoribus, quoniam sic in hisce inoffenso pede ulterius progredi licet, nec ulla metuenda confusio, quæ nondum satis exercitatos perplexos reddit, & vel in dubitationem, vel in errores seducit, ut scientiam, ad quam adspirant, vel adspirare debent, minime consequantur, & loco systematis veritatum animo ingignatur opinionum confusarum & monstrosarum chaos. Si quis vero fructuum, quos ex librorum lectione fugitiva spondemus in propositione præcedente, particeps fieri voluerit, is in systematis præliminaribus eam operam collocare debet, ut, quæ in iis docentur, ea non opinione solum, sed etiam ad veritatem sibi persuadeat: id quod ut fieri possit, necesse est ut sibi caveat a compendiis, quæ a vero systemate prorsus abhorrent, quatenus nimirum nec in definiendo, nec in propositionibus determinandis, nec in hisce probandis genuinæ

Lo-

Logicæ regulæ obſervantur. Cautione hac inprimis opus eſt non una de cauſa, quemadmodum ex iis, quæ in anterioribus paſſim inculcavimus, ſatis ſuperque intelligitur. Quia tirones ignorant, quænam compendia ſint ſeligenda, ut ad ſcientiam proprio deinde Marte amplificandam, aut etiam ad majores profectus ex aliorum inſtitutione apti fiant, ideoque aliorum conſilium ſequi teneantur, noſtro ævo, præſertim extra Matheſin, in electione a caſu magis, quam a conſilio pendent, prouti is offert conſultorem, vel peritum, vel imperitum, præſertim cum ſolenne ſit, ut imperiti fucum facere ſtudeant juventuti ignaræ, quo ſe deſidiæ ipſorum commendant, ut aut nunquam, aut nimis ſero tandem ſapiant.

§. 413.

In compendiis in gratiam tironum compoſitis a nimio rigore in demonſtrando abſtinendum. Rigor in demonſtrando requirit quoad materiam, ut nihil ſumatur absque probatione, quod demonſtrari poteſt, quamvis verum eſſe intelligatur, ac ideo quoque ut definiatur quod diſtincta notione explicari poteſt, etiamſi quid vocabulo indigitetur, ex notione confuſa manifeſtum ſit (§. 498. *Log.*), quoad formam vero, ut demonſtrationes ſint completæ (§. 854. *Log.*), atque ordinatæ (§. 799. *Log.*), quamvis conſequentia etiam pateat per notiones confuſas ratiociniis & eorum concatenatione quidem explicabiles, etſi actu tamen non explicatas. Quamobrem cum tirones habitu demonſtrandi nondum polleant, ſed demum is acquirendus, quod per ſe patet, ac ideo demonſtrationes inſuetæ ipſis accidant moleſtæ; ne diligentia eorum nimis defatigetur, aut ipſi tandem prorſus ſtudii efficiantur deſertores, ſicque a ſcientia arceantur, conſultum omnino eſt, ut compendia captui eorum ſint accommodata. Patet itaque in iisdem a nimio rigore in demonſtrando abſtinendum eſſe. *De nimio in demonſtrando rigore initio non obſervando.*

Me

Me vel tacente haud difficulter patet, tironum numero esse omnes, qui ad disciplinam aliquam perdiscendam animum primum appellunt, cujus prorsus ignari sunt. Ita qui Matheſin nunquam delibavit, ubi eam addiscere vult, tiro Matheseos est. Et qui philosophiæ adhuc nullam operam navavit, ubi ad eam perdiscendam accedit, philosophiæ tiro est: neque enim ætas, sed ruditas tironem scientiæ facit. Qui saltem Matheſi perdiscendæ operam impendit, is quam molesta accidat initio methodus demonstrativa ignorare nequit. Et si scripta non mathematica eadem methodo confecta legere voluerit, parem molestiam percipiet. E re igitur tironum est, ut, quamvis non via regia detur ad scientiam, via tamen plana ad eandem sternatur. Ea quoque ratio est, cur in Compendio Matheseos universæ & in Institutionibus Juris naturæ, atque in operibus philosophicis Germanicis a summo rigore methodi demonstrativæ recesserimus: quod idem de Institutionibus *Thümmigii* tenendum. Neque verendum est, ut hoc modo damnum detur scientiæ. Dantur enim scientiæ gradus, & præstat subsistere in gradu infimo, qualis est, si quis ex veris principiis rationem reddere potest eorum, quæ tanquam vera admittit, licet demonstrationem absolutam omnibus numeris dare non possit, seu distincta ratiociniorum concatenatione evolutam, quam in tenebris hinc inde palpitare & opinionem, quam offert casus, ambabus veluti manibus arripere. Sane præstat intelligentia fluctuantibus opinionibus, nedum scientia non prorsus matura, quæ tamen illa plus lucis habet, quatenus veram eorum, quæ affirmantur, rationem inspicimus. Exempli loco sunto Jus naturæ & Gentium, quale traditur in Institutionibus nostris & principia Philosophiæ, qualia proponuntur in Institutionibus *Thümmigii*, vel in operibus nostris Germanicis.

§. 414.

De virtuti- *Ad scientiam perficiendam concurrunt acumen, profunditas,*

in-

ingenium & ſoliditas; ad eam vero amplificandam requiritur ars omnis inveniendi. Soliditas intellectus conſiſtit in habitu diſtincte ratiocinandi & ratiocinia concatenandi (§. 440. *Pſych. empir.*), ac ſolidum is ſe probat, qui multas veritates connectere & procul remotas ex principiis e longinquo petendis continuo ratiociniorum filo deducere valet (§. 284.), ut in habitu accurate demonſtrandi nil quicquam quoad formam ejus deſiderari poſſit (§. 498. *Log.*). Quamobrem cum ea ſciamus, quæ demonſtrare valemus (§. 598. *Log.*); ſcientia tanto erit perfectior, quo accuratior fuerit forma demonſtrationis. Ad ſcientiam igitur perficiendam concurrit ſoliditas. *Quod erat primum.*

intellectualibus materialibus. formalibus ad ſcientiam requiſitis.

Enimvero propoſitiones ſufficienter demonſtratæ doctrina ſolida ſunt (§. 448. *Pſych. empir.*), conſequenter ſcientia doctrinam ſolidam requirit (§. 594. *Log.*). Quoniam itaque doctrina ſolida ad excelſiorem gradum promoveri nequit absque profunditate intellectus (§. 316.); ad ſcientiam perficiendam concurrit profunditas intellectus. *Quod erat ſecundum.*

Quoniam itaque ad profunditatem requiritur acumen (§. 301.), & ad eam promovendam ingenium quoque conducit (§. 304.), quod & ipſum acumen requirit (§. 233.); ad ſcientiam perficiendam concurrunt etiam acumen & ingenium. *Quod erat tertium.*

Denique cum arte inveniendi ex veritatibus cognitis aliæ incognitæ eruantur (§. 454. *Pſych. empir.*), ſcientia vero amplificetur, dum ad plures veritates extenditur; quin ars inveniendi requiratur ad ſcientiam amplificandam, dubitandum non eſt. *Quod erat quartum.*

Propoſitio quoad ſingulas ejus partes adhuc aliter oſtendi poteſt. Cum ſcientia conſiſtat in habitu demonſtrandi, quod affirmamus, vel negamus (§. 594. *Log.*), principia vero demonſtrandi ſunt definitiones & propoſitiones (§. 562. *Log.*); ſcientia requirit notiones diſtinctas tam definitionibus (§. 152. *Log.*), quam propoſitionibus reſpondentes (§. 520. *Log.*). Sed acumen requiritur ad notiones rerum diſtinctas comparandas (§. 194.), cumque perinde ſit, ſive definitiones & propoſitiones applicentur ad ſingularia, quando de rebus obviis ferendum judicium, ſive in demonſtrando ad ſubjectum præſens, quod tum inſtar rei ſingularis ſpectatur, ad applicationem quoque definitionum & propoſitionum in demonſtrando acumen requiritur (§. 195.). Patet itaque ad ſcientiam acumen concurrere. *Quod erat primum.*

Per definitiones res ad ſuas ſpecies & ſua genera reducuntur (§. 179. *Log.*). Sed ad ſpecies & genera rerum conſtituenda ingenium acutum requiritur (§. 251.), nec ſine eo de genere demonſtrata ad ſpeciem in demonſtratione applicantur (§. 252.). Quamobrem cum definitiones tanquam principia demonſtrandi (§. 562. *Log.*) requirantur ad ſcientiam (§. 594. *Log.*), & propoſitiones generales applicentur ad ſpecialia in demonſtrando (§. 348. 498. *Log.*), ad ſcientiam quoque ingenium concurrit. *Quod erat ſecundum.*

Cum definitiones ſint prima demonſtrandi principia (§. 379.); quo longius quis progredi poteſt in analyſi notionum, ita ut ea, quæ ingrediuntur tanquam notæ definitiones ſequentes, explicentur per alias definitiones anteriores (§. 339. *Pſych. empir.*), eo plura quoque demonſtrare po-

poterit, quæ alias absque demonſtratione ſumenda erant, conſequenter ea ſcit, quæ ab aliis non ſciuntur, ſeu intimior eſt ſcientia ejus (§. 598. *Log.*). Quoniam itaque in iſta reſolutione notionum diſtinctarum in alias ſimpliciores, prouti analyſis notionum requirit, profunditas intellectus conſiſtit (§. 340. *Pſych. empir.*); ad ſcientiam perficiendam profunditas intellectus concurrit. *Quod erat tertium.*

Porro quoniam ſolidus eſt is, cui ſcientia eſt (§. 450. *Pſych. empir.*), ſine ſoliditate ſcientia non concipitur. Ad eam igitur ſoliditas intellectus requiritur. *Quod erat quartum.*

Quoniam denique per ſe patet, ſciri non poſſe, quæ adhuc latent. Arte autem inveniendi veritates incognitæ, quæ adhuc latent, in apricum deducuntur (§. 454. *Pſych. empir.*); quin arte inveniendi ſcientia amplificetur, nemo eſt, qui dubitare poſſit. *Quod erat quintum.*

Non licet nobis eſſe prolixioribus: alias multo diſertius oſtendere poteramus, quid unaquæque virtus intellectualis conferat ad ſcientiam, & diſtingui poterant ea, quæ abſolute neceſſaria ſunt, ita ut absque iis nulla detur ſcientia, quæ ad eam magis perficiendam faciunt, & quænam ad eandem augendam & amplificandam requiruntur. Enimvero ſi ad tantas prolixitates deſcendere vellemus, multa ante demonſtranda forent, ne deeſſent principia demonſtrandi, quibus omnis virtutum formalium concurſus in aprico collocari poſſet. Et valde vereor, ne iſta prolixitas magis obeſſet, quam prodeſſet, propterea quod nondum eo vivimus ſeculo, quo intimioris ſcientiæ notio multis perſpecta, ac ardore ſciendi flagrant, qui eandem ſibi acquirere debebant. Accedit, quod ætas mea non ſufficeret ad multa præſtanda, ſi ſumma accu-

ratione in demonſtrando uti vellemus. Quodſi vero quis ea, quæ a nobis demonſtrata ſunt, intime perſpexerit, & eo, quem commendavimus, modo virtutes intellectuales ſibi acquirere atque perficere ſtuduerit; ſi ad ſublimiorem ſcientiam adſpiret, per ſe ulterius progredi poterit, ceteris vero ſurdiis narraretur fabula. Et ne deſit idea exemplaris, quæ viam monſtret, qua ſit eundum, ſi quis ad ſublimiora tendere conſtituerit; in Elementis noſtris Matheſeos univerſæ multa definivimus, quæ alias definiri non ſolent, atque ideo quoque demonſtravimus, quæ alias demonſtrari non ſolent, parum curantes judicia illorum, qui hunc auſum inutilem pronunciant, quia non proſpiciunt utilitatem, quam nos in perficiendo intellectu intendimus, ut Matheſis non ſibi ſolum diſcatur. Cum non gloriæ ſtudio, ſed veritatis amore philoſophemur, quæ unica nobis curæ cordique eſt, noſtra non componimus ad opinionem illorum, a quibus laudari maxime honorificum habetur.

§. 415.

De concurſu omnium virtutum intellectualium ad ſcientiam.

Quoniam ad ſcientiam perficiendam concurrunt acumen, profunditas, ingenium atque ſoliditas, & ad eam augendam requiritur ars inveniendi (§. 414.), virtutes autem intellectuales formales ſunt acumen (§. 182.), ingenium (§. 252.), ſoliditas (§. 265.), profunditas (§. 286.) & ars inveniendi (§. 322.); *ad ſcientiam virtutes omnes intellectuales formales concurrunt*, conſequenter *quantum quis virtutibus intellectualibus formalibus præſtat, tantum ſcientia excellere valet*, atque ideo *qui ad ſcientiam ſublimem in quocunque genere adſpirat, is in virtutibus intellectualibus formalibus perficiendis omnem operam collocare debet.*

Virtutes intellectuales non ſunt niſi habitus intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione (§. 142.) & formā-

males ad omnia cognoſcibilia indifferenter ſe habent (§. 143.). Quamobrem cum ſcientia, quæ tota demonſtratione nititur (§. 594. *Log.*), non ſaltem pariat certam rerum cognitionem (§. 568. *Log.*), verum etiam, quia veritatem propoſitionis is demum agnoſcit, qui perſpicit, quomodo prædicatum per ea, quæ in notione ſubjecti continentur, determinatur (§. 516. *Log.*), id vero vi demonſtrationis rite expenſæ apparet (§. 551. *& ſeqq. Log.*), veritatem ipſam inſpiciendam ſiſtat; quicquid ad rectum intellectus uſum in veritate cognoſcenda quocunque modo facere poteſt, ad ſcientiam quoque acquirendam & perficiendam concurrit. Non igitur eſt, quod miremur, virtutes intellectuales formales omnes ad ſcientiam concurrere. Neque ſperandum eſt, ut ſcientia efficiatur magis communis, niſi cultura virtutum intellectualium formalium quotidie magis invaleſcat. Si quis in caſibus particularibus in concurſum illum inquirere voluerit, experientia domeſtica multum lucis eidem affundet. Neque exiſtimandum eſt, inanem operam ſumi ab eo, qui hoc fecerit, cum id conducat ad latebras in animis hominum detegendas: id quod magnum momentum habet non ſolum ad praxin moralem, ſed etiam ad omnem praxin vitæ.

§. 416.

Quando ſcientia ſit magis ſolida & veritas intimius perſpiciatur.

Qui propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum abſque probatione ſumunt, & ex notionibus a priori demonſtrat, quæ alii a poſteriori ſumunt: ejus ſcientia magis ſolida eſt, idemque veritatem intimius perſpicit. Cum enim quæ inſtar axiomatum absque probatione ſumuntur & quæ indubia experientia nituntur prima demonſtrandi principia ſint (§. 379.); qui ea demonſtrat, ad notiones irreſolubiles propius accedit, utpote reſpondentes propoſitionibus, quæ probationem ulteriorem non recipiunt, ſed in quibus tanquam ultimis principiis, ad quæ pervenitur, ſubſiſtendum. Enimvero tan-

to quis ſolidior eſt, quo in probandis principiis propius accedit ad notiones irreſolubiles (§. 442. *Pſych. empir.*). Quamobrem qui propoſitiones demonſtrat, quas alii inſtar axiomatum absque probatione ſumunt, & ex notionibus a priori demonſtrat, quæ alii a poſteriori ſumunt, ejus ſcientia magis ſolida eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero veritatem propoſitionis agnoſcimus, quando perſpicimus, quomodo prædicatum per ea, quæ in notione ſubjecti continentur, determinatur (§. 516. *Log.*). Quamobrem cum id oſtendat demonſtratio (§. 126. *Ontol.* & §. 551. *& ſeqq. Log.*), & ipſa analyſis demonſtrationum alias exemplo illuſtrata (*not.* §. 992. *Log.*) aperte loquatur, in determinationem prædicati, quod tribuitur ſubjecto, influere omnes illas propoſitiones, in quæ tanquam principia remotiora retro reſolvitur demonſtratio, donec in primis ſubſiſtatur; qui non aſſumit absque ulteriori demonſtratione, quæ adhuc demonſtrari poſſunt, utut absque probatione intelligat id eſſe verum, is determinationem prædicati per notionem ſubjecti, ideoque veritatem intimius perſpicit. *Quod erat alterum.*

Facile prævideo, plurimos fore, qui propoſitionem præſentem non ſatis intelligent, tum quia notionem diſtinctam veritatis, quæ in determinabilitate prædicati per notionem ſubjecti conſiſtit (§. 513. *Log.*), multo minus adæquatam habent (§. 95. *Log.*), tum quia ignorant, quid ſit determinabilitas (§. 105. 116. *Ontol.*), tum quod analyſis notionum (§. 339. *Pſych. empir.*) atque demonſtrationum, quam exemplo illuſtravimus alias (*not.* §. 992. *Log.*), & quæ cum iſta aliquid ſimilitudinis habet (*not.* §. 442. *Log.*), ipſis minime cognita atque perſpecta eſt. Hæc autem omnia plurima ſupponunt, ſi, quantum ſatis eſt, intelligi debeant. Acutioribus vero & & pro-

& profectioribus quoad alteram inprimis propositionis partem multum lucis affundent ea, quæ de mundo rationali demonstravimus (§. 258. *& seqq. part. 1. Theol. nat.*). Erunt alii, qui existimaturi sunt, ad scientiam sufficere cognitionis certitudinem. Quamobrem cum non modo ea nobis certa sint, quæ demonstrare valemus (§. 568. *Log.*), verum etiam quæ observamus (§. 567. *Log.*); demonstrationi, consequenter scientiæ (§. 594. *Log.*), parum offici, si sumuntur principia absque probatione, modo sint certa. Ast hi non perpendunt, dari scientiæ gradus, ut alia sit perfectior, alia imperfectior: pendet autem gradus a principiis, quæ demonstrationem ingrediuntur, cum dudum exploratum sit, non majorem certitudinem inesse conclusioni, quam quæ est in præmissis. Quodsi itaque principia demonstrabilia demonstrare non valemus, cum ea non sciamus (§. 598. *Log.*); nec propositionem, quæ per ea demonstratur, perfecte scimus, sed imperfecta est scientia. Præterea amor veritatis in ipsis vel prorsus deficit, cum ad eam agnoscendam alio affectu ducantur, aut saltem ad summum gradum, qui attingi potest, nondum pervenit, nec satis purus est. Cum iis vero, qui sordido ingenio præditi sunt, ut cum *Melanchthone* loquar, nec scientiæ dignitatem prospiciunt, ideoque contemnunt ea, quæ ad intimiorem veritatis cognitionem & scientiæ præstantiam faciunt, nihil nobis in præsenti negotii est.

§. 417.

Scientiæ opponitur error & opinio. Etenim qui scientia pollet, ea, quæ affirmat, vel negat, demonstrare potest (§. 594. *Log.*). Quamobrem cum propositio, quæ demonstrari potest, vera sit (§. 544. *Log.*); ad scientiam referri nequit, quod verum non est. Enimvero qui errat, propositionem falsam pro vera habet (§. 623. *Log.*). Error igitur scientiæ opponitur. *Quod erat unum.* *De scientiæ oppositis.*

Cum

Cum in demonſtratione nihil deſideretur quoad formam & materiam probationis (§. 498. *Log.*), quod demonſtratur, ſufficienter probatum eſt. Quamobrem cum ad ſcientiam non referatur niſi propoſitio demonſtrata (§. 594. *Log.*, propoſitio autem inſufficienter demonſtrata opinio ſit (§. 602. *Log.*); opinio ſcientiæ opponitur. *Quod erat alterum.*

Qui ſcientiam inſuper habent, opiniones cum erroribus miſcere ſolent: id quod experientia quotidiana abunde confirmat. Quoniam tamen non omnis opinio falſa eſt, fieri poteſt, ut ad ſcientiam propius accedat, non tamen ideo ad eandem referri poteſt, quamdiu nondum certo conſtat, eam eſſe veram, conſequenter antequam ſufficienter probata ſit. Et quamvis fieri etiam poſſit, ut alter ſciat, quod alteri nonniſi opinio eſt (§. 603. *Log.*); non tamen propterea ſcientia tribui poteſt huic, qui nonniſi opinionem habet. Accedit, quod, quamdiu opiniones regnant, impoſſibile ſit, ut ſcientia promoveatur. Nihil enim facilius eſt, quam ut vel maxime imperiti opiniones comminiſcantur: quæ ſi vel maxime monſtroſæ ſint, ſeſe tamen commendant iis, qui novitate & opinionibus paradoxis delectantur, ut ſibi videantur ceteris acutiores & eruditione ſuperiores. Quodſi vero ſcientia efficeretur magis communis, opinionum commenta ſua quaſi ſponte delerentur, nec ulla foret eos defendentium autoritas. An id magis optandum, quam ſperandum, judicent alii.

§. 418.

De eo, qui in uno genere ſcientia pollet.

Qui in uno ſcientiarum genere ſcientia pollet, immo excellit, propterea non in alio genere ſcientia pollet. Qui enim in uno genere ſcientia pollet, cum demonſtrare valeat ea, quæ affirmat, vel negat (§. 594. *Log.*), is non modo novit principia prima demonſtrandi, definitiones, propoſitiones, quæ

per

per experientiam nobis innoteſcunt, & axiomata, verum etiam a primis orta, nimirum propoſitiones jam ante demonſtratas in iſto genere ſcientiarum (§. 562. *Log.* & §. 378. *b.*). Quoniam vero quælibet ſcientia propria ſibi habet principia tam prima, quam a primis orta, propter objecti diverſitatem, qui novit principia in uno ſcientiarum genere, non tamen propterea novit principia in alio, Quamobrem cum ſine principiis propoſitio nulla demonſtrari poſſit (§. 451. & *ſeqq. Log.*); qui in uno ſcientiarum genere ſcientia pollet, propterea tamen non pollet in alio. *Quod erat unum.*

Eadem demonſtratio cum ſubſiſtat, quantamcunque gradum ſupponas, ad quem ſcientia alicujus evecta fuit in aliquo ſcientiarum genere, conſequenter quantumcunque in eodem ſcientia excellat; qui in uno ſcientiarum genere ſcientia excellit, non tamen propterea in alio genere ſcientia pollet. *Quod erat alterum.*

Propoſitio hæc probe notanda eſt non una de cauſa: contra eam enim peccatur multis modis. Haud raro contingit, ut, qui in aliquo ſcientiarum genere præſtat, ſibi judicium ſumat de aliis, quæ pertinent ad diverſum prorſus genus, nimia in vires ſuas fiducia. Et autoritate ejus decipiuntur alii, ut vel primis principiis adverſa tanquam ex tripode dicta accipiant. Eadem ratio eſt, cur conſilium eorum, qui in certo quodam genere ſcientia pollent, expetant in aliis, de quibus nihil intelligunt, idemque non ſine damno ſuo ſequantur. Ex eodem fonte fluit, quod quidam arbitrentur ſtudio Matheſeos non perfici intellectum, nec idem quicquam conferre ad virtutes intellectuales materiales conſequendum, quod audiverint judicia Mathematicorum de rebus extra ſphæram ſuam poſitis a veritate prorſus aliena, immo principiis primis

adverſa: unde nonnulli porro concludunt, ſtudio Matheſeos corrumpi intellectum, ut de rebus extra Matheſin ſanum judicium ferre non poſſimus. Huc etiam referendum, quod non deſint, qui ubi vident Mathematicos de rebus gerendis judicium laturos hinc inde fluctuare, ut quid conſilii capiendum ſit ancipites hæreant, inde inferunt, ſtudium Matheſeos ad res gerendas homines reddere ineptos. Taceo præjudicia alia, quæ virtutibus intellectualibus promovendis plurimum obſtant. Ceterum veritas propoſitionis confirmatur etiam a poſteriori. Nemo enim eſt, qui neſciat, modo ad ea, quæ quotidie obvia ſunt, animum attendat, ne quidem Mathematicum, qui in una Matheſeos parte ſcientia excellit, in quacunque alia eodem modo excellere. Poteſt aliquis in analyſi Mathematicorum recentiori tantos feciſſe progreſſus, ut problemata phyſico-mechanica maxime ardua ſolvere valeat, ubi tamen judicium ferendum de rebus ad Mechanicam practicam, vel Hydraulicam ſpectantibus, aut ignorantiam ſuam fateri cogitur, aut adeo inepte judicat, ut ab hominibus ſola arte pollentibus ſe deridendum propinet. Similiter Aſtronomus excellens Algebræ imperitus eſſe poteſt. *Keplerus*, quem ſummum fuiſſe aſtronomum uno ore confitentur omnes rerum aſtronomicarum periti, non modo de Algebræ in Matheſi utilitate abjecte ſentit, quod tamen ipſi facile condonandum, cum ejus ævo ope calculi literalis nondum fuiſſet promota, multo minus ope Analyſeos infinitorum ad tantum faſtigium evecta, in quo hodie conſtituta, verum etiam in nonnullis Geometrarum opem ipſemet imploravit. Abſonum vero foret, ſi quis propterea ſummæ, quam meretur, laudi quicquam detrahere vellet: neque enim fieri poteſt, ut quis omnibus eadem induſtria vacet. Et utique præſtat, in uno ſcientiarum genere haud vulgaria præſtare & ſcientiam ſuam novis inventis augere eandemque exornare, quam ſe omnibus immiſcendo ad nullius ſcientiæ incrementa quicquam conferre, vel prorſus ubivis vix in ſubſelliis ſubſiſtere, ut de ipſo valeat pervulgatum iſtud: ex omnibus aliquid, ex toto nihil.

§. 419.

§. 419.

Nemo hominum rerum omnium ſcientia præſtare poteſt. Quoniam enim unumquodque ſcientiarum genus propria ſibi habet principia tam prima, quam a primis orta, propter objecti diverſitatem, quod nemo in dubium vocare poteſt, niſi rerum omnium ſit ignarus, nec minus manifeſtum eſt, quantus ſit ſcientiarum ambitus; fieri omnino nequit, cum tempus mercari non liceat, ut unus idemque homo omnibus una vacet. Quamobrem fieri quoque nequit, ut quis rerum omnium ſcientia præſtet.

Quod nemo rerum omnium ſcientia præſtare poſſit.

Me vel tacente patet, nobis non ſermonem eſſe niſi de iis, quæ jam inventa ſunt, non vero de aliis, quæ adhuc in abyſſo latent. Quamvis vero pauca ſint, quæ ſcimus, etiamſi vago loquendi more ſcientiam longe ultra limites ſuos extendere velis, ſi ea comparentur cum his, quæ neſcimus; tanta tamen eſt eorum amplitudo, ut omnia, quæ hactenus inventa ſunt, ſcire nequeas. Sane ſi quis omnia ſcire vellet, quæ per calculum algebraicum eruta ſunt, vix ætas ipſius iis comprehendendis ſufficeret, quamvis in calculis ſolis conſeneſceret. Neceſſe igitur eſt, ut ſcientia diſtribuatur inter eruditos, & ex diſciplinis inter ſe connexis ſufficit noſſe principia, quæ in ea, in qua quis eminere vult, inde mutuantur.

§. 420.

Quoniam nemo hominum rerum omnium ſcientia præſtare poteſt (§. 419.); ideo *ſufficit, ut ex omnibus diſciplinis eam rerum ſcientiam nobis comparemus, qua in eo, quod ſequimur, vel ſequi decrevimus, vitæ genere maxime opus habemus.*

Quænam ſcientia unicuique ſufficiat.

Ducit etiam huc obligatio naturalis de ſcientia, quam unusquisque ſibi comparare debet (§. 241. *part. 1. Jur. nat.*).

April. Acts, viz. Local Statutes, and Acts of Parliament, Private Acts, and Acts of Parliament, Public Acts, and Acts of Parliament, Public General Acts, and Acts of Parliament, Public General Acts, and Acts of Parliament, Public General

amplificatur, quando latius extenditur; ad ſcientiam amplificandam conducit eorum, quæ in diſciplinis traduntur, reductio ad notiones maxime univerſales. *Quod erat unum.*

Cum paucis multa ſciamus, ſi ea, quæ in diſciplinis traduntur, ad notiones maxime univerſales reducantur; fieri omnino poteſt, ut multi rerum ſibi ſcitu utilium ſcientiam ſibi comparent, quod alias fieri vix poterat, aut ſaltem non ſine multo ſtudio atque labore. Quamobrem cum per ſe pateat, ſcientiam latius propagari, ſi quilibet magno laboris & temporis compendio ſibi ſcitu neceſſaria acquirere poſſit; eorum, quæ in diſciplinis traduntur, reductio ad notiones maxime univerſales ad ſcientiam latius propagandam conducit. *Quod erat alterum.*

Eorum, quæ in diſciplinis traduntur, reductio ad notiones maxime univerſales nondum ſatis nota eſt, nec ubivis adhuc in poteſtate: ſupponit enim, diſciplinas ad formam ſcientiarum eſſe redactas. Neque ea cujusvis eſt: requirit enim ingenium acutum atque profundum, multarumque rerum ſcientiam. Inſtitutiones noſtras Juris naturæ & Gentium ita concinnavimus, ut principia generalia, unde cetera omnia pendent, per citationes facile patefiant, ut iſtiusmodi reductionis ſpecimen aliquod dari poſſet. In anterioribus quoque paſſim annotavimus, quæ lucem uberiorem eidem affundunt. Hæc autem reductio hunc quoque uſum præſtabit, ut diſciplinas quasdam, quæ ab aliis pendent, quaſi ab iisdem independentes, ſine ſcientiæ detrimento tradantur, paucis nimirum notionibus aliunde mutuandis iisdem inſertis, quemadmodum fecimus in Inſtitutionibus noſtris Juris naturæ & gentium in uſum diſcentium editis. Facta iſta reductione compendia diverſi generis quaſi ab aliis diſciplinis independentia ad diverſos diſcentium uſus confici poterunt, ut ſcientiæ plures fiant participes, quam hactenus fieri poteſt. Ut vero no-

tionibus iſtis maxime univerſalibus recte uti queant diſcentes, varia adhuc obſervanda ſunt, de quibus dicendum in Philoſophia civili, ſeu Politica, ubi locum ſuum habent.

§. 422.

De reductione veritatum univerſalium ad ſenſum communem ſupplendi defectus ſcientiæ cauſa.

Si veritates univerſales, quæ hominibus demonſtrationem capere neſcientibus ſcitu neceſſaria ſunt, ad ſenſum communem reducantur; reductio hæc defectum ſcientiæ ſupplet. Quodſi enim quis demonſtrationem capere neſcit, nec ejus vi veritatis propoſitionis convinci poteſt (§. 994. *Log.*), conſequenter demonſtrando efficere non poſſumus, ut propoſitio ipſi ſit certa (§. 982. *Log.*), ideoque agnoſcat, eam eſſe veram, vel falſam (§. 983. *Log.*). Enimvero ſi propoſitio ad ſenſum communem reducitur, ipſi reſpondens notio (§. 520. *Log.*) per ideas rerum ſenſibilium in vulgus notarum ob ſimilitudinem animo ingeneratur (§. 242.), ideoque non modo intelligitur, verum etiam perſuadetur id, quod ſciri debebat, ſed non poterat. Quoniam itaque a poſteriori conſtat, quanta ſit hujus perſuaſionis vis quantusque inde pendens aſſenſus; ſi veritates univerſales, quæ hominibus demonſtrationem capere neſcientibus ſcitu neceſſaria ſunt, ad ſenſum communem reducantur, reductio hæc defectum ſcientiæ ad certam rerum cognitionem tendentis (§. 595. *Log.*) ſupplet.

In reductione veritatum univerſalium ad ſenſum communem duo attendenda ſunt, nimirum ut propoſitio recte intelligatur, & ut de veritate ejus non dubitetur. Illud obtinetur, quatenus idea rei ſenſibilis continet notionem propoſitioni reſpondentem, ideoque imaginem rei per eandem repræſentatæ in illa intuendam ſiſtit; hoc vero quatenus notio iſta ſubjectum una cum prædicato continet & in hac imagine exhibet.

Bre-

Kirche und Gemeinde, Gottesdienst und Sakramente, Predigt und Seelsorge, Schule und Unterricht, Kirchenzucht und Kirchenregiment, Kirchenlied und Kirchenmusik, Kirchenbau und Kirchenschmuck, Kirchenjahr und Kirchenfeste, Kirchenrecht und Kirchenordnung, Kirchenvermögen und Kirchenverwaltung, Kirchenämter und Kirchenbeamte, Kirchenbücher und Kirchenarchive, Kirchenbibliotheken und Kirchenmuseen, Kirchenstatistik und Kirchenchronik, Kirchenpolitik und Kirchenkampf, Kirchenvereine und Kirchenverbände, Kirchenkonferenzen und Kirchenversammlungen, Kirchenzeitungen und Kirchenblätter, Kirchenbücher und Kirchenschriften, Kirchenlieder und Kirchenmelodien, Kirchenchöre und Kirchenorchester, Kirchenorgeln und Kirchenglocken, Kirchenfenster und Kirchenbilder, Kirchenaltäre und Kirchenkanzeln, Kirchenstühle und Kirchenbänke, Kirchenuhren und Kirchenglocken, Kirchenhöfe und Kirchenfriedhöfe, Kirchenmauern und Kirchentore, Kirchenschlüssel und Kirchenbücher

poterat notio hujus imaginis adæquata: id quod addimus ad excitandam attentionem acutiorum.

§. 423.

De impedimentis virtutum intellectualium formalium.

Impedimenta virtutum intellectualium formalium atque intellectus perficiendi sunt etiam impedimenta scientiæ. Etenim ad scientiam concurrunt virtutes intellectuales formales omnes (§. 415.). Quamobrem quæ impediunt, quo minus virtutes intellectuales formales acquiramus & perficiamus, ea etiam impediunt, quo minus ad scientiam perveniamus, ideoque impedimenta virtutum intellectualium formalium sunt etiam impedimenta scientiæ. *Quod erat unum.*

Enimvero qui virtutes intellectuales, præsertim formales (§. 143,), acquirere vult, in intellectu perficiendo omnem diligentiam adhibere debet (§. 148.). Quoniam itaque eædem a perfectione intellectus dependent (§. 851. *Ontol.*), & ad scientiam acquirendam atque perficiendam requiruntur (§. 415.); quæcunque impediunt, quo minus intellectus perficiatur, ea etiam impediunt, quo minus ad scientiam perveniamus, ideoque impedimenta intellectus perficiendi sunt etiam impedimenta scientiæ. *Quod erat alterum.*

Superfluum itaque foret ea repetere, quæ in anterioribus passim demonstrata & in prolixis scholiis uberius declarata fuerunt.

§. 424.

De difficultate demon-

Plerosque a scientia deterret demonstrandi difficultas, tollenda per exercitia eo ordine, ut a facilioribus progressus fiat ad difficiliora,

ac materialibus. ... Indefinitis quidem, quæ ... materialibus, ...

Ecclesiæ nomen attribuitur etiam in hac consuetudine, ut ecclesia dicatur ædificium, in quo Christiani ad divinum cultum conveniunt. Quod quidem ædificium, ut ecclesia dicatur, non est necesse, ut sit consecratum, aut benedictum, sed sufficit, ut sit locus, in quo Christiani ad divinum cultum conveniunt, etiamsi sub dio, aut in tentoriis, aut in domibus privatis, aut in navi, aut in aliis locis id fiat. Ita Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius, Basilius, Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, Optatus, Ecclesiæ nomine ipsum cœtum Christianorum, non locum designant. Ita Augustinus, Ecclesia, inquit, non in parietibus, sed in hominibus ædificatur. Ita Hieronymus, Ecclesia, inquit, non parietes, sed homines significat. Ita Chrysostomus, Ecclesia, inquit, non parietes, sed fidem significat. Ita Ambrosius, Ecclesia, inquit, non parietes, sed mysterium significat. Ita Basilius, Ecclesia, inquit, non parietes, sed fidem significat. Ita Gregorius Nyssenus, Ecclesia, inquit, non parietes, sed fidem significat. Ita Gregorius Nazianzenus, Ecclesia, inquit, non parietes, sed fidem significat. Ita Epiphanius, Ecclesia, inquit, non parietes, sed fidem significat. Ita Optatus, Ecclesia, inquit, non parietes, sed fidem significat.

I.

Ecclesia nomine ambo priores accipiuntur. Et omnes catholici ambo priores accipiunt. Et omnes catholici ambo priores accipiunt. Et omnes catholici ambo priores accipiunt

§. 426.

Motivum virtutum intellectualium & in specie scientiæ veritatum moralium est animus ab omni culpæ sensu vacuus. Etenim sine virtutibus intellectualibus, consequenter etiam scientia (§. 402.), culpa vitari nequit (§. 163.). Cumque ad recte agendum inprimis requiratur judicium verum de actionis bonitate & malitia (§. 80. *part. 1. Phil. pract. univ.*), consequenter certa veritatum moralium cognitio, quam scientia parit (§. 595. *Log.*); ad culpam vitandam maxime conducit veritatum moralium scientia (§. 696. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quoniam itaque animus ab omni sensu culpæ vacuus est motivum culpæ vitandæ (§. 686. *part. 2. Phil. pract. univ.*); idem quoque motivum est virtutum intellectualium & in specie scientiæ veritatum moralium. *De motivo scientiæ veritatum moralium.*

Animus ab omni sensu culpæ vacuus haud postrema felicitatis nostræ pars est (§. 685. *part. 2. Phil. pract. univ.*): id quod perpendere debent illi, quorum voluntatem parum movere poterat animus ab omni sensu culpæ vacuus. Sed poteramus multis adhuc aliis modis ostendere, felicitatem esse motivum scientiæ inprimis veritatum moralium. Quoniam vero id satis intelligent, qui principia Philosophiæ practicæ universalis duobus voluminibus a nobis explicata & demonstrata animo probe comprehenderunt, id facile per se assequentur. Ceteris vero, qui principia illa ignorant, aut saltem non intime perspexerunt, cum in demonstrando sumenda sint tanquam certa & supponenda tanquam cognita & perspecta, nec satisfaciet demonstratio (§. 570. *Log.*).

§. 427.

Qui scientia pollet, ab eo, qui diversa sentit, sese minime in dubitationem adduci patitur. Qui enim scientia instructus est *De immoto assensu scientis.*

certam habet rei cognitionem (§. 595. *Log.*), consequenter agnoscit, propositionem, quam pro vera habet, esse veram, quam vero pro falsa habet, falsam (§. 564. *Log.*), ideoque in casu priori quod eidem contrariatur non posse esse verum, in posteriori autem verum esse non posse, quod pro falso habet. Quicquid igitur alius, qui in diversam sententiam abit, proferat, efficere tamen nequit, ut ignoret, utrum potius in sententia sua perstitere, an contrariæ assensum præbere debeat. Quoniam itaque is dubitat, qui, ubi vult assensum in alteram contradictionis partem determinare, non novit, in quam eandem determinare debeat (§. 417. *part. 2. Theol. nat.*); qui scientia pollet, ab eo, qui diversa sentit, sese minime in dubitationem adduci patitur.

Scientia demonstratione nititur (§. 592. *Log.*), quæ assensum immotum parit, modo vim ejus percipias, qua ad assensum propositioni datæ præbendum compellimur (§. 569. *Log.*), & assensus successive fuerit genitus (§. 992. 993. *Log.*). Dici autem nondum potes te scire, quamdiu vim demonstrationis a successiva assensus generatione pendentem nondum percipis. Confirmatur veritas propositionis exemplo eorum, qui vi demonstrationis compulsi fuerunt ad præbendum assensum propositionibus *Euclidis*. Nemo sane erit, qui eo adduci possit, ut dubitet, num tres in quolibet triangulo anguli sint æquales duobus rectis, aut summa omnium angulorum simul in qualibet figura rectilinea bis tot rectis, quot sunt latera, demtis duobus. Quamobrem si quis afferat, posse in triangulo duos angulos esse actu rectos; quicunque demum ratione id stabilire velit, fieri tamen non poterit, ut de veritate theorematis *Euclidei* dubitet. Inde sane est, quod, cum Geometria indivisibilium, qua nititur hodie tantopere celebrata Analysis infinite parvorum, nascerentur, inter alias objectiones id quoque tanquam absurdum urgeretur, quod in triangulo, cu-

pus

jus crura infinite propinqua supponuntur, quale e. gr. fingitur sectorculus infinite parvus tanquam circuli elementum, duo anguli ad basin infinite parvam statuerentur actu recti. Nimirum non attendebant, angulos non esse duobus rectis actu æquales, sed propter angulum infinite parvum ad verticem pro duobus rectis haberi posse, citra errorem assignabilem, cum is utpote rationem assignabilem ad ceteros mine habens respective pro nihilo haberi queat. Quod vero urgeamus successivam assensus generationem ad immotum prorsus scientia assensum; haud difficulter assequitur, qui novit, cur demonstratio pariat certitudinem & unde habeat vim assensum extorquendi. Nimirum sensus istius vis, quam in nobis experti sumus, firmiter adhærere debet propositioni demonstratæ, ut, quando hujus meminimus, etiam memores simus illius. Quodsi ergo demonstrationem ingrediuntur tanquam principia demonstrandi propositiones jam antea demonstratæ, in vim demonstrationis præsentis instar vis anteriorum, donec in anterioribus retrogradiendo gradus sistatur. Vim igitur totam demonstratio præsens non a se habet, sed simul ab omnibus anterioribus, quas demonstrationum analysis monstrat (*not.* §. 992. *Log.*). Velim ad hæc animum attendant, qui ea legunt: ita enim demum clarissime perspicient, quandonam certam rerum scientiam habeamus, & quam arduum sit scire, quod affirmamus.

§. 428.

De signo scidiuci patitur, scientia nondum pollet.

Si quis ab eo, qui diversa sentit, sese in dubitationem adversa sentit, se in dubitationem adduci patitur, is ignorat, entit. Qui enim ab eo, qui diutrum in sententia sua persistere, an in alteram contradictionis partem assensum determinare debeat (§. 417. *part. 2. Theol. nat.*), consequenter num pro falso habere debeat, quod pro vero habet, vel pro vero, quod habet pro falso. Quamobrem

eiusdem infinitivi. ut quem dicunt dic tenuis, i. quod est
[illegible] [illegible] [illegible] [

§. 429.

De eo, qui sumit nondum sufficienter probata.

Si quis in demonstrando sumit, quæ nondum sufficienter probata sunt; id quod affirmat, vel negat, nondum scit. Etenim in demonstrando non admittuntur principia nisi definitiones, experientiæ indubitatæ, axiomata & propositiones jam demonstratæ (§. 562. *Log.*), consequenter præter ea, quæ per se manifesta sunt, nonnisi ea, quæ sufficienter probata: id quod etiam inter leges methodi philosophicæ, qua scilicet philosophia tradenda (§. 115. *Disc. prælim.*), locum habet (§. 117. *Disc. prælim.*). Quodsi ergo quis in demonstrando sumit, quæ nondum sufficienter probata sunt, is dici nequit id, quod affirmat, vel negat, demonstrasse. Quamobrem cum nemo sciat nisi id, quod demonstrare potest (§. 598. *Log.*); qui in demonstrando sumit, quæ nondum sufficienter demonstrata sunt, id quod affirmat, vel negat, nondum scit.

Differt demonstratio a probatione alia legitima, genuinæ scilicet formæ (§. 496. *Log.*), nonnisi materia, quatenus scilicet in probatione non sumuntur, nisi quæ aut per se satis certa sunt, aut jam antea demonstrata (§. 498. *Log.*). Qui enim in probandis propositionibus neque formæ, neque principiorum rationem habent; non tam eas probare, quam probationis fontem indicare videntur: id quod hactenus extra Matheſin vulgo fieri suevit. Caute tamen hic procedendum, ubi de scientia alterius judicium ferendum. Etenim fieri potest, ut quis propositionem probaturus libere differat, nec regulis logicis se adstringat, plurima immiscendo, quæ ad probationem nil faciunt, & ea, quæ huc faciunt, nullo ordine proferendo, hoc tamen non obstante discursui ejus insint, principia, ex quibus demonstratio conditur, si justo ordine digerantur, & a ceteris, quæ ad eandem minime spectant, se-

pa-

parentur. Hi equidem non accurate demonſtrant, quod erat demonſtrandum, nec dici poſſunt intellectu ſuo cum cæteris facultatibus, quarum miniſterio is opus habet, recte uti, cum tamen aſſenſus eorum nitatur principiis genuinis, quorum vi extorqueatur, ſcientia ipſis denegari non poteſt, quamvis ea imperfectior ſit, quam illorum, qui demonſtrationibus ordinatis & completis utuntur. Sane ſi ſcientiam reſtringere velis ad demonſtrationes conſummatas, quæ & ordinatæ, & completæ ſunt (§. 855. *Log.*); valde vereor, ne ſcientiæ laus detrahenda ſit vel iis, qui ſcientia plurimum præſtant. Habent omnes actus humani ſuam rectitudinem, a qua perfectio eorundem dependet: quemadmodum vero in rebus humanis non ſpectatur, quod omnimode perfectum & omnibus numeris abſolutum eſt, ita quoque a ſummo rigore diſcedendum, quando de ſcientia ferendum eſt judicium. Eorum cum innumera ubivis proſtent exempla iſtiusmodi probationum, in quibus ſumuntur ad probandum alia, quæ nondum ſufficienter probata ſunt, ſuperfluum omnino foret talia hic congerere velle. Naturalem cogitandi modum, cum quo conſentit genuina probationis cujusvis forma, accurate ſequi admodum difficile eſt, tum quia ſtudiis literariis operam navando & libros vulgari methodo conſcriptos legendo ab eodem avocati ſumus, tum quia ex habitu agentibus ſupervacanea videtur anxia illa ſcrupulofitas, quam leges logicæ injungunt, tum denique quia non adeo facile eſt, facultates inferiores ita dirigere, quemadmodum ad miniſterium intellectus recte obeundum requiruntur. Quodſi intellectui perficiendo & virtutibus intellectualibus formalibus acquirendis eam impenderint operam, quam in anterioribus abunde explicavimus, qui ad ſcientiam adſpirant; nullus quoque dubito fore, ut ſcientia ope demonſtrationum conſummatarum omnem ſuam confequatur pulchritudinem. Sed ea tempora adhuc exſpectanda ſunt.

§. 430.

§. 430.

Qui in demonſtrando nonnulla tacite ſupponunt, quæ ſaltem a peritis, nec absque multo labore, ſuppleri poſſunt; iis ſcientia demonſtrationes inuegari non poteſt. Etenim quæ quis tacite ſupponit, ea ſaltem confuſe animo ipſius obverſantur, ut in vim demonſtrationis influant, etiamſi ad ea animus non attendatur, ut diſtincte agnoſcantur, quemadmodum facile intelligit, cui non ignotum eſt, quomodo ſtatus præteriti in determinationem præſentis influant, etiam quoad aſſenſum (§. 992. *Log.*). Quodſi ergo talia ſint, quæ a peritis ſuppleri poſſunt; inde intelligitur, quod in determinationem aſſenſus ejus, qui incompletam dedit demonſtrationem (§. 854. *Log.*), influxerint. Nec obſtat, quod non absque multo labore ſuppleri poſſint, cum non cuivis ſtatim ſuccurrant, quæ alteri ſuccurrebant, dum demonſtrationem concipiebat. Quamobrem cum is, qui in demonſtrando nonnulla tacite ſupponit, quæ ſaltem a peritis, nec absque multo labore, ſuppleri poſſunt, dici nequeat non potuiſſe demonſtrare id, quod affirmat; nec ſcientia ei denegari poteſt (§. 598. *Log.*).

An demonſtrationes incompletæ ſint ſignum deficientis ſcientiæ.

Demonſtrationes incompletæ non ſunt ſignum deficientis ſcientiæ. Quamvis enim, ſi tacite ſupponantur, quæ non cuivis facile ſuccurrunt, id ad ſcientiam propagandam minime conducat, tum quia nondum ſatis peritis ad eandem aditus præcluditur, niſi ductorem peritum habeant, tum quia peritis ſuffuratur tempus, quod in aliis utiliter collocare poterant; non tamen inde colligi poteſt, eum, qui incompletam demonſtrationem dedit, modo tacite non ſupponat, quod falſum eſt, non ſcientiam ejus habere, quod pro vero venditat. Dici autem nequit tacite ſupponi niſi id, quod ex iis, quæ expreſſe dicuntur, colligi poteſt. Huc vero etiam perti-

net, quod pro vero habere non potuisse, nisi id, quod tanquam antea jam cognitum suppleri potest, ipse etiam jam cognitum atque perspectum habuisse. Atque id tanto facilius admittendum, quod contingere soleat, ut periti, quibus principium aliquod admodum familiare est, ut vel sua sponte succurrat, vel confuse saltem perceptum in assensum influat, arbitrentur idem quoque aliis rerum praefertim peritis aeque familiare esse, cum ex se de aliis statuere soleant plerique, si non omnes. Quodsi demonstrationes incompletas signum deficientis scientiae habere vellemus; nostro praesertim tempore scientia denoganda esset Mathematicis summis: id quod nemini non maxime absurdum videbitur. Absit tamen, ut quis ea in praejudicium demonstrationum consummatarum interpretari velit: neque enim nobis jam quaestio est de eo, quaenam demonstratio alteri sit praferenda, aut quandonam demonstratio incompleta sit admittenda, quando autem vitio non vacet; sed id in quaestione est, num ex demonstratione incompleta colligi queat demonstratorem id non scire, quod demonstrandum sibi sumsit. Id vero adhuc monendum est ad praecavendas iniquas censuras, cum demonstratio incompleta sit, quae nec explicite, nec implicite omnia principia demonstrandi continet (§. 854. *Log.*), ad demonstrationem incompletam non statim referendam esse, si, quae tacite praesupponuntur, ab iis, quibus scribitur, vi eorum, quae adsunt, haud difficulter in memoriam revocantur, praesertim cum demonstrationes completae, quibus tironibus consulitur, aut quae exercitiis perficiendi intellectum & virtutes intellectuales formales acquirendi inservire debent, nauseam moveant peritis habitu demonstrationes capiendi instructis.

§. 431.

De libris vulgari modo scriptis

Ex scriptis vulgari modo confectis, hoc est, in quibus vel prorsus desunt definitiones, vel quae dantur, non sunt satis exactae, in propositionibus adhibentur termini nondum explicati, aut non sa-

sa-

ſaltem ac determinati ſignificatus, & ipſæ propoſitiones non rite deter minantur, ut ſcilicet per notionem ſubjecti determinetur prædicatum, nec probationes earundem ex notione ſubjecti per legitima ratiocinia derivantur, aut experientia indubitata confirmantur, in probationibus autem aſſumuntur, quæ nondum ſunt ſufficienter probata, aut independenter ſaltem ab iis in ſequentibus demonſtrantur, ſcientia hauriri nequit, nec eorum autores ſcientia rerum, de quibus agunt, imbuti ſunt. Quodſi enim ſcripta hoc modo fuerint conſarcinata, nec demonſtrandi principia (§ 562. *Log.*), nec modus ea, quæ in iis proponuntur, demonſtrandi ex iis addiſci poteſt (§. 551. & *ſeqq. Log.*). Quamobrem cum non ſciamus id, quod demonſtrare minime valemus (§. 598. *Log.*); ex libris vulgari modo confectis ſcientia hauriri nequit. *Quod erat unum.* *ad ſcientiam inutilibus & ejus defectum in autoribus arguentibus.*

Enimvero cum libri ea methodo conſcripti, quemadmodum ſumitur in propoſitione præſente, a methodo philoſophica, cum mathematica eadem (§. 139. *Diſc. prælim.*), in totum recedant (§. 116. & *ſeqq. Diſc. prælim.*), ideoque nec ea, quæ in iis traduntur, ſufficienter intelligi, nec evidenter vera agnoſci poſſint (§. 136. *Diſc. prælim.*), ſcientia autem requirat certam rerum cognitionem (§. 595. *Log.*); autores iſtiusmodi librorum diſtinctam ſcientiæ notionem non habent. Quamobrem cum ignorent, quid ad ſcientiam requiratur (§. 27. *part. 1. Phil. pract. univ.*); eorum, de quibus agunt, ſcientia imbuti non ſunt. *Quod erat alterum.*

Iſtiusmodi autores ſcientia eorum imbutos non eſſe, qui libros modo vulgari conſarcinant, quis, quæſo, in dubium vocare auſit? Cum enim ipſis propoſitum ſit aliorum animis ſcientiam inſtillare, libros utique ſuos ita conſcriberent,

ut ſcientia inde hauriri poſſet. Stultum foret alios a ſcientia abducere, qui ad eam erant adducendi, immo intellectum eorum pervertere (§. 104.), ut ad ſcientiam efficiantur inepti.

§. 432.

Quatenus ſignum ſcientiæ petitur a ratione, quæ datur.

Si quis rationem ſufficientem ejus, quod affirmat, reddit; ei ſcientia non prorſus denegari poteſt; ſi intrinſecam reddit, quamvis non ſufficientem, ſcientiam imperfectam habet; ſi extrinſecam, aut non genuinam, ſeu falſam, ſcientia deſtituitur. Etenim cum per rationem ſufficientem intelligatur, cur quid potius ſit, quam non ſit (§. 56. *Ontol.*); qui rationem ſufficientem ejus, quod affirmat, reddit, is intelligit, cur id, quod eſſe affirmat, potius ſit, quam non ſit, conſequenter cognitio ejus firmo nititur fundamento. Quamobrem ſi vel maxime demonſtrationem evolutam dare non poſſit, quemadmodum forma ejus requirit (§. 551. *& ſeqq. Log.*); id tamen ipſi cognitum atque perſpectum eſt, unde vim ſuam potiſſimum accipit demonſtratio, quæ ad aſſenſum compellit, & qui in demonſtrando artifex eſt eadem ratione manu ducitur ad demonſtrationem formalem condendam. Quamobrem omnis prorſus ſcientia ipſi denegari non poteſt, ſit ita quod nondum ſit omnibus ſuis numeris abſoluta. *Quod erat primum.*

Quoniam rationes intrinſecæ deſumuntur ex notione ſubjecti (§. 1004. *Log.*) & eædem ſunt, ob quas prædicatum ſubjecto convenit (§. 1005. *Log.*), iisdemque nititur aſſenſus vi demonſtrationis extortus (§. 1006. *Log.*); qui notionem intrinſecam reddit, quamvis non ſufficientem, ei perſpectum eſt, unde id, quod affirmat, demonſtrari debeat (§. 551. *& ſeqq. Log.*), ipſique cognitum atque perſpectum eſt, quamvis non plene, id, ex quo potiſſimum vim

vim ſuam accipit demonſtratio, qua aſſenſum extorquet. Quamvis itaque demonſtrationem evolutam dare non poſſit, quemadmodum forma ejus exigit (§. *cit.*), & ſi ad genuinam formam ea reduceretur, quædam adhuc deficerent atque ſupplenda eſſent; quandam tamen ſcientiæ partem, ideoque ſcientiam imperfectam habet. *Quod erat ſecundum.*

Quia rationes extrinſecæ aliunde, quam ex notione ſubjecti deſumuntur (§. 1004. *Log.*), & ad rationes extrinſecas confugere ſolent qui ſubjecti notionem nonniſi confuſam habent (§. 1007. *Log.*), aut principia vel formam demonſtrationis ignorant (§. 1008. *Log.*); qui rationes extrinſecas ejus, quod affirmat, dat, is neſcit, unde derivanda ſit demonſtratio (§. 551. *& ſeqq. Log.*), nec id cognitum atque perſpectum habet, unde ea vim ſuam potiſſimum accipit, qua ad aſſenſum compellit (§. 1006. *Log.*), ideoque ab omni demonſtratione procul remotus eſt. Quamobrem cum absque demonſtratione non concipiatur ſcientia (§. 594. *Log.*); qui rationem ejus, quod affirmat, extrinſecam reddit, ſcientia deſtituitur. *Quod erat tertium.*

Denique qui rationem non genuinam, ſeu falſam ejus, quod affirmat, reddit, is precario idem affirmat, conſequenter nulla ratione probare valet. Quamobrem cum non ſciamus, niſi quod demonſtrare valemus (§. 598. *Log.*), ideoque multo minus, quod ne quidem inſufficienter probare valemus: qui ejus, quod affirmat, rationem minime genuinam, ſeu falſam reddit, is ſcientia deſtituitur. *Quod erat quartum.*

Quamvis verum ſit, nos ea demum ſcire, quæ demonſtrare valemus (§. 598. *Log.*), ac ideo vi definitionis ſcientiæ (§.

594. *Log.*) omnium evidentiſſime evincatur, utrum alicui ſcientia ſit tribuenda, an deneganda (§. 349. *Log.*); non tamen ideo ſupervacaneum exiſtimari debet, ut in alia etiam ſigna inquiramus, unde colligatur, num ſcientia rei cuidam tribuenda ſit, an deneganda. Conſtat unam eandemque rem non uno modo definiri poſſe (§. 172. *& ſeqq. Log.*), quemadmodum etiam Geometris in uſu eſt, ut unam e. gr. eandemque curvam non uno modo definiant, & ex definitione ſua demonſtrent ea, quæ aliorum definitiones ingrediuntur; ideo non abſonum videri poteſt, ſi eorum, quæ per definitiones agnoſcuntur, ſigna quoque diagnoſtica dentur (§. 767. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Præterea nos æquos præbere quoque debemus judices, quando de ſcientia aliorum ferendum judicium, ut concedamus, quod ſine præjudicio veritatis concedi poteſt, præſertim cum ſcientia omnibus numeris abſoluta ſit res admodum ardua, quidni dicam rara admodum avis in orbe erudito, quemadmodum de ſoliditate, quæ ſcientiæ propria eſt (§. 594. *Log.* & §. 268. *b.*), jam oſtendimus (§. 269), atque pauciſſimis imputari poſſit, quod non habeant ſcientiam omnibus numeris abſolutam, prouti ex iis, quæ de modo perficiendi intellectum & de virtutibus intellectualibus formalibus in antecedentibus prolixe demonſtrata ſunt, atque ex his, quæ alibi de imputatione demonſtravimus (§. 527. *& ſeqq. part. 1. Phil. pract. univ.*), ſatis ſuperque apparet. Quamobrem ſi cui ſcientiæ quædam vel particula tribuenda ſit, eam totam eidem denegare non debemus, multoque minus ab eadem prorſus alienus exiſtimandus, qui eam habet rerum cognitionem, quæ cum ſcientia ſaltem in applicatione eundem effectum præſtat, & in locum ejus ſurrogari poteſt. Notandum vero eſt, quando alicui ſcientiam vel omnem, vel ſaltem ex parte denegamus, aut eam non ſatis exaſciatam pronunciamus; nos propterea id aliis non imputare. Imputatio enim alia prorſus requirit principia, quam ex quibus de ſcientia ſtatuitur. Et ſcientiæ ſe rudem præſtaret, qui judicium de ſcientia & judicium de imputatione ſcientiæ vel prorſus, vel ex

par-

parte deficientis in unum confundere vellet. Quamvis enim hæc confuſio non infrequens ſit inter antagoniſtas; non tamen propterea probanda, nec rationi convenit, ſed pravos affectus genetricem agnoſcit, unde manant inconditi eruditorum mores.

§. 433.

De admiratione deficientis ſcientiæ ſigno.

Si id, quod affirmatur, vel negatur, audienti admirationem movet, ſcilicet ideo præciſe, quia verum, vel falſum pronunciatur; qui id admiratur, ſcientia deſtituitur. Quoniam enim admiratio oritur, ſi quid eſſe cognoſcamus, quod eſſe poſſe non putaveramus, atque eadem ignorantiam matrem habet (§. 294. *part. 2. Phil. pract. univ.*); cui admirationem id movet quod affirmatur, vel negatur, ideo præciſe, quia verum, vel falſum pronunciatur, is aut idem prorſus ignoravit, aut verum eſſe putavit, quod falſum, & e contrario falſum, quod verum pronunciatur. Quamobrem cum per ſe pateat, impoſſibile eſſe, ut id quod affirmatur, vel negatur ab altero, demonſtrare potuerit (§. 551. *& ſeqq. Log.*), ſine demonſtratione autem ſcientia concipi nequeat (§. 594. *Log.*); ſi id, quod affirmatur, vel negatur, audienti admirationem movet, ſcilicet ideo præciſe, quia verum, vel falſum pronunciatur, qui id admiratur, ſcientia deſtituitur.

A poſteriori veritas propoſitionis adeo manifeſta eſt, ut abſque ulla probatione eadem ſumi poterat. Et ſane quo major fuerit ignorantia, ea quoque homines admirantur, quæ in vulgus jam nota ſunt, & quo magis id, quod proponitur, fuerit inexpectatum, eo etiam major eſſe ſolet admiratio. Unde etiam admirantes in hæc verba erumpere ſolent: non crediſſem, hoc ita eſſe, addita pro gradu admirationis majore, vel minore aſſeveratione. Conſtat ex adverſo ea, quæ jam

jam dudum nota fuerunt, vel ideo, quod dudum nota ſint, vel nota etiam pluribus, vulgaria dici, non ſemper absque omni contemtu: id quod latenti faſtui condonandum, cum id contemni non mereatur, a quo ſcientia ceterorum dependent, quæ maximi fiunt. Nondum eo vivimus tempore, quo qui ſcientia excellunt, virtute quoque plurimum præſtant. Aliud vero eſt, ſi quis in vulgus notum dicit, quod in demonſtrando ſumit, ut id recte absque probatione ſumi intelligatur, aut ubi de contentis in aliquo libro, vel de limitibus, intra quos continetur ſcientia alicujus, ſermo fuerit, ubi ſuſpicionem contemtus removet veritas, quæ in quæſtione eſt, & vulgaria dicuntur, quæ tironibus ad diſciplinam perdiſcendam animum appellentibus nota ſunt. Quod vero admirationem expreſſe reſtringamus ad id, quod verum, vel falſum pronunciatur, quatenus verum, vel falſum pronunciatur; non ſine ratione factum. Poſſunt enim plures dari rationes aliæ, cur admiratio oriatur, quando de re quadam verba fiunt, veluti ſi non putaſſemus, id in libro quodam extare, vel ab autore quodam inveniri potuiſſe, aut huic, vel alteri notum fuiſſe. Cauſa vero admirationis, quæ hic præcipue attendenda venit, ex circumſtantiis pateſcit.

§. 434.

Signum amoris ſcientiæ.

Qui voluptatem ex ſcientia percipit; ſcientiam amat. Etenim ſi in re inanimata quidpiam deprehendimus, quod nobis multam voluptatem affert, eam pro gradu voluptatis hujus amamus (§. 654. *Pſych. empir.*). Quamobrem ſi quis voluptatem percipit ex ſcientia, ſcientiam amat.

Signum omnino minime fallax eſt amoris ſcientiæ, ſi quis voluptate perfunditur, quando de veritate noviter inventa, vel vi demonſtrationis ad certitudinem perducta, ſermo ſit. Cum enim amor rerum inanimatarum non conſiſtat niſi in diſpoſitione animi ad voluptatem ex iisdem percipiendam (§. 657.

657. *Psych. empir.*), qui scientiam amat ex ea voluptatem percipit, & qui ex ea voluptatem percipit eandem amat. Hoc adeo pervulgatum videtur, ut inter notiones communes referri posse videatur. Derivatur vero amor scientiæ in personas, quæ eadem imbuti sunt, ita ut non minus inter signa amoris scientiæ referri possit, si quis personam amat, propterea quod multa rerum scientia pollet, etiamsi scientia ipsius sibi non sit utilis. Quando nimirum de signis virtutum tam intellectualium, quam moralium sermo est, accurate explorandæ & attendendæ sunt circumstantiæ, ne quod virtutis signum esse debet, alii causæ tribuatur, quam cujus in dato casu effectus est.

§. 435.

An promotio scientiæ sit signum amoris ejus.

Qui scientiam amat, ad eam promovendam, quantum in potestate sua est, pronus est: ast ex eo, quod quis scientiam promovet, colligi nequit amor scientiæ. Scientiam ad res inanimatas referendam esse, per se patet. Enimvero si rem inanimatam amamus, ad perfectionem ejus promovendam proni sumus (§. 655. *Psych. empir.*). Ergo si scientiam amamus, ad eam promovendam proni sumus, sed cum nemo præstare possit, quod in potestate sua non est (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*), quantum in potestate nostra est. *Quod erat unum.*

Enimvero cum aliæ quoque esse possint causæ, cur quis scientiam promovere studeat, aut ad eam promovendam facilem se præbeat, veluti si id faciat gloriæ, quæstus aut fortunæ suæ promovendæ causa, cum tunc voluptatem non percipiat ex scientia, sed ex re alia, quam hoc medio consequi studet, ideoque nec voluptas ex scientia percepta ad eam promovendam ipsum impellit, scientiam vero non amat, nisi qui ex eadem in se spectata voluptatem percipit (§. 657. *Psych. empir.*); ex eo, quod quis scientiam

promovet, colligi nequit amor ſcientiæ. *Quod erat alterum.*

Scientiam non modo promovent, qui novis inventis eandem augent, vel nondum certas vi demonſtrationis ad certitudinem evehunt; verum etiam qui ſumtu ſuo vel conſilio, aut patrocinio eos juvant, qui promovere poſſunt, aut alio quocunque modo ad eandem promovendam concurrunt. Merentur hi omnes laudem ſuam; aſt propterea nondum dici poteſt, quod ſcientiam ament. Quando igitur promotori ſcientiæ amor ejus tribuendus, neceſſe eſt ut habeatur ratio motivi, quo ad eam promovendam impellitur. Sane ſi quis ſumtus ſuppeditat ad experimenta facienda, vel ad comparanda inſtrumenta in uſum obſervationum aſtronomicarum, affectu gloriæ ductus, ut conſequatur laudem promotoris ſcientiarum, qua extolluntur alii; is dici nequit ſcientiam amare, quia quod ad promovendam eandem confert, non amori ſcientiæ, qui nullus eſſe poteſt, ſed alii cauſæ acceptum ferendum. Equidem fieri poteſt, ut ad amorem ſcientiæ concurrant cauſæ aliæ, quæ ſimul in determinandam voluntatem ad ſcientiam promovendam influunt; ſed tum non colligendus amor ſcientiæ ex promotione ejusdem, verum ex aliis, quæ eundem infallibiliter indicant. Equidem hæc vulgo non attenduntur; in philoſophia tamen ſingula accurate diſcernenda ſunt, ne quid in præjudicium veritatis ſtatuatur, atque in præſenti, ubi de ſcientia agitur, non peccandum in ipſam ſcientiam.

§. 436.

De amore ſcientiæ ex pretio, quod libris ſtatuitur.

Qui libros magni facit, ex quibus ſcientia rerum hauriri poteſt; amorem ſcientiæ prodit. Quodſi enim quis libros, ex quibus ſcientia rerum hauriri poteſt, magni facit; is omnino voluptatem ex ſcientia percipit, cum eadem impellatur ad

eos magni faciendum (§. 591. *Pſych. empir.*). Aſt qui ex ſcientia voluptatem percipit, eam amat (§. 434.). Itaque amorem ſcientiæ prodit, qui libros magni facit, ex quibus ſcientia rerum hauriri poteſt. *tur, æſtiman-do.*

Qui gloria, aut quæſtu ducuntur ad ſcientiam promovendam, non autem amore ejus eandem colunt, aut promovere ſtudent; libros utiliſſimos parvi pendere ſolent, in quibus continentur ipſis jam cognita atque perſpecta, minime perpendentes, quantum prodeſſe poſſint aliis, ſi vel maxime ipſi ex iis didicere, ſine quibus ad altiora eniti haudquaquam potuerant. Immo nauſeantes faſto ſupercilio pronunciant, nonniſi vulgaria in iisdem contineri, quaſi vero quæ ipſis vulgaria dicuntur, non ante addiſcenda ſint iis, qui ad paria cum ipſis præſtanda adſpirant, vel quibus eadem ſcitu utilia, immo haud raro utiliora ſunt ſublimioribus iſtis, quibus ipſimet tanquam faſtus pabulo delectantur. Sincerus ſcientiæ amor non fert hos mores, quibus is non modo inquinatur, verum etiam prorſus ſupprimitur. Qui ſcientiam ſincere amat, is eundem non ad ſe & utilitatem ſuam refert, nec pretium, quod ſcientiæ ſtatuit, ideo imminuitur, quia ulterius progreſſus ad intimiora penetravit. Obiter hic obſervamus, quod jam plus ſimplici vice notavimus, nunquam tamen ſatis inculcari poteſt, hinc etiam eluceſcere, quam perverſi ſint eruditorum mores, quod virtutis culturæ nullam operam impendant, & philoſophia moralis hactenus deſerta & inculta jacuerit, in qua tamen non minus ſublimia occurrunt, quam in contemplatione figurarum, non infelici ſucceſſu detegenda, modo non deeſſent qui ſimilem operam ad eam excolendam & continuo perficiendam conferrent, qualem in figuris abſconditis in apricum proferendis collocant Geometræ moderni. Nos in limine ſcientiæ hujus præclaræ ſubſiſtere cogimur: aſt erunt forſitan in poſterum, qui jacto a nobis fundamento ædificium magnificum exſtruent.

§. 437.

De amore scientiæ cultorum & promotorum.

Qui scientiam amat, eos etiam amat, qui scientia pollent, & qui eandem quocunque modo promovere aut amplificare student. Qui enim scientiam amat, ex ea voluptatem percipit (§. 657. *Psych. empir.*). Quamobrem si quem videt, qui scientia pollet, aut qui eandem quocunque modo promovere aut amplificare studet, ut ea scilicet vel novis inventis augeatur, vel magis perficiatur, vel facilior ad eandem aditus paretur, vel plurium animi eodem imbuantur, id omnino ipsi placere debet (§. 542. *Psych. empir.*). Quamobrem cum alterum amemus, si quid in eo observamus, quod nobis placet (§. 649. *Psych. empir.*); qui scientiam amat, eos etiam amat, qui scientia pollent & qui eandem quocunque modo promovere, aut amplificare student.

Propositionem præsentem experientia abunde confirmat. Amor scientiæ sincerus non refertur ad personam amantis, quemadmodum modo insinuavimus (*not.* §. 436.), multo minus ad eandem restringitur. Manet idem, ubicunque scientia deprehendatur. Ita amamus librum, in quo ea traditur, amamus personam, cujus animus eadem imbutus est. Et quemadmodum amans scientiam pronus est ad eam promovendam, quantum in potestate est (§. 435.); ita etiam fieri haudquaquam potest, quin studium eandem promovendi placeat in aliis, sicque ex scientia amor derivetur in personam promotoris. Obiter monemus, quod non modo hic, verum etiam in aliis bene multis notandum, in moralibus varia objici impedimenta, quæ obstant, quo minus ex hoc vel isto sequatur, quod alias secuturum erat. Ita fieri potest, ut quis alia de causa odio habeat eum, quem alias ob scientiam aut studium eandem promovendi amaturus erat, odio adversus amorem prævalente. Neque enim cujusvis est, nec adeo facile,

cile, odium rei in perſona ſep[illegible]re a perſona, ut hoc adverſus amorem perſonæ prævalere nequeat.

§. 438.

De iis, qui demonſtrationes extra Matheſin improbant.

Qui demonſtrationes extra Matheſin improbat, aut ſaltem reprehendit, quod hoc modo ſtudium diſciplinarum difficile reddatur, vel etiam nimia ſcrupuloſitate enervetur vis argumentorum, quæ hactenus unanimi conſenſu pro fortiſſimis habita; is ſe notionem diſtinctam ſcientiæ non habere ſatis ſuperque prodit, nec eos ſcientia inſtructos eſſe extra dubitationem poſitum eſt. Etenim ſine demonſtratione ſcientia concipi nequit (§. 594. *Log.*). Quodſi ergo quis demonſtrationes extra Matheſin improbat, hoc tamen non obſtante prætendit, absque iſtiusmodi demonſtrationibus extra eandem ad certam ſcientiam perveniri poſſe contendit, cum indignetur, ſi ſcientia ipſi denegetur; ſe diſtinctam ſcientiæ notionem, qua ab opinionibus diſcernitur (§. 602. *Log.*), non habere ſatis ſuperque prodit. *Quod erat unum.*

Quodſi demonſtratorem reprehendat, quod per demonſtrationes diſciplinarum ſtudium difficile reddat, vel etiam quod nimia, quam vocat, ſcrupuloſitate ſua vim argumentorum enervet, quæ hactenus unanimi eruditorum conſenſu pro fortiſſimis habita; is ſufficienter ſignificat, ſe demonſtrare non poſſe ea, quæ affirmat, nec vim demonſtrationum, qua aſſenſus extorquetur, in ſe expertum eſſe. Quamobrem cum id ſaltem ſciamus, quod demonſtrare valemus (§. 598. *Log.*); ipſum ſcientia imbutum non eſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. *Quod erat alterum.*

Non ignotæ ſunt iſtiusmodi querelæ virorum eruditorum, qui nullam demonſtrationis & ſcientiæ notionem habent, ac

verioris Logicæ ſcientia deſtituuntur. Ad domeſticam provocare poteram experientiam; ſed nolo lites ſopitas renovare. In præſenti autem ſilentio prætereundum non erat ſignum deficientis ſcientiæ maxime manifeſtum.

§. 439.

Qualis virtus intellectualis ſapientia ſit.

Sapientia virtus intellectualis materialis eſt. Cum enim ſapientia ſit ſcientia actionibus liberis fines naturæ ſuæ convenientes præſcribendi, media ad eos ducentia eligendi & fines particulares ita ſibi invicem ſubordinandi, ut propiores fiant media remotiorum (§. 678. *Pſych. rat.*); ſapientia ſcientiæ quædam ſpecies eſt. Quoniam itaque ſcientia in genere virtus intellectualis materialis eſt (§. 402.); ſapientia quoque virtus intellectualis materialis eſt.

Monuimus jam alias (*not.* §. 678. *Pſych. rat.*), nos vocabulum ſapientiæ accipere in ſignificatu communi loquendi uſui conforme; ab hoc autem recedere *Ariſtoteleos*. In diſcernendis virtutibus intellectualibus *Ariſtoteles* potiſſimum reſpexit diviſionem diſciplinarum philoſophicarum, ut eſſent earundem genera. Metaphyſicæ ceſſit ſapientiæ nomen & varia recenſentur requiſita, quæ ad Metaphyſicam applicari ſolent. Aſt nolumus ea hic congerere, quæ nobis nullius ſunt uſus. Forſan dubium moveri poterat, cur, cum plures ſint ſcientiarum ſpecies pro diverſitate objectorum, quæ porro abeunt in ſpecies ſubalternas, ſapientia ſaltem tanquam peculiaris quædam virtus intellectualis conſideretur, etſi vi demonſtrationis inter virtutes intellectuales referatur, quatenus eſt ſcientia. Dubium vero hoc facile evaneſcet, modo definitio ſapientiæ probe perpendatur. Etenim ſapientia in eo ſignificatu, in quo vocabulum ſumimus, ſingularis quædam animæ ſeu intellectus humani perfectio eſt, ſicuti etiam pro peculiari *Dei* attributo habetur, quod inter cetera ipſius attributa eminet atque

que ex rebus hujus universi maxime eluceſcit & ſummam Numinis admirationem ac venerationem parit. *Leibnitius* ſapientiam per ſcientiam felicitatis definit. Quamvis autem hæc definitio ad noſtram reduci poſſit; ea tamen, quam nos dedimus, multo clarior, communi loquendi uſui convenientior & ad demonſtrandum ea, quæ ſapientiæ ſint, utilior, ut, ſi illa uti velimus, ex ea ante demonſtranda ſint, quæ in noſtra continentur. Sed hæc clarius eluceſcent ex ſequente tractatione.

§. 440.

Sapiens ſemper agit propter finem & finem quemcunque particularem refert ad finem ultimum totius vitæ. Etenim ſapientia exigit, ut ſingulis actionibus noſtris fines naturæ noſtræ convenientes præſcribamus (§. 678. *Pſych. rat.*). Quamobrem neceſſe eſt, ut ſapiens ſemper agat propter finem. *Quod erat unum.*

Quomodo ſapiens agat propter finem.

Enimvero cum ſapientia quoque exigat finium particularium ſubordinationem, ita ut propiores fiant media remotiorum (§. 678. *Pſych. rat.*), detur autem finis omnium actionum humanarum ultimus (§. 28. 29. *part. 2. Phil. pract. univ.*), quem homo in omnibus ſuis actionibus directe intendere debet (§. 30. *part. 2. Phil. pract. univ.*); ſapiens qui eſt, omnino finem quemcunque particularem ad finem ultimum omnium actionum ſuarum, ſeu totius vitæ refert. *Quod erat alterum.*

Principia generalia ſapientiæ jam tradidimus in Pſychologia (§. 678. *& ſeqq. Pſych. rat.*), ut inde notionem ſapientiæ ſummæ atque perfectiſſimæ exſculperemus (§. 689. *Pſych. rat.*), eamque Deo vindicare poſſemus (§. 640. *part. 1. Theol. nat.*). Et quoniam ſapiens actionum ſuarum omnium directio

ctio ad vitam perfectam, moralem ſcilicet, quæ eſt complexus omnium actionum liberarum (§. 7. *part. 2. Phil. pract. univ.*), abſolute neceſſaria eſt (§. 60. *part. 2. Phil. pract. univ.*); multa quoque ad ſapientiam ſpectantia in Philoſophia practica univerſali tradidimus. Alibi igitur jam dicta hic non repetimus, ea tamen relegenda & huc trahenda ſunt. Probe autem notandum eſt, ſapientem ſe nondum probare eum, qui propter finem agit: cum enim is referendus ſit ad finem vitæ ultimum, qui non ab arbitrio hominis dependet, ſed lege naturæ immutabili præſcribitur (§. 30. *part. 2. Phil. pract. univ.*), is demum ſapiens eſt, qui finem intendit ad hunc ultimum per modum medii ſe habentem. Vix concipi poterit caſus, in quo homo non agat propter finem quendam, ſiquidem notionum confuſarum rationem habere volueris & dependentiam actionis præſentis a fine quodam remotiori, de quo in præſenti parum cogitat agens. Sed hoc minime ſufficit, ut ſapiens dicatur. Actioni unicuique particulari præſcribendus eſt finis diſtincte cognitus, nec fini ultimo contrarius. Agunt etiam bruta naturæ ſuæ convenienter propter certos fines, non ſecus ac ſi eosdem intenderent, nec minus res ipſæ *inanimatæ*; non tamen propterea ipſis tribuitur, nec tribui poteſt ſapientia. Sane machinæ quoque ab hominibus conſtructæ, veluti molendina & horologia, propter finem agunt, ſed quem ipſæmet nec cognoſcere, nec intendere poſſunt. Nemo autem adeo abſurdus eſt, ut machinis ſapientiam tribuere audeat. Homines improbi & malitioſi quoque agunt propter finem; id tamen nemo ſapientiæ ipſorum tribuet, quia fines iſtos fini actionum humanarum ultimo e diametro contrarios intendere non debebant. Actio igitur ſapientis ſupponit finem ultimo, quem intendere debemus, per modum medii non quidem ſemper proximi, ſed nunc propioris, nunc remotioris, prouti fert caſus, ſubordinatum (§. 40. *part. 2. Phil. pract. univ.*).

§. 441.

§. 441.

Quoniam ſapientis eſt finem, propter quem agit, ad finem ultimum totius vitæ, ſeu omnium actionum liberarum (§. 7. *part. 2. Phil. pract. univ.*), referre (§. 440.), finis autem ultimus eſt ſui aliorumque perfectio (§. 28. *part. 2. Phil. pract. univ.*), conſequenter lege naturali præceptus (§. 152. 223. *part. 1. Phil. pract. univ.*); *agere propter finem legi naturæ adverſum ſapientiæ repugnat.* *Quando propter finem agere ſapientiæ adverſum.*

Qui intendit, quod lege naturali prohibitum, propter finem illicitum agit (§. 170. 617. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Agere autem propter finem illicitum ſapientiæ adverſatur. In ſapientia dijudicanda ſemper ſpectanda eſt moralitas ex lege naturæ æſtimanda, nec ſine ea concipitur ſapientia. Qui præciſa moralitate ſapientiam ſpectant, ſibi atque aliis imponunt fallaci quadam ſpecie. Sapientia virtus intellectualis materialis eſt (§. 439.), quæ præciſa materia, ad quam refertur, ſpectari nequit (§. 143.).

§. 442.

Medium certum, aut, ſi mavis, *verum* dicitur, quo finem intentum conſequimur, ſeu nos conſequi poſſe ſcimus. Quoniam itaque certam rerum cognitionem ſcientia parit (§. 595. *Log.*); *an medium certum ſit, nobis conſtare nequit, niſi demonſtrare valeamus, nos eodem finem intentum conſequi poſſe* (§. 598. *Log.*), *aut a poſteriori ſatis conſtet, tali medio talem finem nos conſequi poſſe* (§. 567. *Log.*). *De medio certo.*

Nihil eſt frequentius, quam ut in eligendis mediis hallucinentur homines, tum quatenus ſcientia deſtituti, tum quatenus cœci ſunt aliorum imitatores (§. 208. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Qui finem ſerio intendit, media eligere debet certa,

quæ quod certa ſint, aliter quam vel a priori, vel a poſteriori cognoſcere nequit. Tutiſſimum tamen eſt, ſi & a priori, & a poſteriori mediorum certitudo cognoſcatur.

§. 443.

De mediorum electione.

Sapientis eſt non modo eligere media certa, verum etiam lege naturæ minime prohibita. Cum ſapiens agat propter finem (§. 441.), neceſſe eſt ut etiam velit finem, quem intendit, conſequi. Quamobrem cum media certa ſint, quibus finem intentum conſequi poſſumus (§. 442.); ſapientis utique eſt media certa eligere. *Quod erat unum.*

Enimvero nemo ſe ab obligatione ſua ſe ipſum liberare poteſt (§. 674. *part. 3. Jur. nat.*), conſequenter nec facere, quod lege naturæ prohibitum (§. 163. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamvis itaque ad ſapientiam obligemur (§. 254. *part. 1. Jur. nat.*), & ſapientis ſit eligere media certa *per demonſtrata n. 1.* non tamen propterea licet uti mediis lege naturæ minime prohibitis. *Quod erat alterum.*

Quemadmodum in fine determinando hallucinantur homines (*not.* §. 441.); ita non minus contingit, ut permiſſa putentur media, modo videantur certa, nec quando de mediis deliberatur ulla eſt de eorum moralitate ſollicitudo, quaſi finis licitus efficiat quoque media licita. Antequam igitur mediis uti poſſis, neceſſe eſt, ut certus ſis, ea non eſſe illicita. Provocamus hic ſaltem ad legem naturæ, unde petenda ſit deciſio, cum extra ſphæram philoſophiæ non progrediamur. Quæ vero ad forum theologicum ſpectant, ea ex fontibus ſibi propriis deducenda relinquimus: neque enim falcem immittimus unquam in meſſem alienam. In Philoſophia morali non tradimus niſi ea, quæ beneficio rationis cognoſci poſſunt, nec ea immiſcemus, quæ ad Theologiam moralem ſpectant.

§. 444.

§. 444.

Quoniam ſapientis eſt eligere media certa (§. 443.), certa vero ſunt media, quibus finem intentum conſequimur (§. 442.); *ſapientis eſt non ante deliberare de mediis, quam ubi notionem finis diſtinctam* (§. 88. *Log.*), *eamque ſufficienter determinatam habuerit* (§. 123. *Log.*), *ut ſcilicet media eligat, quibus finem ex aſſe conſequi poteſt* (§. 684. *Pſych. rat.*).

De eo, quod deliberatio de mediis ſupponit.

Monuimus jam alias, finem, quem intendimus, plerumque multa involvere (§. 683. *Pſych. rat.*). Quodſi ergo eundem ex aſſe conſequi velimus, neceſſe eſt ut talia ſint media, quibus compotes reddimur eorum omnium, quæ finis involvit (§. 684. *Pſych. rat.*): id quod utique vult ſapiens, dum propter finem agit (§. 441.). Agere nimirum propter finem aliud non eſt, quam dare operam, ut ea omnia conſequamur, quæ finis involvit. Equidem non ſemper in poteſtate noſtra eſt, ut finem intentum ex aſſe conſequamur, atque tum ultra id, quod in poteſtate noſtra eſt, obligari non poſſumus (§. 176. *part. 1. Jur. nat.*); danda tamen opera eſt, ne id culpa noſtra contingat, nobis omnino imputanda (§. 722. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quemadmodum in id eniti debemus, ut ſimus perfecti (§. 180. *part. 1. Jur. nat.*), etſi fieri non poſſit, ut omnimodam perfectionem conſequamur; ita quoque pati non debemus, ut in electione mediorum deſideretur diligentia noſtra. Sicuti ad recte agendum obligamur (§. 189, *part. 1. Phil. pract. univ.*); ita etiam obligamur ad rectam mediorum electionem. Nemo autem inficiabitur, tum demum recta eſſe media, ſi eorum ope finem intentum ex aſſe conſequi poſſumus. Aliud certe eſt medium finis ex parte conſequendi, qui tunc integer intendi nequit; aliud medium finis, qui intenditur, & qualis intenditur, conſequendi. Videmus itaque, quam ſollicite ante expendendus ſit finis, quam de mediis eum conſequendi deliberetur.

§. 445.

De animo deliberato ſapientis.

Sapiens nil agere debet absque animo deliberato. Etenim ſapiens probe expendere debet, utrum finis, propter quem agere vult (§. 440.), legi naturæ adverſetur, an non (§. 441.), & operam dare, ut notionem ejus diſtinctam & ſufficienter determinatam acquirat (§. 444.). Non minus probe expendere debet, num media, quæ eligit, ſint certa, nec lege naturæ prohibita (§. 443.), & num eorum ope finem ex aſſe conſequi poſſit (§. 444.). Quoniam itaque animo deliberato fit, quod quis ante probe expendit, num potius fieri, quam non fieri, & quomodo fieri debeat, antequam faciat (§. 387. *part. 3. Jur. nat.*); ſapiens nil agere debet absque animo deliberato.

Diximus jam ante (*not.* §. 444.), deliberationem eſſe duplicem, alteram de fine, alteram de mediis. In utroque quid obſervandum ſit, oſtendimus quoque ante (§. 440. *& ſeqq.*). Quoniam tamen in deliberando prudentiæ quoque ſunt partes, nos vero ea, quæ ſunt ſapientiæ, ab his, quæ prudentiæ ſunt, diſtinguimus, ne virtutes intellectuales diverſæ inter ſe confundantur, quemadmodum vulgo fieri ſolet; de iis deinceps dicemus. Inſtituuntur autem deliberationes cum de tota vita, tum de partibus vitæ: ſit ita quod jam olim auditæ ſint querelæ non injuſtæ, de partibus vitæ deliberare omnes, de tota vita neminem. Et pendent deliberationes de partibus vitæ a deliberatione de tota vita, quatenus non modo ſapientia jubet fines particulares referre ad finem ultimum (§. 440.), ideoque etiam ad finem totius vitæ, qui huic immediate ſubeſt; verum etiam prudentia in mediorum electione finis totius vitæ rationem habere jubet, pro diverſitate vitæ generis diverſi. Deliberationes in eodem caſu indies, vel ſæpius recurrente non eſſe repetendas, ſatis liquet, quia deliberationes præteritæ influunt in actionem in caſu præſenti. Hoc ſaltem obſer-

servandum est, ad quod circumstantiæ præsentes agentem determinare solent, pro casu eodem habendum non esse, qui in genere spectatus saltem idem est, minime vero propter circumstantias alias sive diversas, sive superaccedentes in specie pro eodem haberi potest. Cum enim casus varient pro varietate circumstantiarum, quibus præsentibus agens agit, vel non agit, & casus quilibet determinetur, si determinentur circumstantiæ, sub quibus actio aliqua possibilis (§. 180. *part. 2. Phil. pract. univ.*); circumstantiæ sunt determinationes, per quas constituuntur genera & species casuum atque prorsus singulares ab iis discernuntur (§. 236. *& seqq. Ontol.*). Ad particularia jam non descendimus: pertinent enim ea ad consultatoriam, de qua in præsenti agere non est nostri instituti.

§. 446.

De scientia ad sapientiam requisita.

Ad sapientiam requiritur scientia legum naturalium, actionum humanarum & negotiorum vitæ tam publicorum, quam privatorum. Etenim sapiens agere non debet propter finem lege naturæ prohibitum (§. 441.), nec eligere media eadem lege prohibita (§. 443.). Quamobrem cum necesse sit, ut certam habeat legum naturalium cognitionem, eam vero pariat scientia (§. 595. *Log.*); ad sapientiam requiritur scientia legum naturalium. *Quod erat primum.*

Quoniam sapiens agere debet propter finem (§. 440.) & eligere media certa (§. 443.), quibus scilicet finem se consequi posse certus est (§. 442.); certam actionum humanarum cognitionem habere debet: quam cum pariat scientia (§. 595. *Log.*), sapiens actionum humanarum scientiam habere debet. *Quod erat secundum.*

Denique cum negotium sit complexus omnium

actionum ad aliquid obtinendum, vel efficiendum requiſitarum (§. 68. *part. 7. Jur. nat.*), idque vel publicum, quod ad civitatem univerſam ſpectat, vel privatum, quod nonniſi perſonam ſingulorum reſpicit (§. 27. *part. 8. Jur. nat.*). Sapientis vero eſt definire, num & quomodo agendum ſit (§. 678. *Pſych. rat.*); quin ſapiens certam habere debeat negotiorum humanorum tam publicorum, quam privatorum cognitionem, dubitari nequit. Quoniam itaque ſcientia inſtructus certam rei cognitionem habet (§. 595. *Log.*); ad ſapientiam requiritur ſcientia negotiorum tam publicorum, quam privatorum. *Quod erat tertium.*

Ut propoſitio præſens recte & quantum ſatis eſt intelligatur, unum atque alterum notandum eſt quoad ſingulas ejus partes. Indiſpenſabilis neceſſitas nihil faciendi, quod legi naturæ adverſatur, conſequenter quod eadem non ſit præceptum, vel permiſſum (§. 164. 165. *part. 1. Phil. pract. univ.*), quæ a lege naturæ venit (§. 142. 118. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ſapientem in omni actione tenet, a qua ne latum quidem unguem recedere poteſt, niſi ſapientiæ laudem labe quadam inficere velit. Lex naturæ docet, quid debitum, licitum & illicitum (§. 170. *part. 1. Phil. pract. univ.*), honeſtum atque inhoneſtum (§. 171. *part. 1. Phil. pract. univ.*), juſtum & injuſtum, æquum & iniquum (§. 239. 240. *part. 1. Phil. pract. univ.*), decorum & indecorum ſit (§. 204. *part. 1. Phil. pract. univ.*) & ad recte agendum nos obligat (§. 189. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem niſi admodum imperfecta eſſe debet ſapientia, ad eandem intimior requiritur Juris naturæ atque Gentium ſcientia, ut ideo qui ſapientia excellere debent, juris quoque illius ſcientia præſtare debeant, & quo latius extenditur eorum ſapientia, eo quoque amplior ſit neceſſe eſt eorundem ſcientia juris illius. Sapientis utique non eſt aggredi opus, quod viribus ſuis impar. Noſſe omni-

no debet, quid valeant humeri, quid ferre recuſent. Non igitur ſufficit noſſe in genere, quid fieri, vel non fieri ab homine poſſit; ſed actionum humanarum intimior requiritur ſcientia, ut pateat, quomodo per uſum facultatum animæ atque virium noſtrarum & per cetera, quæ ad hoc requiruntur, ut quid in poteſtate ſit (§. 175. *part. 1. Jur. nat.*), determinetur. Quo intimior itaque fuerit actionum humanarum ſcientia, eo major quoque erit ſapientia. Cum enim non perfecta detur in homine ſapientia, ea ſuos habet gradus, quorum alii eandem ad perfectam propius admovent, alii ab eadem longius removent. Negotia humana tam publica, quam privata multa admodum ſunt, quemadmodum alias jam monuimus (*not.* §. 27. *part. 8. Jur. nat.*). Omnia regit ſapientia & prudentia. Theorias illorum completas nondum habemus, etſi paſſim tradantur, quæ in iis gerendis uſui eſſe poſſunt. De Theoria negotiorum publicorum prolixius diſſerui in Horis ſubſecivis Marburgenſibus: ad utraque ſpectantia tradam partim in Philoſophia morali, partim in civili. Sed condere theoriam completam vel in gerere, vel de hoc, aut iſto negotio in ſpecie, mihi non vacat, nec ad inſtitutum meum, quod proſequar, quamdiu Deus vitam viresque corporis ac animi conſervaverit, apprime ſpectat. Ceterum cum non quævis negotia ſint cujusvis, nec fieri poſſit, ut unus hominum in omnibus ſit ſapiens (§. 692. *Pſych. rat.*); ideo nec omnium negotiorum ſcientia ad ſapientiam promiſcue omnium requiritur. Idem quoque intelligitur de ſcientia ceterorum, quæ ad ſapientiam neceſſaria ſunt.

§. 447.

Si alios imitamur in caſu ſimili, quos fine ſuo potitos novimus, ſcientiæ defectum ſupplet experientia. Etenim qui alios imitatur, quos fine ſuo potitos novit, in caſu ſimili, is actionem ſuam ad illorum actionem conformat (§. 204. *part. 2. tit. Experientia quomodo defectum ſcientiæ ſuppleat. Phil.*

Phil. pract. univ.), ideoque idem facit in caſu præſenti, quod fecerunt alii in caſu ſimili. Quodſi caſus præſens revera fuerit præterito ſimilis, cum uterque per eosdem circumſtantias determinetur (§. 209. *part. 2. Phil. pract. univ.*); idem omnino factis iisdem, quæ in caſu altero facta fuerunt, obtineri debet, quod tum obtinebatur, niſi impedimenta nunc ſeſe offerant, quæ in anteriori caſu non aderant, quæ etiam caſum præſentem anteriori diſſimilem faciunt. Quamobrem cum a poſteriori certum ſit, factis hiſce nos fine quæſito potiri poſſe (§. 567. *Log.*); experientia defectum ſcientiæ, quæ alias certitudinem cognitionis parit (§. 595. *Log.*), ſupplet (§. 654. *Log.*).

Cum admodum rara ſit ſcientia omnibus ſuis numeris abſoluta, plerorumque etiam ſapientia expectatione caſuum ſimilium terminatur (§. 503. *Pſycb. empir.*). Vix tamen imitatio aliorum ad ſapientiam referri poteſt, niſi quando revera ſit in caſu ſimili, conſequenter niſi notionem ſufficienter determinatam caſus dati habemus. Et tunc demum caſus præteriti diſtincta cognitio & eorum, quæ in eodem facta fuerunt non ſine ſucceſſu, ſcientiæ defectum ſupplet, quoniam propoſitio vera eſt, ac ideo in ſe talis, ut demonſtrari poſſit, quamvis nos eam demonſtrare non valeamus. Docet experientia, quantum ſibi ſapienter agendi habitum experientia comparent qui ingenio acuto præditi ſunt, ut non minus accurate ſingula obſervare, quam caſuum ſimilitudinem diſcernere valeant. Neque inficiare poſſumus, quod illorum plus valeat experientia, quam aliorum ſcientia. Hoc tamen non obſtante nec ex adverſo negandum, ſcientiam fundamento firmiori niti, quam caſuum ſimilium expectatione. Ad omnimodam autem certitudinem, quæ ſecuritatem eventus præſtat, quantum per rerum naturam locum habere poteſt, conducit ſcientiæ & experientiæ connubium, quod plus ſimplici vice jam alibi, occaſione ita ferente, commendavimus. §. 448.

§. 448.

Si negotia ab aliis gesta accurate pensitemus, inquirentes in finem ab ipsis intentum, examinantes media, quibus usi fuerunt, & quid ad finem consequendum contulerint, discernentes ab eo, quod fortunæ debetur, quodsi vero contrarius fuerit eventus, scrutantes rationes, cur is talis fuerit; sapientia haud parva capiet incrementa. Quodsi enim nobis exploratus fuerit finis, propter quem alii egerunt, constiterit de mediis, quibus ad eundem consequendum fuerunt usi, nec ignoretur, quanta contulerint ad finem consequendum, aut quænam impediverint, quo minus eundem consequi potuerint; tum novimus, quid finis hujus consequendi causa fieri debeat, quid sit vitandum, aut declinandum, ne adhibitis istis mediis eventus irritum efficiat successum. Quamobrem cum sapientiæ sit electio mediorum ad finem ducentium (§. 678. *Psych. rat.*); si negotia ab aliis gesta accurate pensitemus, quemadmodum fieri sumsimus, sapientia haud parva capiet incrementa. *Quomodo exempla aliorum conducant ad sapientiam augendam.*

Hoc modo proficere non saltem possunt ac debent, qui scientiæ non sunt capaces, sed etiam illi, qui multa rerum scientia, habitu demonstrandi & arte inveniendi præstant: quoniam hi casus accurate determinare & quantum valeant media ostendere possunt, ut sapientia per modum scientiæ, qualis esse debet (§. 678. *Psych. empir.*), promoveatur ac theoria negotiorum perficiatur. Equidem non cujusvis est istiusmodi negotiorum ab aliis gestorum discussio; non tamen propterea desinit esse medium sapientiæ, nec propterea inutilis est aliis, quorum vires transcendit: etenim qui hoc modo proficiunt, consilio suo ceteros juvare possunt ac debent (§. 185. *part. 1. Jur. nat.*). Et si hoc modo theoria negotiorum perficeretur, imbecillioribus quoque consuleretur, quemadmodum inven-

tores inventis ſuis proſunt aliis, qui ipſimet veritatem latentem per ſe detegere non poterant. Nihil frequentius eſt, quam ut de mediis judicent homines ex eventu, atque ideo contingit, ut pro certis habeantur, quæ non ſunt, vel etiam rejiciantur, quæ certa ſunt, cum non perpendant, quid tribuendum ſit fortunæ. Quamobrem patet, quam neceſſe ſit, ut in diſcuſſione negotiorum geſtorum non admittantur, niſi quæ demonſtrari poſſunt, ut, quæ experimur, vi demonſtrationis ad ſcientiam perducantur, & per conſequens qui hoc labore recte defungi voluerit habitu demonſtrandi gaudeat.

§. 449.

De exemplis improborum.

Si homines improbi in negotiis pravis utuntur mediis certis; eorum discuſſio prodeſt meditantibus ad ſapientiam. Homines improbi in negotiis pravis agunt propter finem illicitum, vel utuntur mediis illicitis, ſi vel maxime finis in ſe illicitus non ſit. Quodſi vero utantur mediis certis, talia ſeligunt media, quibus finem conſequi poſſunt (§. 442.). Quamobrem cum ſapientis ſit eligere media certa (§. 443.), atque ad hanc electionem concurrant actus intellectus & facultatum ceterarum, quarum miniſterio is utitur (§. 14.), qui quatenus faciunt ad certitudinem mediorum in ſe ſpectati præciſa moralitate, quæ ab objecto venit, indifferentes ſunt, immo præterea omnibus inſint notiones univerſales, quæ vi acuminis abſtrahi poſſunt; quin negotiorum pravorum diſcuſſio, ſi homines improbi in negotiis pravis utantur mediis certis, proſit meditantibus ad ſapientiam dubitandum non eſt.

Illud per ſe patet, exempla hominum improborum nos docere, quid ſit vitandum, ſive peccent in finis intentione, ſive in mediorum electione, ut ideo ex iis ſapere diſcamus, ne quid

quid ſimile committamus. Datur enim etiam ſapientia privativa, quæ conſiſtit in non agendo, quod utilitatis noſtræ cauſa agere poteramus, nec ea abhorret a notionibus communibus, & convenit iis, quæ antea de fine & mediis oſtendimus (§. 441. 443.). Sed de re ſatis manifeſta in præſenti dicere noluimus. Agit propoſitio noſtra de ſapientia poſitiva, quatenus ea requirit certos facultatum cognoſcendi actus & præterea actus quoque alios externos. Quemadmodum illi indifferenter ſe habent ad bonum & malum, ſi in ſe ſpectentur; ita quoque hi non omnes in ſe illiciti ſunt, ſed demum fiunt ob circumſtantias præſentes, & ſi vel maxime in ſe illiciti ſint, non tamen obſtat, quo minus inde abſtrahantur notiones univerſales in ſe nihil vitii habentes. Quoniam exempla indies ubivis obvia ſunt, iis recenſendis immorari nolumus. Actuum humanorum tam internorum, quam externorum dantur ſicuti uſus, ita etiam abuſus. Cognoſcendi iidem ſunt propter uſum, non propter abuſum. Perinde vero eſt, ſive uſus, ſive abuſus nos ducat ad eorum cognitionem.

§. 450.

De idea exemplari ſapientiæ divinæ.

Ad ſapientiam plurimum conducit idea exemplaris ſapientiæ divinæ diſtincte agnitæ & exemplis ex rerum naturalium contemplatione petitis illuſtratæ. Cum ſapientia Dei ſit ſumma atque perfectiſſima (§. 640. *part. 1. Theol. nat.* & §. 293. *part. 2. Theol. nat.*), idea exemplaris ſapientiæ excellentior haberi nequit, quam divinæ. Quamobrem ſi ſapientiam intime perſpicere velimus, eam diſtincte agnoſcere debemus ex iis, quæ de eadem demonſtrantur in Theologia naturali (§. 603. & *ſeqq. part. 1. Theol. nat.*). Et quoniam mundus hic adſpectabilis & quicquid in eodem exiſtit eſt ſpeculum ſapientiæ divinæ quoad nexum univerſalem omnium cum omnibus (§. 806. *part. 1. Theol. nat.*) atque ens omne, quatenus ſpectatur

cum ceteris in ſyſtema relatum Deum repræſentat tanquam ſapientem (§. 819. *part. 1. Theol. nat.*); exempla ex rerum contemplatione petitis notionem ſapientiæ divinæ illuſtrant (§. 259. *part. 2. Phil. pract. univ.*), & ideam exemplarem animo noſtro ingenerant. Quamobrem cum rectius intelligantur, quæ docentur, ſi animum ad exempla advertimus (§. 260. *part. 2. Phil. pract. univ.*), eademque realitatis notionum nos convincant (§. 265. *part. 2. Phil. pract. univ.*) atque veritatis eorum, quæ in Philoſophia practica docentur (§. 269. *part. 2. Phil. pract. univ.*), & agendi modum omnium optime doceant (§. 275. *part. 2. Phil. pract. univ.*); idea exemplaris ſapientiæ divinæ diſtincte agnitæ & exemplis ex rerum naturalium contemplatione petitis illuſtratæ ad ſapientiam plurimum conducat neceſſe eſt.

Deum quoque agnoſcere debemus, ut eum imitemur, conſequenter actiones noſtras ad actiones ipſius conformare ſtudeamus (§. 204. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Convenit hoc maxime fini ultimo actionum humanarum, qui tandem reducitur ad aptitudinem repræſentandi perfectionem Dei ſummam (§. 29. *part. 2. Phil. pract. univ.*), conſequenter etiam ſapientiam ipſius. Habet homo aptitudinem iſtiusmodi naturalem vi eorum, quæ ipſi natura inſunt, ſicuti entia cetera omnia: cum vero actiones liberas per easdem rationes finales determinare debeamus, per quas naturales determinantur (§. 179. *part. 1. Phil. pract. univ.*); quatenus homo eſt agens liberum in actionibus quoque ſuis perfectionem Dei, ideoque & ſapientiam ejus repræſentare debet. Vide, quæ alias ea de re annotavimus (*not.* §. 29. 31. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quoniam fines a Deo intenti ſunt ea, quæ ex natura & eſſentia rerum naturalium conſequuntur, & eſſentiæ atque naturæ rerum ſunt media, quibus is fines ſuos conſequitur (§. 645. *part. 1. Theol. nat.*); ad ideam exemplarem animo ingignendam

dam facit finium contemplatio. Ac ideo partem Philoſophiæ naturalis quoque fecimus Teleologiam, quæ fines rerum explicat (§. 85. *Diſc. prælim.*), atque oſtendimus in Teleologia cognitionem Dei ex Theologia naturali hauſtam confirmari (§. 101. *Diſc. prælim.*). Compendium quoddam ſcientiæ hujus exhibuimus in parte ſecunda & tertia Phyſicæ dogmaticæ idiomate Germanico conſcriptæ, quarum illa inſcribitur de finibus rerum naturalium, hæc de uſu partium in corpore animali, præſertim humano, & in plantis. Et optandum foret, ut hæc philoſophiæ naturalis pars diligentius excoleretur, &, quæ in ea traduntur, ad ſenſum communem reducerentur (§. 242.). Immo ipſa illuſtratio ſapientiæ divinæ ex Theologia naturali agnitæ per ea, quæ in Teleologia traduntur, ſi non promiſcue per omnia, per plurima tamen ad communem ſenſum reducitur. Quoniam vero Deus mundum quoque ſapientia ſua gubernat (§. 902. *part. 1. Theol. nat.*), eundem vero gubernat, dum omnia inter ſe connectit (§. 901. *part. 1. Theol. nat.*), ipſaque gubernatio eſt directio actionum ad certum finem (§. 899. *part. 1. Theol. nat.*); ad ideam exemplarem ſapientiæ divinæ amplificandam & inde ſapientiam noſtram locupletandam facit accurata obſervatio eorum, quæ in ſerie ſucceſſivorum ſe invicem conſequuntur, quatenus quæ præcedunt ſe habent per modum medii ad ea, quæ inde conſequuntur. Providet quoque Deus ſapientia ſua creaturis (§. 928. *part. 1. Theol. nat.*), per nexum rerum in hoc univerſo §. 927. *part. 1. Theol. nat.*). Quare ſi ad providentiam divinam animum attendamus, id ſapientiæ divinæ, quam imitari debemus, agnoſcendæ haud exiguum adjumentum affert, præſertim cum providentia divina ſeſe extendat ad omnia, quæ ſunt ac fiunt in hoc univerſo, nec quicquam judicari debeat adeo abjectum, ad quod ſeſe eadem non extendat (§. 925. *part. 1. Theol. nat.*).

§. 451.

De arte inveniendi ad ſapientiam requiſita.

Ad ſapientiam conducit ars inveniendi. Etenim ſapientis eſt eligere media, quibus finem intentum conſequi poteſt (§. 443.). Quodſi ergo nondum conſtet, quibusnam mediis finis quæſitus obtineri poſſit; ex fine cognito colligendum, quænam ſint media adhibenda, ut eodem potiamur. Quamobrem cum habitus ex veritatibus cognitis alias incognitas colligendi ſit ars inveniendi (§. 454. *Pſych. empir.*); ad ſapientiam ars inveniendi conducit.

Qui arte inveniendi deſtituitur, quando ignorat media, vel aliorum conſilium fruſtra requirit, aut ab agendo deſiſtere debet, aut ſi agendi neceſſitas incumbat, eventum omnem fortunæ committere. Non igitur eſt, quod objicias, cum ſapienter agere omnes debeamus, artem vero inveniendi pauciſſimi homines conſequantur; ad ſapientiam perperam requiri artem inveniendi. Notanter quoque ideo diximus ad ſapientiam conducere artem inveniendi, quia eadem non opus habemus in quocunque caſu, in quo ſapienter agendum; ſed tunc ſaltem, quando media nondum cognita ſunt, ideoque adhuc latent. Et quemadmodum inventorum eſt novis acceſſionibus ſcientiam augere; ita quoque eorundem eſt iis, quæ arte ſua detegunt, locupletare ſapientiam, aut, ſi mavis eam ſcientiam, qua ſapientia promovetur.

§. 452.

Quando ars inveniendi ſapientiæ proſit.

Ars inveniendi ſapientiam parum juvat, niſi perſpectæ ſint veritates ad uſum vitæ compoſitæ, ſeu quæ utiles ſunt in negotiis humanis. Etenim qui veritatem a priori invenire vult, veritates in eo genere jam inventas ſibi familiares reddere tenetur (§. 328.). Quamobrem cum ex demonſtratione propoſitionis præcedentis pateat, artem inveniendi conducere

ad

ad ſapientiam, quatenus ex iis, quæ de fine cognita ſunt, inveniri debent media, quæ ad eundem ducunt, conſequenter quid facere debeamus, & quibus auxiliis uti, ut eundem conſequamur; ideo neceſſe eſt, ut artem inveniendi ad ſapientiam promovendam exerciturus cognitas atque perſpectas habeat veritates ad uſum vitæ compoſitas, ſeu in negotiis humanis utiles. Ars itaque inveniendi ſapientiam parum juvat, niſi perſpectæ ſint veritates ad uſum vitæ compoſitæ, ſeu quæ utiles ſunt in negotiis humanis.

Oſtendimus jam ſuperius (§. 329.), eum, qui in certa quadam diſciplina veritates cognitas atque perſpectas habet, & earum ope veritates alias in eadem felici ſucceſſu detegere valet, non tamen propterea in diſciplina alia eodem ſucceſſu veritatem per ſe invenire valere. Quamobrem cum ſapientia ſeſe exerat in actionibus humanis, & eadem opus habeamus in omni negotio humano; haud difficulter apparet, qualis rerum cognitio præſupponatur, ſi ars inveniendi utilis eſſe debeat ad ſapientiam promovendam. Cum ars inveniendi virtus intellectualis formalis ſit (§. 322.), ideoque præciſa materia, circa quam verſatur, in genere ſpectetur (§. 143.); per ſe patet, ubi exerceri debet, eam reſtringi ad materiam, circa quam exercetur. Aſt quoniam inventoris nomen abſque addito tribuitur promiſcue unicuique, qui in quocunque genere veritates latentes detegit; ideo contingit, ut artem ſuam inveniendi in omni ſcientiarum genere ſufficere arbitrentur, qui eundem in certo quodam genere utiliter exercent. Conſultum igitur videbatur propoſitionem præſentem jungere præcedenti, ne ea in perverſum ſenſum trahatur. Confirmatur autem præſens a poſteriori. Inventor Geometra, inprimis Analyſta recentior, omni arte ſua nihil efficiet, ut inveniantur, quæ ad ſapientiam proſunt. Veritates enim geometricæ ad ſapientem actionum directionem nihil conferunt. Fieri poteſt, ut qui in Analyſi infinite parvorum ad miraculum

usque, ſi hyperbolice loqui liceat, excellat, & ne micam quidem ſapientiæ habeat ſtoliditatem prodens in omnibus ceteris ſuis actionibus.

§. 453.

De præcipitantia in eligendis mediis vitanda.

Sapientis eſt in eligendis mediis præcipitantiam vitare. Conſtat vel a poſteriori, non omnia media eſſe ejusdem valoris, alia aliis eſſe faciliora, alia ad finem conſequendum aptiora, prouti plura eorum, quæ involvit, vel omnia iisdem conſequi datur, alia eſſe minus ſumtuoſa, alia non per ambages, ſed breviori via ad finem ducere, & ſi qua talia plura fuerint, quibus media inter ſe differunt. Quamobrem cum lex naturæ perfectiva nos obliget ad id, quod melius eſt altero, eidem præferendum (§. 192. *part. 1. Phil. pract. univ.*); eadem quoque obligat ſapientem ad media meliora ceteris præferendum. Quamobrem non quodlibet medium ſibi ſuccurrens, vel quomodocunque oblatum ſtatim arripere, ſed omni ſollicitudine inquirere debet, annon adhuc proſtent alia, & quando plura offeruntur, quodnam ceteris præſtet, expendere, conſequenter ad eligendum medium ſe determinare non debet, ſepoſito omni uſu facultatum cognoſcendi ad rectitudinem electionis requiſito. Quoniam itaque præcipitantia in agendo eſt determinatio ſui ad agendum, ſepoſito omni facultatum cognoſcendi uſu ad rectitudinem actionis requiſito (§. 772. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ſapientis eſt in eligendis mediis præcipitantiam vitare.

Non eſt quod urgeas, præcipitantiæ non ſaltem locum eſſe in eligendis mediis, verum etiam in determinatione finis. Cum enim fines particulares intendantur propter aliud; habent

bent se ad hoc ipsum per modum medii ad finem. Ita qui Theologiam studere vult, is intendit muneri ecclesiastico aliquando admoveri. Studium itaque Theologiæ spectandum est tanquam medium, quo aptus efficitur ad istiusmodi munus obeundum. Quamobrem quæ de præcipitantia in eligendis mediis vitanda dicuntur, facile quoque ad determinationem finis applicantur, ubi opus fuerit. Ceterum cum ante demonstraverimus sapientem nil agere debere absque animo deliberato (§. 445.), cui quod repugnet præcipitantia in agendo satis manifestum est (§. 387. *part. 3. Jur. nat. & §. 772. part. 1. Phil. pract. univ.*), deliberatio autem sapientis altera de fine, altera de mediis existit (*not.* §. 445.); inde quoque colligitur, sapientem evitare debere præcipitantiam tam in determinando fine, quam in eligendis mediis. Immo quia præcipitantiæ non minus locus est in determinatione finis, quam in electione mediorum, præcipitantia vero in agendo culpa est (§. 774. *part. 1. Phil. pract. univ.*), ast culpa quævis vitanda (§. 299. *part. 1. Jur. nat.*); etiam inde liquet, præcipitantiam vitandam esse tam in finis determinatione, quam in mediorum electione.

§. 454.

Sapiens actionum directio medium felicitatis est, Qui enim actiones suas omnes sapienter dirigit, vitam perfectam vivit (§. 60. *part. 2. Phil. pract. univ.*), consequenter felicitatem suam aliorumque directe intendit (§. 51. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum felicitas finis sit (§. 617. *part. 1. Phil. pract. univ.*), & vitam perfectam vivendo eam consequi studeamus (§. 616. *part. 1. Phil pract. univ.*), & quia vitæ perfectæ studentes ne latum quidem unguem a lege naturali recedere debemus (§. 17. *part. 1. Phil. pract. univ.*), felicitatem quoque actu consequamur (§. 396. *part. 1. Phil. pract. univ.*); vita perfecta medium felicitatis est (§. *De sapiente actionum directione.*

937. *Ontol.*), consequenter etiam sapiens actionum directio.

Patet hinc ratio, cur *Leibnitius* in præfatione ad Codicem Juris Gentium diplomaticum sapientiam definiverit per scientiam felicitatis, quia scilicet sapientiam, quæ in directione actionum locum unice habet (§. 678. *Psych. rat.*), agnovit esse medium felicitatis. Ceterum nobis motivum sapientiæ est, quod sit felicitatis medium.

§. 455.

Id ulterius expenditur.

Quoniam sapiens actionum directio medium felicitatis est (§. 454.), felicitas vero status est, quo voluptas vera perdurat (§. 636. *Psych. empir.*), ideoque tædiis, seu molestiis animi, quæ ad infelicitatem pertinent (§. 637. *Psych. empir.*), locum non relinquit, *sapiens actionum directio non modo voluptate animum hominis perfundit, verum etiam a tædiis, seu molestiis animi liberat.*

Felicitas alia *positiva* est, quæ in actuali voluptatis fruitione consistit; alia *privativa*, quæ consistit in absentia tædiorum, seu molestiarum animi. Utraque fructus est sapientis actionum directionis, quatenus illa obtinetur faciendo quod bonum & rectum est; hæc autem, quatenus committere noluimus, quod malum & minus rectum est. Ostendimus alias custodiam legis naturalis esse medium felicitatis (§. 396. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ast ei non contrariatur, quod sapientia felicitatis medium dicatur. Sapiens enim actionum directio ad custodiam legis naturalis ducit, nec sine ea concipi potest (§. 61. *part. 2. Phil. pract. univ.*). Immo felicitatem omnes tanquam finem intendunt, quatenus tam positivam, quam privativam appetunt: sapientis igitur est electio directionis omnimodæ actionum juxta normam legis naturalis tanquam medii certi

certi illam conſequendi (§. 443.). Nolumus motivum hoc ſapientiæ urgere diſertius. Qui enim in utraque Philoſophiæ practicæ parte diligenter fuerit verſatus & quæ de voluptate demonſtrata ſunt & ad eam referri poſſunt ac debent probe expenderit; illius efficaciam in ſe ipſo experietur, ut alio motivo non ſit opus.

§. 456.

De ſigno ſapientiæ.

Qui ad agendum invitatus quærit, cur id ſit faciendum, & disquirit, utrum finis ſit licitus, nec ne, neque conſentit in media niſi certa & licita; is ſapientem ſe probat. Etenim ſapientis eſt agere propter finem (§. 440.) eumque legi naturali non adverſum (§. 441.), conſequenter minime illicitum (§. 170. *part. 1. Phil. pract. univ.*), & eligere media certa, nec lege naturali prohibita (§. 443.), conſequenter minime illicita (§. 170. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem qui ad agendum invitatus quærit, cur id ſit faciendum, ideoque nonniſi propter finem agere vult, & disquirit, utrum hic ſit licitus, nec ne, neque conſentit in media niſi certa & licita, is ſapientem ſe probat.

Quemadmodum in rebus humanis nihil eſt omnimode perfectum; ita nec perfecta ſapientia in hominem cadit. Oſtendimus alias, neminem hominum in omnibus eſſe ſapientem (§. 692. *Pſych. rat.*); ſed addendum quoque, humanam ſapientiam vix eſſe omnibus ſuis numeris abſolutam. Idea exemplaris ſapientiæ divinæ, quam antea commendavimus tanquam ſapientiæ medium (§. 450.), & quæ excelſis animis pietatis amantibus motivum fortiſſimum inſtillat (§. 339. *part. 1. Phil. pract. univ.*), non modo arctiſſimos ſapientiæ humanæ limites, verum etiam ejus defectus ſufficienter indicat. Negari tamen non poteſt, ſapientiam humanam exten-

di & defectui mederi, ſi plures unanimiter ad eundem finem concurrant, præſertim univerſaliorem, qui plures particulares ſub ſe comprehendit: quod remedium quoque præſcribit caſta illa & ſaluti univerſi generis humani conſulens lex naturæ, dum homines obligat ad perfectionem ſuam ſtatusque ſui conjunctis viribus promovendam (§. 221. *part. 1. Phil. pract. univ.*), unoquoque pro virili conferente, quantum conferre valet (§. 222. *part. 1. Phil. pract. univ.*).

§. 457.

De fallaci ſapientiæ ſigno.

De ſapientia non judicandum eſt ex eventu. Ipſa experientia ſatis ſuperque docet, modo acute eam rimari poſſimus atque velimus, dum exequimur, quod ſapienter decrevimus, minime prævisa occurrere poſſe impedimenta, quæ efficiunt, ut ſucceſſu careamus (§. 726. *Ontol.*), ſicuti ex adverſo caſu contingere poteſt, ut alius ſit eventus, quam media ſperare permittebant (§. 460. *part. 2. Theol. nat.*). Quamobrem fieri nequit, ut certum de ſapientia judicium ex eventu feratur. De ſapientia igitur ex eventu judicandum non eſt.

Qui univerſalem rerum omnium nexum, de quo ſufficienter diximus in Coſmologia & Theologia naturali, cognitum atque perſpectum habet; ſatis ſuperque agnoſcit a priori, cur media certa haud raro careant ſucceſſu, & ex adverſo eventus voto reſpondeat, qui per media obtineri minime poterat. Quoniam tamen utrumque experientia quotidie nobis obvia ſatis aperte loquitur, ut ideo in proverbium abierit, audaces fortuna juvari; non opus videbatur, ut id a priori prolixe demonſtraremus, præſertim cum plerique, quorum intereſt, ut ſibi caveant a præcipitato de ſapientia judicio, vim demonſtrationis percipere nequeant (§. 569. *Log.*), nec eadem veritatis convinci poſſint (§. 991. *Log.*). Quamvis ve-

ro eadem adeo certa ſint a poſteriori, ut in dubium revocari minime poſſint; plerique tamen de ſapientia ex eventu judicare ſolent, tum quando ignorantes media, quibus uſus fuit agens, judicium ſuum ſuſpendere debebant, tum quando media diſcutere non valent, ut de eorum certitudine ex vero ſtatuant, tum quando affectibus impulſi, prouti fert occaſio, agentem vel laudare, vel reprehendere volunt. Alia, quæ ad prudentiam ſpectant, ſilentio jam prætereo, quamvis in judicia de ſapientia ex eventu influant.

§. 458.

Stultitia quid ſit, & quinam ſtultis annumerandi.

Sapientiæ opponitur *Stultitia*, & in hac oppoſitione eſt habitus per præcipitantiam ſtatuendi ſive de fine, ſive de mediis, ſive de utrisque. Unde facile patet, *ſtultum agere propter fines illicitos, & uti mediis illicitis, ſi vel maxime finis ſit licitus; immo ſtultis etiam annumerandum eſſe eum, qui propter nullum finem agit, ſed cœco impetu facit, quod facere videt alios, nec minus eum, qui utitur mediis, quos uti alios videt, nulla eorundem diſcuſſione facta, ut alios non imitetur niſi in caſu ſimili.* Quoniam tamen non ſemper fieri poteſt, ut de certitudine mediorum nobis conſtet, ideoque ſi neceſſitas agendi incumbat in probabilitate eſt acquieſcendum; *ſtultis annumerari nequit, qui, ubi in agendi neceſſitate conſtitutus media certa invenire nequit, in probabilibus acquieſcit.*

Oppoſitum ſapientiæ in eo ſignificatu, quo vocabulum accepimus ad deſignandam virtutem intellectualem maximi momenti, quo alio nomine inſignire debeamus non reperimus, quam ut ſtultitiam vocaremus. Notionis realitatem experientia docet. Videmus enim indies homines tam in negotiis ſuis privatis, quam in publicis contraria ratione agere, quam ſapientia jubet, & actiones ſuas aliter determinare, quam ſapiens earundem directio exigit. Quoniam vero ut ſapienter

plura requiruntur cum respectu finis, tum respectui mediorum; ideo non uno modo a sapientia discedetur & integritas ejus violatur. Omnis autem actus sapientiæ contrarius ad stultitiam referendus. Facile hinc intelligitur, pro diversitate horum actuum eorumque numero varios dari stultitiæ gradus, ita ut aliorum stultitia major sit, aliorum minor. Hæc qui probe perpendit, nihil difficultatis deprehendet in iis, quæ per modum corollarii ex definitione stultitiæ deduximus. Notandum tamen est, cum stultitia sit habitus, ob quamlibet in determinando fine aut eligendis mediis aberrationem a vero non statim aliquem dicendum esse stultum, præsertim quia hominum nullus in omnibus est sapiens (§. 692. *Psych. rat.*) & sapientia humana quoad singulas ejus partes admodum limitata est (§. 691. *Psych. rat.*), quamvis factum ipsum sapientiæ repugnet, ac ideo recte dicamus infirmitatis humanæ conscii eum parum sapienter egisse, immo si vel maxime tale sit factum, quod non immerito stultum vocatur, veluti si in eligendis mediis adeo oscitanter se gesserit, ut usus fuerit mediis, quæ fini e diametro adversari facile videre poterat. Germanice vitium hoc intellectuale dicimus die Thorheit, & quæ inde derivantur vocabula non adeo dure sonant, quemadmodum vocabulum Latinum fonare viderur, quia Germanice per aliud durius vulgo reddi suevit.

§. 459.

De motivo adversus stultitiam.

Stultitia hominem reddit infelicem. Stultus enim nunc agit propter finem illicitum, nunc utitur mediis illicitis, nunc mediis, quibus finem consequi nequit (§. 458.). Quodsi uratur mediis, quibus finem consequi nequit, cum eventus non respondeat votis, eum facti pœnitet (§. 759. *Psych. empir.*). Si vero agit propter finem illicitum, aut mediis utitur illicitis, quod lege naturali prohibitum facit (§. 170. *part. 1. Phil. pract. univ.*), consequenter eandem transgreditur (§. 139.

Digitized by Google

(§. 139. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamobrem cum pœnitentia animum inquietum reddat (§. 762. *Psych. empir.*), ac triſtitia impleat (§. 755. *Psych. empir.*), ut tædium in eo prædominetur (§. 619. *Psych. empir.*); affectus hic moleſtiſſimus (§. 758. *Psych. empir.*) plurimum ad infelicitatem confert (§. 639. *Psych. empir.*). Cumque transgreſſione legis naturalis homo fiat infelix (§. 405. *part. 1. Phil. pract. univ.*); ſtultitiam homines reddere infelices manifeſtum eſt.

Qui vel convictus, aut ſaltem certo perſuaſus eſt, quam infelices homines reddat ſtultitia, quo minus eandem averſetur fieri non poterit. Diſcere autem hoc datur ex caſu alieno, cum ubivis proſtent ſtultitiæ exempla. Et quam moleſta ſit pœnitentia, præſertim ſi pro datis circumſtantiis eidem ſocientur affectus alii moleſti; vix erit qui non in ſeipſo expertus fuerit, modo non fuerit negligens in obſervandis iis, quæ ſibimetipſi accidunt. Quemadmodum itaque felicitas ſapientiæ proles fortiſſimum ſapientiæ motivum eſt; ita ex adverſo infelicitas ſtultitiæ ſoboles fortiſſimum præbet adverſus ſtultitiam motivum.

§. 460.

Quoniam ſtultitia homines reddit infelices (§. 459.), homo autem infelicitatem, utpote ſtatum, in quo tædia perdurant (§. 637. *Psych. empir.*), per naturam ſuam averſatur (§. 592. *Psych. empir.*); *Si quem a ſtultitia avocare volueris, aut convincendus erit, ſtultitiam homines reddere infelices, aut, ſi ad convincendum non fuerit aptus, ſaltem id eidem perſuadeas neceſſe eſt non opinione ſolum, ſed ad veritatem.* *De remedio ſtultitiæ.*

Ad perſuadendum conducunt exempla eidem nota, cui quid perſuadere volueris, & experientia quoque domeſtica magnam in eo vim habet, modo non inveteratum malum ſit

cui

cui ægre medela affertur. Sed de hiſce in genere rectius agetur alibi.

§. 461.

An ſapientiæ defectus idem cum ſtultitia.

Defectus ſapientiæ ſtultitia non eſt. Qui enim ſapientia caret, is ignorat, aut ſaltem hæſitat, utrum propter finem aliquem ſit agendum, nec ne, &, ſi agere velit, quibusnam mediis ſit utendum ad finem conſequendum (§. 678. *Pſych. rat.*), ideoque ſequitur conſilium aliorum, quamvis id ſatis dijudicare neſciat, aut in agendo imitatur id, quod plurimos facere videt, ſola expectatione caſuum ſimilium fretus (§. 504. *Pſych. empir.*). Non tamen ptopterea agere vult propter finem illicitum, aut uti mediis illicitis, vel etiam nullo fine. Quamobrem cum ſtultus agat propter fines illicitos, nec vereatur uti mediis illicitis, immo cœco haud raro impetu propter nullum finem agat (§. 458.); defectus ſapientiæ ſtultitia non eſt.

Equidem qui ſtulte agit, nulla ſapientia agit; non tamen propterea defectus ſapientiæ cum ſtultitia idem eſt. Stultus admittit, agendum eſſe propter finem & utendum eſſe mediis certis, immo mediis certis actu utitur, quemadmodum quotidie videmus ad exempla hominum pravorum & ſceleratorum animum advertentes, quæ ad profectum ſapientiæ facere poſſe ſupra oſtendimus (§. 449.); aſt ſibi perſuadet, ſe agere poſſe propter finem quemcunque, qui ſibi placuerit, cumque finem actu intendat, mediis quoque certis uti vult, etiamſi per errorem ſtatuat de certitudine mediorum, parum vero curat, num illicita ſint media. Non omni igitur notione ſapientiæ deſtituitur, ſed incompletam habet. Immo quoque contingit, ut ſtultus ſibi videatur ſapiens, cum non ſit, aut veram ſapientiam contemnat, & meliora conſilia rejiciat. Negari tamen non poteſt, haud raro perdifficile eſſe, ut diſcernan-

nantur ea quæ defectui ſapientiæ & quæ ſtultitiæ ſint tribuenda. Sed quo magis quis acumine excellit, eo quoque in hiſce diſcernendis erit felicior. Valde autem vereor, ne iſtiusmodi diſcuſſiones inter deſiderata adhuc ſint referendæ.

§. 462.

De ſtultitia vitanda.

Si ſtultitia vitanda, tempeſtive adſuefieri debemus, ut ſollicite expendamus, quid ex actionibus noſtris conſequi poſſit. Etenim qui ſollicite expendit, quid ex actionibus ſuis conſequi poſſit, ubi videt, quæ neceſſario conſequuntur, vel ſaltem conſequi poſſunt, eſſe mala, cum hæc averſetur (§. 590. *Pſych. empir.*), actiones iſtas committere non vult, ideoque nec propter finem illicitum agere decernit, nec mediis uti vult illicitis. Patet autem ulterius, quod nec propter finem nullum agere velit, ſeu cœco quodam impetu ruere ad agendum. Quamobrem cum ſtultitia ſit agere propter fines illicitos, & mediis uti illicitis, immo agere propter finem nullum & cœco impetu ad agendum ruere (§. 458.); ſi ſtultitia vitanda, tempeſtive adſuefieri debemus, ut ſollicite expendamus, quid ex actionibus noſtris conſequi poſſit.

Non adeo facilis eſt via ad ſapientiam, ut amore hujus ſtulte agere nolis. Quamobrem tempeſtive ſaltem danda eſt opera, ut ſtultitiam vites. Ac propterea ſedulo ſaltem inculcanda ſunt damna, quæ ex actionibus hominum non ſatis expenſis ſequuntur, ne improvidentia tandem degeneret in ſtultitiam (§. 764. *part. 1. Phil. pract. univ.* & §. 458.). Ad ea igitur excitanda attentio a teneris unguiculis. Obſtandum principiis, cum medicina ſero paretur.

§. 463.

Qualis virtus intellectualis ſit

Prudentia virtus intellectualis materialis eſt. Prudentia eſt

Qualis ſit prudentia.

eſt habitus in determinanda actione ſua rationem habendi circumſtantiarum alienarum præſentium (§. 256. *part. 1. Jur. nat.*), ut ſapienter decreta ritè exequamur (§. 257. *part. 1. Jur. nat.*). Quoniam enim circumſtantiæ emergentes impedire poſſunt, ne media ad finem alias conſequendum apta ex voto ſuccedant; curæ omnino habendum, quomodo impedimenta iſta ſint removenda, aut ſaltem præcavendum, ne noceant. Cumque contingere etiam poſſit, ut circumſtantiæ emergentes nobis adjumento ſint in fine perſequendo; fortunam faventem habentes occaſionem oblatam avide arripere debemus. Quamobrem manifeſtum eſt, prudentiam a ſapientia differre, ideoque peculiarem eſſe virtutem intellectualem cum iſta minime confundendam (§. 439.). Enimvero prudentia ſupponit certum objectum, circa quod verſatur, nimirum quomodo circumſtantiæ alienæ præſentes, ſeu in caſu dato emergentes influant in negotium, quod geritur, vel in id, quod agendum. Quamobrem cum ea reſpiciat certas res cognoſcendas; virtus intellectualis materialis eſt (§. 143.).

Communi loquendi more ſapientiam & prudentiam frequenter confundimus. Alibi vero jam annotavimus, notionem prudentiæ, quam hic ſumimus, a communi loquendi uſu non abhorrere (*not.* §. 256. *part. 1. Jur. nat.*), & rationem quoque reddidimus, cur in operibus Germanicis prudentiam definiverimus per habitum ſapienter decreta rite exequendi (*not.* §. 257. *part. 1. Jur. nat.*), quam definitionem retinuit *Thümmigius* in Inſtitutionibus ex illis confectis. Animum ſaltem advertere debemus ad judicia hominum de imprudentia eorum: videbimus enim rationes, ob quas imprudentiæ alios accuſant, peti a circumſtantiis, quæ non in caſu quovis præſentes ſunt, in dato tamen aderant. Exempla jam de-

dedimus alias (*not.* §. 257. *part. 1. Jur. nat.*), hic non repetenda.

§. 464.

De damnis prudentia vitandis & commodis percipiendis.

Prudentia evitantur damna, quæ in casu dato agens contrahere poterat, & percipiuntur commoda, quæ ex accidente in casu dato locum habent. Quoniam enim vi nexus rerum universalis (§. 53. 54. *Cosmol.*), in casu quodam dato obviæ fiunt circumstantiæ nunc favorabiles, nunc minus favorabiles, aut prorsus adversæ, ideoque vel faciunt, ut agens actu agere, aut actionem facilius & commodius absolvere, vel ex adverso ut difficilius & parum commode, vel obstant, quo minus agere possit (§. 159. *part. 2. Phil. pract. univ.*); ideo contingit, ut damnum aliquod contrahat agens, si circumstantiarum ex accidente oblatarum rationem nullam habet, quod evitari poterat, siquidem impedimentum inde objectum removisset, & commodi, quod percipere poterat, si easdem in rem suam vertisset, jacturam faciat, ejus autem fiat particeps, si occasionem oblatam ambabus, quod dicitur, manibus arripit. Quamobrem cum prudentiæ sit rationem habere circumstantiarum alienarum præsentium (§. 256. *part. 1. Phil. pract. univ.*); prudentia evitantur damna, quæ in casu dato agens contrahere poterat, & percipiuntur commoda, quæ ex accidente in casu dato locum habent.

Experientia quotidiana veritatem propositionis adeo manifesto confirmat, ut etiam illi, qui distinctam prudentiæ notionem non habeant, ejus defectum accusent, si quis damnum, quod ex accidente datum, evitari tamen poterat, non evitavit, aut commodum neglexit, quod poterat obtineri. Nil igitur obstat, quominus ad notiones communes referas, te parum prudenter agere, si ex accidente damnum in-

curris, quod evitare poteras, aut commodum, sive lucrum negligas, quod obtinere poteras, si vel maxime in actione sive positiva, sive negativa in se, seu præcisis circumstantiis singularibus spectata nihil vitii hæreat, ex adverso autem te prudenter agere, si damnum vitetur, commodum seu lucrum percipiatur. Quoniam nemo damnum incurrere vult & naturaliter homines ab eodem abhorrent, in commodum vero suum eorum fertur animus; propositio præsens fortissimum continet prudentiæ motivum Immo videmus quoque prudentes ad prudenter agendum hoc motivo impelli. Mercator lucrum intendit tanquam finem & sapientiæ est non intendere lucrum nisi licitum (§. 441.) utique mediis non illicitis, ut ex mercatura faciat lucrum (§. 443.). Ast hoc ipsum quoque impellit, ut occasionem lucri faciendi sponte sua oblatam arripiat eamque omni studio quærat. Similiter qui scientiam amat, nullam prætermittit occasionem, qua cognoscere potest quod sibi adhuc incognitum. Consistit autem occasio in oblatione circumstantiarum favorabilium (§. 160. *part. 2. Phil. pract. univ.*), quas non modo sollicite observat prudens, quando offeruntur, sed ut deregat omnem quoque operam adhibet, prouti deinceps ostendemus.

§. 465.

In quo prudentia præcisituita declinemus, & adjumenta fortuito oblata in usum nostrum verpue coaptat. tamus.

Prudentia potissimum in eo versatur, ut impedimenta fortuita declinemus & adjumenta fortuito oblata in usum nostrum vertamus. Prudentiæ nimirum est in agendo rationem habere circumstantiarum alienarum præsentium (§. 256. *part. 1. Jur. nat.*): quæ cum vel favorabiles, vel minus favorabiles sint, aut prorsus adversæ, ideoque vel agentem adjuvent, vel quomodocunque impediant (§. 159. *part. 2. Phil. pract. univ.*), prudentia in eo potissimum versatur, ut impedimenta fortuita declinemus & adjumenta fortuita oblata in usum nostrum vertamus.

Pru-

Prudentia latiſſime patet atque ad omnes actiones hominum ſeſe extendit, ita ut non omnia prudenter fiant, quæ alias in ſe ſpecta vel debita, vel licita ſunt, quamvis majorem excuſationem habeat, qui non prudenter agit, quod debitum, quam qui prudentiam violat in licitis (§. 170. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Exempla, quæ alias dedimus (*not.* §. 256. *part. 1. Jur. nat.*), quod modo dixi atque propoſitionem præſentem ſatis illuſtrant. Prudentiæ igitur maximus uſus eſt, eoque omni homini maxime neceſſaria, pro diverſitate autem generis vitæ non eadem omnibus. Ipſa ideo lex naturæ ad prudentiam acquirendam nos obligat (§. 256. *part. 1. Jur. nat.*), ac inprimis eam, qua in eo, quod quis ſequitur vel elegit, vitæ genere opus habet (§. 259. *part. 1. Jur. nat.*).

§. 466.

Quoniam prudentia in eo potiſſimùm verſatur, ut impedimenta fortuita declinemus, ut adjumenta fortuito oblata in uſum noſtrum vertamus (§. 465.), illa vero a circumſtantiis minus favorabilibus atque adverſis, hæc vero a favorabilibus dependent (§. 159. *part. 2. Phil. pract. univ.*); *prudentis eſt, ſollicite obſervare omnes circumſtantias, vel actu obvias, vel quæ obviæ fieri poſſunt, easque ad actiones ſuas referre,* ut ſcilicet pateat, num ſibi ſint quomodocunque impedimento, an adjumento eſſe poſſint, conſequenter *prudens admodum circumſpectus eſt in agendo.* *De circumſpectione in agendo.*

Prudentem circumſpectum edici adeo moris eſt, ut circumſpectio atque prudentia quaſi pro ſynonymis habeantur, propterea quod circumſpectio a prudentia inſeparabilis. Conſiſtit autem *circumſpectio* in iis actibus, qui requiruntur, ut circumſtantias in caſu præſenti obvias animadvertamus & quales ſint cognoſcamus. Unde *Cicero* circumſpectionem & accura-

tam conſiderationem conjungit l. 4. Acad. c. 35. hanc tamen illa jam continet.

§. 467.

Quomodo prudentia comparetur.

Prudentia experientia comparatur. Etenim prudentia verſatur in eo, ut impedimenta fortuita declinentur & adjumenta fortuito oblata in uſum noſtrum vertantur (§. 465.). Quamobrem cum hæc dependeant a concurſu rerum in univerſo ad actiones noſtras (§. 540. *part. 1. Theol. nat.*), quam a priori cognoſci a nobis non poſſe ſatis conſtat; a poſteriori cognoſcere debemus, quænam in agendo impedimenta fortuito objici, vel adjumenta offerri poſſint (§. 435. *Pſych. empir.*). Quoniam itaque experiundo addiſcimus, quod a poſteriori cognoſcimus (§. 434. *Pſych. empir.*); prudentia experientia comparatur.

Ex parte Dei caſus nullus eſt, ſeu nihil fit caſu (§. 462. *part. 2. Theol. nat.*), quippe cui omnis rerum naturalium concurſus perſpectus eſt, qui a nexu rerum univerſali in hoc univerſo dependet (§. 155. 156. *part. 1. Theol. nat.*). Aſt homines nexum rerum in univerſo perſpectum minime habent, neque ideo ipſis patent cauſæ, quæ ad actionem quandam ſuam concurrere poſſunt. Quamobrem ipſis opus eſt experientia, qua Deus minime indiget. Cum id quod exiſtere experimur, exiſtere etiam poſſit, ideoque non modo intrinſece, verum etiam extrinſece poſſibile ſit, quatenus nimirum in hac rerum ſerie dantur cauſæ id, quod intrinſece poſſibile eſt, ad actum perducentes; a poſteriori cognoſcere poſſumus, quænam extrinſece poſſibilia ſint in hoc univerſo. Et dum porro experimur, iſtiusmodi cauſarum concurſu agentem vel impeditum, vel adjutum fuiſſe in agendo; certum quoque nobis eſt iſtiusmodi cauſarum concurſum ad actiones noſtras

in

in rerum natura poſſibilem eſſe. Ipſa autem experientia loquitur, num concurſus iſte frequens, an rarus ſit. Enimvero quamvis omnia, quæ in hac rerum ſerie exiſtere poſſunt, cognita & perſpecta haberemus; nondum tamen conſtaret, utrum etiam ea ad actionem quandam noſtram concurrere poſſint, nec ne. Quamobrem extrinſeca concurſus poſſibilitas a poſteriori nobis innoteſcit, atque ita demum certi ſumus, nos in uſum prudentiæ diſtinguentes caſus poſſibiles non fingere inutiles & circa eos fruſtra diligentiam noſtram defatigare atque tempus fallere, quod in aliis utiliter conſumi poterat. In dubium itaque revocari nequit, prudentiam experientia comparari.

§. 468.

Ars obſervandi ad prudentiam requiſita.

Quoniam prudentia experientia comparatur (§. 467.), ideoque obſervationes requirit (§. 456. *Pſych. empir.*), veritates autem ex obſervationibus eruuntur arte obſervandi (§. 458. *Pſych. empir.*); *ad prudentiam acquirendam conducit ars obſervandi*, conſequenter *qui ad prudentiam adſpirat, arti obſervandi ſtudere debet, & qui arte obſervandi excellit, prudentiam plurimum perficere poterit.*

Patet ex ſuperioribus, requiri hic artem obſervandi communem (§. 343.). Cum vero in ſuperioribus quoque abunde docuerimus ea, quæ de arte obſervandi, tanquam virtute intellectuali formali, tenenda ſunt (§. 338. *& ſeqq.*); inde diſcere poteſt, qui ad prudentiam adſpirat, quid facere debeat, ut in ea ſibi comparanda feliciter progrediatur. Patet per ea, quæ ibidem demonſtrata ſunt, non eosdem eſſe omnium profectus, qui veritatem a poſteriori cognoſcere ſtudent. Quodſi ergo duo vel plures experientia prudentiam ſibi comparare ſtudeant, non tamen omnes efficientur æque prudentes, quamvis in eodem actionum humanarum genere.

Sed

Sed de hiſce diſertius dicere ſuperfluum foret, quæ antecedentium gnaro ſponte ſua innoteſcunt.

§. 469.

Cur ſenes prudentiores juvenibus.

Quoniam prudentia experientia comparatur (§. 467.), diuturnior autem experientia plura nobis cognoſcenda offert, quam brevis, cum non eadem contingant quovis tempore, quod ipſa experientia magiſtra docemur; *ſenes experti juvenibus inexpertis prudentiores ſunt*, conſequenter *in iis, quæ ad prudentiam ſpectant, ſenum expertorum conſilia meliora ſunt conſiliis juvenum inexpertorum*, quatenus ſcilicet ſupponitur, pravos in ea non influere affectus.

Communis eſt opinio, ſenes prudentia anteire juvenes, ſed communis opinio, quemadmodum vulgo eſſe ſolet, non ſatis determinata eſt. Supponitur nimirum, ſenes eſſe expertos & experientiæ rectum feciſſe uſum. Cum enim prudentia experientia comparetur, ſenium per ſe ad eandem nihil confert, ſed in prudentia attenditur, quatenus ſenes plura experti ſunt, quam juvenes, conſequenter plurium rerum a poſteriori cognoſcendarum notitia inſtructi, quam ab hiſce exigi poteſt.

§. 470.

De meditatione præteritorum & proſpicientia futuri.

Prudentis eſt recolere præterita & proſpicere futura, quæ quomodocunque in determinationem actionis præſentis influere poſſunt. Quodſi enim præterita & futura in determinationem actionis præſentis quomodocunque influere poſſunt, cum ipſa actio absque iis concipiatur, conſequenter ad determinationes ejus intrinſecas eadem non pertineant, per modum circumſtantiarum ſeſe habent (§. 95. *part. 2. Phil. pract. univ.*) in præſenti attendendarum &, quatenus ex accidente tantum-

tummodo in præſenti caſu attendenda veniunt, non vero quoties idem agitur, alienarum ad negotium, quod agitur, non neceſſario ſpectantium. Quoniam itaque prudentia in eo conſiſtit, ut in agendo rationem habeamus circumſtantiarum alienarum (§. 259. *part. 1. Jur. nat.*), ideoque iisdem convenienter actionem præſentem determinemus; prudentis eſt recolere præterita & proſpicere futura, quæ quomodocunque in determinationem actionis præſentis influere poſſunt.

Præteritorum recordatio & futurorum proſpicientia magnum momentum ad prudentiam affert. Quoniam propoſitio non modo terminis generalibus enuncianda, verum etiam generaliter ex principiis generalibus demonſtranda fuit; facile prævideo fore haud paucos, qui quam late pateat ejus uſus & quantum in eo, quod inculcat, poſitum ſit momentum non ſatis intelligent. Ipſe autem uſus utrumque eos docebit, & experti plenarium præbebunt eidem aſſenſum. Animo autem recolenda ſunt, quæ ad negotium præſens quomodocunque referuntur, ac præterea quoad futura conſiderandum, quænam ex actione præſente non per ſe neceſſario conſequuntur, ſed ex accidente conſequi poſſunt. In deliberationibus enim humanis imprimis attendendus eſt eventus. Fieri e. gr. poteſt, ut medium aliquod per ſe ſit ſatis certum ad conſequendum finem, ac circumſtantiæ præſentes ſuadeant, immo propemodum urgeant ad agendum propter hunc finem, immo fieri poteſt, ut præter medium iſtud non detur aliud vi circumſtantiarum præſentium, ideoque pro unico, quod ſuppetit, habendum. Enimvero recordatio præteritorum facta comparatione caſus præſentis cum præterito efficiet, ut agnoſcamus, quam dubium ſit medium, quod alias ſatis certum habetur, & futurorum proſpicientia ad divinationem mali expectandi nos ducet. Atque hoc modo præterita atque futura in determinationem actionis præſentis influunt, nec erit quiſquam,

qui non ad prudentiam referat, quod eorum in deliberando rationem habuerimus. Prudentia actiones noſtras conſiderat in rerum nexu, quas extra eundem ſpectat ſapientia. Quodſi nobis rerum omnium nexus eſſet intime perſpectus, quemadmodum Deo, nec a ſapientia differret prudentia, ſicuti Deo non prudentia, ſed ſapientia ſaltem tribuitur. Notandum vero haud raro contingere, ut, ſi caſus præſens per omnes ſuas circumſtantias accurate determinetur, ad ſapientiam referri queat, quod alias ad prudentiam foret referendum. In effectu vero parum refert, utrum præteritorum & futurorum conſiderationem, quorum habenda eſt ratio in præſenti negotio, ad ſapientiam, an ad prudentiam referas, modo eorundem rationem habeas. Sufficit enim nos ita agere, ut nulla nobis imputari queat culpa, quæ poterat evitari. Aliter vero ſeſe res habet in theoria, ubi accurate diſcernenda ſunt, quæ ad virtutes intellectuales ſingulas pertinent. In praxi cum concurrant plures virtutes intellectuales, parum curandum, quid unicuique ſit tribuendum, modo nullius deſiderentur partes.

§. 471.

Cur quoad futura ſufficiat probabilitas.

Quoniam prudentia exigit proſpicientiam futuri, quatenus quomodocunque in determinationem actionis præſentis influere poteſt (§. 470.), futura autem reſpectu noſtri admodum incerta eſſe ſatis exploratum eſt; *ut futurorum, quæ proſpicimus, rationem habeamus in agendo, ſufficit probabilitas, ideoque haud raro ſola poſſibilitas*, quatenus ſcilicet vel ſola experientia freti novimus, tale quid evenire poſſe.

Atque hinc patet, magnum fore prudenter agendi adjumentum Logicam probabilium, ſi ea ita excoleretur, ſicuti Logica, quæ ad certam rerum cognitionem ducit, exculta fuit. In negotiis humanis non ea locum habet certitudo, quæ *in* veritatibus univerſalibus ex notionibus rerum demonſtrabi-

li-

libus obtinet; sed probabilitate plurimum ſtandum. Logicæ autem probabilium pars non poſtrema eſt, &, ſiquidem utiliſtem ſpectes, partibus ceteris facile præferenda, quæ de deliberationibus agit. Si quis demonſtrationibus adſuetus in deliberationibus eam quæſtit certitudinem, quæ in rebus mathematicis deprehenditur, is oppido fallitur & magno conatu nihil agat, immo ad negotia gerenda parum aptus erit. Quamvis enim ſupponeremus, quod tamen ſupponi minime poteſt, omnium negotiorum humanorum proſtare theoriam compleram; non tamen propterea certitudo haberetur in negotiis humanis. Etenim quando theoria applicanda, omnes determinandæ ſunt circumſtantiæ tam propriæ, quam alienæ in caſu dato attendendæ, qui in theoria deciſus. Aſt circumſtantias omnes cognoſcere, multo minus certo cognoſcere non ab arbitrio noſtro dependet, conſequenter in poteſtate noſtra non eſt. Aut igitur dubium erit, quænam propoſitio in caſu dato ſit applicanda, aut ſi nos caſus præſentis notionem ſatis adæquatam habere exiſtimamus, cum tamen nondum omnia, quæ in determinationem actionis influere debebant, perſpecta nobis ſint, eam applicabimus, quæ non reſpondet caſui præſenti. Nunquam igitur omnimoda certitudo in negotiis humanis ſperanda; ſed ſtandum ſemper erit probabilitate & eventus dubii proviſentiæ divinæ committendi (§. 1192. *part. 1. Jur. nat.*). Vide, quæ de eventu dubio alias annotavimus (*not. §. 1191. part. 1. Jur. nat.*).

§. 472.

Quia prudentis eſt recolere præterita & proſpicere futura, quæ quomodocunque in actionis præſentis determinationem influere poſſunt (§. 970.), animo autem deliberato fit, quod quis ante probe expendit, num potius ſit faciendum, quam non faciendum (§. 387. *part. 3. Jur. nat.*); *ad prudenter agendum requiritur animus maxime deliberatus*, con-

De ſigno prudentiæ in deliberationi-bus conſpicuo.

ſequenter *deficientis prudentiæ ſignum eſt animo indeliberato agere & in deliberationibus prudentia, qua quis gaudet, maxime elucet.*

Cum propter varietatem negotiorum, immo etiam pro diverſitate caſuum, in quibus nunc plura, nunc pauciora nota ſunt, in deliberatione attendenda, nemo in omnibus prudens eſſe poſſit, nec eadem prudentia ſemper agere, prudentia vero in habituum numero ſit (§. 256. *part. 1. Jur. nat.*); judicium de eo, quod prudenter factum, in caſu ſingulari, confundendum non eſt cum judicio de prudentia, qua quis pollet. Dantur præterea cauſæ aliæ, quæ in transverſum agunt animum prudentis, ut parum prudenter agat, etiamſi agere potuiſſet, prouti ſcilicet hos vel iſtos affectus excitant, qui vel erronea de circumſtantiis judicia menti inſtillant, vel impetuoſe appetitum ſenſitivum movent arque mentem obnubilant, ne ſatis expendere poſſit, quæ expendenda erant. Accidit hoc viris ſummis, ut non deeſſent illuſtria exempla, niſi publica eorum quaſi traductione famam illorum lædere velle videremur. Qui in philoſophia, quam nos tradimus, fuerit ſatis verſatus, non otioſus rerum humanarum ſpectator, talia per ſeipſum videbit, &, ſi ſecum habitet, in ſeipſo quoque obſervabit. Aſt nondum ea vivimus ætate, qua obſervationibus pſychologicis tam ſtudioſe incumbunt eruditi, quemadmodum aſtronomicis Aſtronomi.

§. 473.

De hiſtoriæ uſu in prudentia comparanda.

Librorum hiſtoricorum lectio ad prudentiam comparandam conducit. Etenim in libris hiſtoricis, qui per eminentiam ita dicuntur, narrantur facta hominum tam publica, quam privata, & eventus, qui eadem comitata fuerunt (§. 749. *Log.*), conſequenter ex eorum lectione nobis innoteſcit, quæ experti ſunt alii (§. 664. *Log.*). Quamobrem cum prudentia experientia comparetur (§. 467.); ad eam

ad eam comparandam conducit librorum hiſtoricorum lectio.

Quomodo hiſtoria civilis, eccleſiaſtica & privata ſit conſcribenda, ut regulæ prudentiæ civilis, eccleſiaſticæ atque privatæ inde hauriri poſſint, dudum docuimus alibi (§. 779. 781. 782. *Log.*) Quamvis vero libri hiſtorici multi proſtent, qui ad hunc uſum parum apti ſunt; non tamen deſunt autores graves, qui etſi absque culpa ſua ſcopo huic ex aſſe ſatisfacere nequeunt, non contemnenda tamen prudentiæ adminicula ſuppeditant. Quemadmodum vero ex iis, quæ de arte obſervandi, ad prudentiam acquirendam neceſſaria (§. 468.), demonſtrata ſunt, abunde elucet, eandem experientiam non omnes eodem ſucceſſu in rem ſuam vertere; ita idem tenendum eſt de lectione librorum hiſtoricorum. Quo quis virtutibus intellectualibus, quas formales diximus, excelluerit, & ſcientia rerum moralium ac civilium, & aliarum, quas illa ſupponit (§. 92. *Diſc. prælim.*), inſtructus fuerit, eo quoque magis ex lectione librorum hiſtoricorum in prudentia proficiet. Optandum foret, ut his dotibus inſtructi autores graves, præſertim antiquos, iſtiusmodi commentariis illuſtrarent, vel certa negotia ex omnium hiſtoricorum monumentis ſcientifice explanarent, atque ſic aliis, qui iisdem animi dotibus inſtructi non ſunt, ſe utiles præberent, quemadmodum eo ducit naturalis obligatio. Qui arte inveniendi pollet, & principia neceſſaria non ignorat; multa problemata ſolvendi anſam arripiet ex librorum hiſtoricorum lectione, de quibus alias parum cogitaſſet.

§. 474.

Si regulæ prudentiæ, quales cum apud Autores antiquos, tum apud recentiores plurimæ occurrunt & ab actionibus hominum quotidianis abſtrahi poſſunt, ſtudioſe colligantur, ac, quantum datur, ad notiones determinatas reducantur; ad prudentiam perficiendam plurimum De regulis prudentiæ colligendis.

mum conferunt. Etenim ſi regulæ prudentiæ, quales apud autores antiquos & recentiores plurimæ occurrunt, diligenter colligamus, cum per ſe pateat, eas experientiæ deberi, non autem via demonſtrationis autores utpote habitu demonſtrandi deſtitutos ad eosdem perveniſſe, experientiæ propriæ defectum multorum aliorum experientia ſupplemus. Quamobrem cum prudentia experientia comparetur (§. 467.), experientia vero, quæ verſatur circa ea, quæ fiunt (§. 665. *Log.*), minime in poteſtate noſtra ſit, ſed expectanda occaſio, donec ſeſe offerat, quod per ſe patet; ſi regulæ prudentiæ, quales cum apud Autores antiquos, tum apud recentiores plurimæ occurrunt, id quod nemo ignorat, niſi qui in illorum lectione prorſus alienus ac hoſpes fuerit, ſtudioſe colligantur; ad prudentiam perficiendam plurimum conferunt. *Quod erat primum.*

Et quoniam indies homines nunc prudenter, nunc imprudenter agunt, conſequenter ab eorum actionibus abſtrahi poſſunt regulæ prudenter agendi, oſtendentes vel quid fieri debeat, ut prudenter agamus, vel quid vitandum, ne agamus imprudenter (§. 282. *Pſych. empir.*), experientia autem prudentia comparatur (§. 467.), nimirum quatenus iſtiusmodi regulæ abſtrahuntur, quæ vel cum regulis jam antea nobis notis eædem ſunt, ut propria experientia confirmentur, vel ab iis diverſæ, ut earum numerus augeatur; prudentia magis perficitur, ſi regulas prudentiæ ab actionibus hominum quotidie obviis abſtrahuntur. *Quod erat ſecundum.*

Denique ſi regulæ, quæ colliguntur ex aliorum libris, vel ab iis quæ ipſimet experimur abſtrahuntur, ad notiones determinatas reducuntur; propoſitiones determinatas ha-

habemus in casibus obviis applicandas (§. 520. 320. *Log.*). Quamobrem cum propositiones determinatæ esse debeant, quæ ad casum obvium applicandæ (§. 1214. *Log.*), ne scilicet applicentur, ubi applicandæ non sunt, consequenter ut judicium in dato casu minime fallat; ad perficiendam prudentiam plurimum omnino confert, regularum prudentiæ ex libris autorum cum antiquorum, tum recentiorum collectarum & ab iis, quæ ipsimet experimur, abstractarum ad notiones determinatas reductio. *Quod erat tertium.*

Regulæ prudentiæ duplices sunt, quarum aliæ ostendunt, quid sit agendum, aliæ quid non sit agendum. Prudentiæ enim est evitare damna, quæ in casu dato agens contrahere potest, & percipere commoda, quæ ex accidente in eodem locum habent (§. 464.). Multa ad prudentiam facientia continentur in proverbiis, quippe quæ experientiæ ortum suum debent, etsi quemadmodum pleræque regulæ omnes non satis determinata sint. Notandum vero ad prudentiæ regulas ex scriptis aliorum colligendas referendas quoque esse eas, quæ ab aliis discimus, cum quibus sermonem instituimus, & subinde quoque nos hoc modo proficere posse, si cum hominibus vilis conditionis sermonem exequamur: id quod *Publius Syrius Mimus* hisce verbis inculcat: sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus. Cui prudentia curæ cordique est, is nullam prætermittit occasionem, qua quid ad eandem proficuum addiscere valet.

§. 475.

Prudentia ex modo agendi elucescit. Etenim prudentia in determinatione actionum rationem habet circumstantiarum alienarum præsentium (§. 256. *part. 1. Jur. nat.*), & in eo potissimum versatur, ut impedimenta fortuita declinentur & adjumenta fortuito oblata in usum nostrum vertantur *Unde prudentia elucescat.*

tur (§. 465.). Quoniam itaque hæc pertinent ad modum agendi; prudentia ex modo agendi eluceſcit.

De prudentia igitur agentis judicium laturi ad modum agendi animum advertere debemus. Supponitur tamen, ut notionem prudentiæ habeamus, quia in modo agendi diſcernenda ſunt ea, quæ prudentiæ tribuenda. Convenit hoc notionibus communibus: vulgo enim videmus homines judicaturos, utrum prudenter, an imprudenter quis egerit, judicii ſui rationes deſumere ab iis, quæ ad modum agendi ſpectant. Fieri equidem poteſt, ut quis in agendo conſilium alienum exequatur, atque tunc negari nequit, quod prudenter agat, non agentis, ſed conſultoris prudentiæ tribuendum eſſe: id tamen minime obſtat, ne ex modo agendi prudentia colligatur ſive agentis, ſive conſilium dantis. Atque tum utique inquirendum, num quis per ſe agat, an conſilium ab alio datum ſibi exequatur.

§. 476.

De imprudentia.

Prudentiæ opponitur *Imprudentia*, quam alias jam definivimus, quod ſit defectus judicii de eo, quod vi circumſtantiarum præſentium fieri conſultius ſit (§. 776. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quoniam itaque *imprudenter agens facit, quod prudenter acturus facere non debebat;* ideo patet, *quæ de imprudentia tenenda ſunt, ea facile patere per ea, quæ de prudentia dicta ſunt.*

Oſtendimus jam alias, imprudentiam eſſe culpam & actionem imprudentis culpoſam (§. 777. *part. 1. Phil. pract. univ.*). Quamvis itaque actio imprudentis in ſe ſpectata nihil vitii habere poſſit (*not.* §. *cit.*); quoniam tamen culpa omnis vitanda (§. 299. *part. 1. Jur. nat.*), imprudentia actionem in ſe nihil vitii habentem labe quadam inficit.

§. 477.

§. 477.

Quoniam imprudenter agens facit, quod prudenter acturus facere minime debet (§. 476.); *exempla imprudentiæ faciunt ad profectum prudentiæ, quatenus iisdem docemur, quid sit vitandum.* *De usu exemplorum imprudentiæ.*

Pertinet hùc regula *Catonis:* Ex alieno casu disce, quæ vites. Enimvero alienus casus non modo insinuat, quid sit vitandum, sed haud raro etiam docet, quomodo contraria ratione agendo commodi participes reddamur, cum alias damnum contraxissemus. Cui igitur prudentia curæ cordique est, is ad imprudenter quoque facta animum attendere & super iis reflectere tenetur. Equidem homines imprudenter facta ab aliis in oculis habere solent, prudenter autem facta a tergo sunt; non tamen ut ex alieno casu discant quid sit vitandum, aut sibi agendum, sed ut alios reprehendant. Perversum autem hunc morem in contrarium vertere debemus.

§. 478.

Solent homines non modo omittere ea in agendo, quæ sapientia & prudentia exigit; verum etiam contraria ratione agere. Sicuti igitur superius habitum sapientiæ contrarium stultitiam appellavimus (§. 458.); ita habitum prudentiæ contrarium, quo scilicet facimus, quod eidem e diametro repugnat, circumstantiis nimirum favorabilibus utendo tanquam adversis & minus favorabilibus atque adversis tanquam favorabilibus *Dementiam* appellare lubet. *De dementia.*

Dicitur vulgo autoritate *Ciceronis* dementiam appellari affectionem animi lumine mentis carentem. Ab eo non abhorrere videtur significatus, quem vocabulo tribuimus ad denotandum habitum prudentiæ e diametro contrarium. Qui

enim ex eo agit, cum circumſtantias favorabiles judicet adverſas & e contrario minus favorabiles atque adverſas habeat pro favorabilibus, is omnino omni mentis lumine deſtitutum ſe probat. Quamvis vero vocabulum latiorem admittere videatur ſignificatum, ut habitum ſapientiæ contrarium ſimul comprehendat; quoniam tamen nos ſapientiam a prudentia diſtinguimus, etſi vulgo non ſatis accurate a ſe invicem diſcernantur, ſed inter ſe confundi ſoleant, habitus quoque iisdem contrarii diverſis nominibus inſigniri debebant. Quamobrem cum habitum contraria ratione agendi, quam ſapientia exigit, ſtultitiam vocare libuerit; ideo dementiam reſtringimus ad habitum contraria ratione agendi, quam prudentia imperat.

§. 479.

Unde dementia oriatur & quomodo eidem medemur.

Quoniam dementes circumſtantias favorabiles & minus favorabiles atque adverſas diſcernere neſciunt, & contrarium prorſus earundem faciunt uſum (§. 498.); *dementia craſſam arguit ignorantiam* (§. 27. *part. 1. Phil. pract. univ.*), conſequenter *tolli nequit, niſi recta inſtitutione notiones rerum cognitu neceſſariarum animo inſtillentur.*

Craſſa illa ignorantia, quæ in errorem ſeducit, defectum quoque virtutum intellectualium formalium arguit, quod facile patet, modo eorum recorderis, quæ de his in anterioribus uberrime expoſita ſunt. Ac ideo porro patet, dementiæ ſi medelam afferre velis, neceſſe quoque eſſe, ut virtutes intellectuales ad genuinas rerum notiones acquirendas & rectum earundem uſum faciendum requiſitæ acquirantur. Sed cum prudentiæ ſtudio dementia vitetur, in hiſce prolixiores eſſe nolumus.

§. 480.

De Aſtutia

Imitantur etiam homines pravi atque ſcelerati ſapien-

entiam & prudentiam in agendo. Sicuti imitationem ſapientiæ in actionibus malis *Aſtutiam;* ita imitationem prudentiæ *Calliditatem* appellare lubet. *& calliditate.*

Mirari haud quaquam debemus, deeſſe vocabula communi loquendi uſu probata ad vitia hæc appellanda. Neque enim Philoſophi hactenus ſatis a ſe invicem diſtinxerunt, quæ ad ſapientiam, quæ ad prudentiam ſint referenda, & quot modis ab utraque aberrari poſſit. Multo minus itaque hæc expectanda fuerunt a vulgo, quod vocabulis in communi ſermone receptis ſignificatum impoſuit, quibus deinceps quoque utuntur eruditi. Et quoniam hactenus moris non fuit, ut vocabula in diſciplinis ad ſignificatum fixum & determinatum reducerentur, mirum non eſt, ſi ob vagum eorundem ſignificatum haud raro ancipites hæreamus, quonam hanc, vel iſtam notionem peculiari nomine indigitandam appellare debeamus. Denominationes iſtæ cum ſint arbitrariæ, Philoſopho utique integrum eſt, quonam nomine hoc, vel illud ſignificare velit, modo vocabulis in propoſitionibus non utatur in ſignificatu alio, quem eidem tribuit. Aſt cum non omnes capiant, quousque extendatur hæc libertas, a ſignificatu vulgo recepto ut nimis recedatur conſultum non eſt. Sed teneant rem, quotquot circa vocabula hærent, & omnia, quæ prudentiæ contrariantur, per nos ſub uno imprudentiæ nomine comprehendant, aut abuſum ſapientiæ appellent, quod nos aſtutiam diximus, abuſum vero prudentiæ, quod nos calliditatem vocamus. In verbis ſumus faciles, modo in re conveniamus, ne quid detrimenti patiatur veritas.

§. 481.

Quoniam callidi imitantur prudentiam in actionibus malis (§. 480.), conſequenter in modo agendi non hæret vitium, ſed in ipſa actione, modus vero agendi po- *De exemplis improborum.*

tiſſimum ad prudentiam ſpectat (§. 465. 466.); *calliditatis exempla prodeſſe poſſunt ad prudentiam, quemadmodum exempla aſtutiæ ad ſapientiam prodeſſe ſupra oſtendimus* (§. 449. 450.).

Vide, quæ ſupra annotavimus, cum de uſu exemplorum hominum improborum ad ſapientiam promovendam annotavimus. Ea enim huc etiam referri poſſunt.

§. 482.

Qualis virtus intellectualis ſit ars.

Ars virtus intellectualis materialis eſt. Quoniam enim ars eſt habitus determinandi actum alicujus entis (§. 260. *part. 1. Jur. nat.*); ea non modo ſupponit notionem ejus entis, quod ad actum perduci debet, verum etiam modi, quo uſu facultatum & virium noſtrarum ad actum perduci poteſt. Quamobrem cum requirat rectum intellectus uſum in utroque cognoſcendo, habitus vero intellectu recte utendi in rerum quarumcunque cognitione, virtus intellectualis ſit (§. 142.); ars virtus intellectualis eſt. *Quod erat unum.*

Enimvero quoniam artes variant pro diverſitate eorum, quæ ad actum ſunt perducenda (*not.* §. 260. *part. 1. Jur. nat.*), ac ideo diverſæ ſunt illarum rerum notiones pro diverſitate artium, & modus quoque, quo ad actum unaquæque illarum perducitur, diverſus eſt; ars quælibet ad res certas ſibi proprias earumque cognitionem reſtringitur. Sed virtus intellectualis materialis eſt, quæ res certas cognoſcendas reſpicit (§. 143.). Ergo ars virtus intellectualis materialis eſt. *Quod erat alterum.*

Cum tot diverſi ſint agendi habitus, qui artis nomine compellantur, prouti in vulgus notum eſt, & exempla varia alias jam

jam commemoravimus (*not.* §. 260. *part.* 1. *Jur. nat.*); ars referenda utique eſt inter ea, quæ difficillime definiuntur. Artem a ſcientia jam olim diſtinxit *Plato*, notante *Goclenio* in Lexico philoſophico, quod arte perficiatur opus aliquod, atque ab eo non abludit definitio noſtra, quam dedimus (§. *cit.*). *Cicero* omnium artium commune eſſe dicit, ut verſetur in aliqua ſcientia, ſcientiam autem ſuam eſſe cujusque artis, nimirum quatenus cognoſcere debet, qui artem exercere vult, & opus perficiendum, & modum id perficiendi. Atque hinc eluceſcit, artem in numerum virtutum intellectualium materialium recte referri. Sola autem ſcientia ad artem minime ſufficit, aut ſaltem non ſemper: requirit enim ea, ut prompte elicere poſſis actus ad determinandum actum entis, circa quod verſatur, ſeu opus perficiendum requiſitos. Ita artem ſculptoriam nondum calles, etiamſi tibi perſpecti ſint actus omnes ad ſtatuam efficiendam requiſiti, & quo ordine ſeſe invicem excipere debeant, neceſſe enim eſt ut hac arte pollens ſtatuam quoque perficere poſſit. Quamobrem olim *Diomedes* non ſatis determinatam dedit artis definitionem, quando eam eſſe dicit rei cujusdam ſcientiam uſu, vel traditione, uel ratione perceptam, tendentem ad uſum aliquem vitæ neceſſarium: id quod facile patet, ſi hanc definitionem applicare volueris. Et quamvis artes hominibus utiles & potiſſimum excolendæ tendant ad uſum aliquem vitæ neceſſarium; id tamen definitioni minime inſerendum, ſed ad ea referendum, quæ demonſtranda ſunt, & ex eo de utilitate artis & ejus neceſſitate ſtatuendum. Quando vero vocabulum vago ſignificatu trahitur ad alia, quæ proprie artes appellari nequeunt; id in præſenti minime attendendum. Cetcrum cum innumeræ ſint artes, quarum aliæ majorem facultatum animæ uſum, aliæ vero virium corporis & præſertim operas manuum requirunt; nos in præſenti ad ſpecialia non deſcendemus, ſed in generalibus ſubſiſtemus. Definitio noſtra, quod non negamus, adeo lata eſt, ut etiam ſub ſe comprehendat omnia opificia & operas quascunque manu præſtandas:

nihil tamen inde abſurdi conſequitur, cum conſtet, res artificiales vocari omnes, quæ naturalibus opponuntur, nec vi naturæ ad actum perducuntur.

§. 483.

De Artium divisione.

Artes aliæ uſu facultatum animæ potiſſimum exercentur; aliæ autem opera manuum & viribus corporis, ſeu uſu facultatis locomotivæ; aliæ inter has quaſi mediæ ſunt & ab utrisque participant. Illas veteres dixerunt *Artes liberales*, quaſi hominem liberum decentes, & ob eandem rationem *Ingenuas* vocat *Cicero*: unde ceteras omnes *illiberales* appellari contigit. Eas *ſordidas* videntur veteres appellaſſe, cum *Cicero* dicat, opifices omnes in ſordida arte verſari. Has vero *medias* autoritate veterum an recte dixeris, hæreo, cum *Quintilianus* appellet medias, quæ neque laudari per ſe, neque vituperari poſſunt, ſed utiles, aut ſecus ſecundum mores utentium fiunt. Non tamen video, quid obſtet, quo minus illas *Liberales*; eas *Illiberales*, has vero *Medias* ſcilicet inter liberales & illiberales vocemus.

Cum nos tantummodo de arte in genere agamus, nominibus particularibus, quibus earum ſpecies & his ſubſtantes ſpecies ſubalternas indigitemus, carere poſſumus, ideoque de iis ut multum ſolliciti ſimus opus non eſt. Quoniam de artibus ex inſtituto nemo veterum commentatus eſt, nec quando de iis incidit ſermo veteres nominibus has, de quibus locuti ſunt, diſtinxerunt per actus ad earum exercitium requiſitos, prouti vel ab uſu facultatum animæ, vel a facultate locomotiva corporis dependent, quemadmodum in diſtinguendis artibus fieri debebat; quid mirum, ſi deſint nomina commoda, quibus eorum genera & ſpecies deſignentur. Exempla artium liberalium ſunt ars recte dicendi, quam Grammatica docet; ars bene

bene & ornate dicendi, quam tradit Rhetorica, ſeu ars oratoria, ars item poëtica, ars demonſtrandi, ars obſervandi, experimentandi, inveniendi, Remp. adminiſtrandi, ars ſalutaris, quam Medici exercent, ac innumeræ aliæ. Illiberalium exempla ſunt opificia ſi non omnia, ſaltem pleraque, artes mercenariorum, ars ſaltatoria, athletica: ad medias referri poſſunt ars ſcribendi, computandi, muſicam & chirurgiam exercendi, ars pictoria & ſculptoria. Facile autem intelligitur, dignitatem artis non æſtimari exinde, prouti ad hoc vel iſtud genus refertur, neque ideo omnes, quæ ad idem genus referuntur, eodem pretio cenſeri. Differunt enim in ſe plurimum ad idem licet genus relatæ, prouti vel ex exemplis liberalium, quæ in medium attulimus, abunde eluceſcit, ac ulterius appareret, ſi ſingula genera in ſuas ſpecies ſubdivideremus. Sane dantur intermediæ, quæ ſi dignitatem ex ipſarum determinationibus eſſentialibus æſtimes, liberales haud paucas antecellunt. Sed noſtrum jam non eſt de artium dignitate ſtatuere. Obiter ſaltem adhuc notamus, quod ad Philoſophiam ſpectare videtur. Diſputatum in Philoſophia ſcholaſtica fuit, an Logica ſit ars, an ſcientia. Sed tota lis magna animorum contentione agitata ſine negotio conficitur. Qui ſibi habitum comparavit Logica utendi, is arte omnino pollet, conſequenter Logica utens ars utique eſt. Aſt Logica, quatenus ſpectatur tanquam pars Philoſophiæ & rectum intellectus ceterarumque facultatum, quarum miniſterio is utitur (§. 14.), docet, ſcientia eſt. Non ſtatim artem habet, qui ſcientiam artis acquiſivit. Unde patet, hæc duo a ſe invicem eſſe diſcernenda: id quod in qualibet arte alia obtinet.

§. 484.

Quoniam *artes liberales* uſu facultatum animæ exercentur (§. 483.); *ad virtutes intellectuales referendæ omnino ſunt* (§. 142.): aſt quatenus *illiberales* ſupponunt cognitionem regularum artis, juxta quas dirigendi ſunt actus facultatis locomotivæ

An artes omnes ad virtutes intellectuales (§. 483.) *referendæ.*

